COMMONWEALTH MYCOLOGICAL INSTITUTE
23 JUL 1970


Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/syllogefungorum0000pasa_t8w7

SYLLOGE
FUNGORUM

OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM

DIGESSIT

P. A. SACCARDO

VOL. XVIII.

SUPPLEMENTUM UNIVERSALE

Pars VII.

DISCOMYCETÆ – DEUTEROMYCETÆ

AUCTORIBUS

P. A. SACCARDO ET D. SACCARDO FIL.

ADJECTUS EST INDEX UNIVERSALIS
UNA CUM SINGULORUM GENERUM FAMILIA ET ANNO INSTITUTIONIS

Fol. 53 — Pretium it. lib. (francs) 53

PATAVII
Die XXX Januarii MCMVI.
SUMPTIBUS P. A. SACCARDO
TYPIS SEMINARII
Iterum impressum
apud
R. Friedländer & Sohn.

1906

Summa fungorum hucusque cognitorum

Species in voluminibus I-XVI descriptæ . . .	52,157
Species in voluminib. XVII-XVIII descriptæ (exclusis 355 jam in vol. XVI solo nomine numeratis) .	5,503
Species fungorum in toto opere descriptæ . . .	57,660

De diagnostica et nomenclatura mycologica

Admonita quædam [1])

I.

Auctores specierum novarum, qui eas morphologice et biologice rolixe describunt, velint addere earum diagnoses secundum artis egulas, lingua anglica, gallica, germanica, italica sed potissimum, quod st maxime optandum, latina [2]).

E longa et sæpe incomposita descriptione notæ essentiales dispersæ et non raro incompletæ non sine difficultate et incertitudine eruuntur, unde diagnoses, in operibus systematicis inserendæ, sæpe vitiatæ, omnino ex culpa auctorum originalium.

II.

Fungorum plantæ matrices nominibus scientificis latinis indicentur ec vernaculis anglicis, italicis etc. saepe dubiae interpretationis.

Omnibus compertum est matricem, præsertim fungorum parasitorum, maximi momenti esse.

III.

Dimensiones tantum mensurâ metricâ indicentur. Ubi minimæ sunt antum micromillimetrum adhibeatur, nec fractiones millimetri vel liarum mensurarum, quae zeris et virgulis oneratæ, sunt faciles erorum causæ.

IV.

Brevitatis causa, inter dimensiones longitudinis et latitudinis maxiias organorum microscopicorum signum ⩽, jam ab anno 1872 usitaım, adhibendum est, nec signa ×, =, :, sensu alieno a mathematicis am usurpata.

---

1) Paucis exceptis, quæ nunc adduntur, admonita hæc inserta sunt in Sydowii *Annal. mycol.* II, 904, pp. 195-198, in *Bull. Soc. bot. ital.* 1904, p. 281 (versio gallica cura E. Levier) et in *Journal of Mycology*, 1904, p. 109 (versio anglica cura F. E. Clements). Ex his vero nonnulla jam ediderat in *Hedw.* 891, *Nuova Notarisia* 1891 et *American Naturalist* 1891.

2) Juxta regulas nomenclaturæ botanicæ in recenti conventu internationali Botanicorum vindobonensi (1905) sancitas, diagnoses generum specierumque plantarum novarum semper posthac latino idiomate conscribendæ sunt.

V.

Ubi nomini specierum ad aliud genus translatarum, auctor originalis inter parentheses (quod enixe commendandum!) citetur, etiam auctor novæ combinationis citandus est.

Exemplum: Cl. WINTER scripsit: *Sphærella convexula* (Schw.) nullo addito auctore combinationis. Sed notatio fallax, nam ex ea lector facere potest aut *Sphærella convexula* (Schw.) Wint., aut *Sphærella convexula* Wint.: utrumque nomen erroneum, nam verum est *Sphærella convexula* (Schw.) Thüm. [1]).

VI.

Nomina divisionum systematicarum e genere femineo uniformiter habenda sunt, ut plerique magistri habuerunt, subintelligendo plantæ.

Sæpe legimus subsequenter: *Euthallophyta* . . . . *Phycomycetes* . . . . *Mucoraceæ* [2]). Quæ verba multo rectius scriberentur: *Euthallophytæ, Phycomycetæ, Mucoraceæ.* Sectiones generum tamen scribendæ sunt eo genere grammaticali quo pollet nomen cujusdam generis. Ita: *Boletus* sect. *Tephroleuci, Favosi* (nec Tephroleucæ, Favosæ etc.), *Hydnum* sect. *Carnosa, Lignosa* (nec Carnosæ, Lignosæ etc.).

VII.

Nomenclatura receptaculorum, sporarum etc. fungorum, ut sit quantum fieri potest uniformis, sequens commendatur [3]):

Hymenomycetæ: pileus (quaecumque sit forma); basidia; sterigmata; sporæ [4]); cystidia.

Gasteromycetæ et *Myxomycetæ:* peridium; endoperidium; exoperidium; capillitium; gleba; flocci; sporæ.

Uredinaceæ: sorus; teleutosorus; uredosorus; teleutosporæ; mesosporæ; uredosporæ; paraphyses; pseudoperidium; æcidiosporæ; cæomosporæ; epiteosporæ.

Ustilaginaceæ: sorus; sporæ.

Phycomycetæ: oogonia; oosporæ; antheridia; sporangia; zygosporæ; azygosporæ; zoosporangia; zoosporæ; conidiophora; conidia.

---

1) Ipse quoque in Syll. fung. vol. V et VI, elevans subgenera *Agaricacearum* et *Polyporacearum* Friesiana in genera propria, ne nimis nomen meum citarem, omisi nomen auctoris novæ combinationis, sed nunc me pœnitet cum videam non raro nomen meum citatum loco Quéletii et Gilletii, ad quos revera spectat. Ita cl. P. HENNINGS habet *Panæolus campanulatus* (L.) Sacc., *Volvaria gloiocephala* (Fr.) Sacc. pro *Panæolo campanulato* (L.) Quél., *Volvaria gloiocephala* (Fr.) Gill. etc. etc.

2) Ipse nomina *Hymenomycetes, Pyrenomycetes* etc. nuper reformavi in *Hymenomycetæ, Pyrenomycetæ* etc.

3) De nominibus et adjectivis, quæ adhibenda sunt in organis *Pyrenomycetum* et *Deuteromycetum* describendis, conferenda et commendanda est illustratio cl. doctoris J. B. TRAVERSO: *La nomenclatura degli organi nella descrizione dei Pirenomiceti e Deuteromiceti.* Firenze 1905, figuris 65 declarata.

4) Quoad characteres varios sporarum, cfr. Syll. XIV, p. 5 et TRAVERSO in opella modo citata.

Pyrenomycetæ et *Myriangiaceæ* (olim *Phymatosphæriaceæ*): stroma; hypostroma; perithecium; excipulum; loculus; stratum proligerum; ascus; sporidia; paraphyses.

Discomycetæ et *Tuberoideæ*: ascoma; excipulum; stratum proligerum; gleba; ascus; sporidia; paraphyses.

Schizomycetæ: filamenta; baculi; cocci; endosporæ; arthrosporæ.

Sphæropsidaceæ: stroma; pycnidium [1]); excipulum; stratum proligerum; basidia; sporulæ.

Melanconiaceæ: acervulus; hypostroma; stratum proligerum; basidia; conidia (nec gonidia, quæ omnino diversa et Lichenibus propria).

Hyphomycetæ: cæspitulus; sporodochium; synnema [2]); hypostroma; hyphæ; conidiophora; conidia.

Obs. E spora, sensu lato, generatur per germinationem promycelium, quod gignit sporidiola (nec, uti multi dicunt, sporidia).

VIII.

Fungi inferiores, seu *Deuteromycetæ*, prope statum eorum perfectum (si adest per experimenta demonstratum) citandi vel describendi sunt, sed iidem in opere systematico sunt seorsim et nomine proprio describendi cum suis congeneribus vel saltem nominandi una cum citatione ad locum ubi cum statu perfecto sunt descripti.

Opportunitas seorsim describendi omnes formas mycetum inferiorum ex eo oritur quod de quamplurimis ex ingenti cohorte formis omnino nescimus ad quam speciem perfectam pertineant et ex eo quod cædem a statu perfecto plerumque maxime recedant, unde difficultas maxima comperiendi, an forma una vel altera jam descripta sit (anonyma) cum suo statu perfecto. Ab hac regula excipiendæ sunt species generis *Uredo*, quæ quum sint sæpissime cum statu teleutosporico (*Uromyces*, *Puccinia* etc.) adsociatæ, cum hoc tantum describi debent; sed *Æcidii*, *Epiteæ*, *Cæomatis*, *Æcidioli* species etiam seorsim describendæ aut saltem nominandæ sunt. Status conidiophori *Peronosporæ* et *Cystopodis* pariter simul cum adnexo statu perfecto solum describendi sunt.

IX.

Nomina fungorum metagenesi carentium secundum regulas nomenclaturæ pro ceteris vegetabilibus sancitas conformanda sunt; sed quoad *Uredinaceas* et *Ascomycetas* metageneticas normæ particulares habendæ sunt.

---

1) Ipse hucusque etiam pro *Sphæropsidaceis* perithecii nomen adhibui; sed nunc libenter plerisque mycologis assentior et pycnidium laudo.

2) Vide infra p. 630.

X.

Nomen legitimum *Uredinacearum* est quod induit status teleutosporicus, secundarium est quod induunt status inferiores *(Uredo, Epitea, Cæoma, Ædidium, Ædidiolum)*. Etiam ubi compertum sit nomen status inferioris cujusdam speciei editum esse anterius quam nomen status correlativi perfecti, non licet nomen specificum hujus status cum illo status inferioris mutare prioritatis prætextu, nisi compertum sit postremum etiam formam perfectam complecti uti sæpe evenit de *Uredine* respectu ad *Uromycetis, Pucciniæ, Coleosporii* etc. species.

Ubi nomen *Ædidii*, licet anterius, transferre volumus ad status teleutosporicos, omnino contra veritatem agimus. Duo exempla sufficiant ex plurimis. I. Ubi *Pucciniæ Caricis* Reb. (1804) nomen mutamus in *P. Urticæ* (Schum.) Lagerh., ex eo quod nomen status ædidialis *(Ædidium Urticæ* Schum., 1803) est anterius, duo falsa dicimus, nempe Schumacherum cognovisse et distinxisse *Pucciniam Caricis*, quam non distinxit, et *Pucciniam* hanc vigere in *Urtica*, quæ *Pucciniam* nullam hospitatur. II. Ubi vulgatissimæ *Pucciniæ graminis* Pers. (1797) nomen transmutamus in *Pucciniæ poculiformis* (Jacq.) Wetts. ex eo quod ejus status ædidialis nomen (*Lycoperdon poculiforme* Jacq., (1782) est anterius, duo falsa quoque dicimus, nempe Jacquinium cognovisse et distinxisse *Pucciniam graminis*, quam nullibi descripsit, et hanc formam poculi sumere, a qua forma abhorret.

XI.

Quoad species heteroicas *Uredinacearum* recentius distinctas, nomina a cl. Klebahn, Arthur aliisque proposita, matrices binas memorantia, videntur approbanda, hac tamen conditione, quod adjectivum specificum non amplius quam binis verbis componatur et quod in hoc, primum locum teneat matrix status teleutosporici, secundum matrix *Ædidii*.

Hinc dicendum: *Puccinia Pseudocyperi-Ribesii* nec *Pucc. Ribesii-Pseudocyperi* Kleb.; *Melampsora populina-Allii*, nec *Mel. Allii-populina* Kleb.

XII.

Quod de nomenclatura *Uredinacearum* dictum est, valet pro *Ascomycetis*.

Hinc e. g. incorrectum est scribere *Glomerella rufo-maculans* (Berk.) Schrenk et Spaulding, ex eo quod status conidiophorus sit *Septoria (Glœosporium) rufo-maculans* Berkeleyi (1854), qui statum ascophorum nullum vidit nec descripsit; sed scribendum est *Glomerella fructigena* (Clinton) Sacc., nam status ascophorus est *Gnomoniopsis fructigena* Clinton, 1902.

XIII.

Adjectiva specifica cum suo nomine generico concordare debent.

Hinc nomina: *Glomerella cinctum* (B. et C.) Spauld. et Schr., *Glomerella piperatum* (E. et Ev.) Spauld. et Schr., *Puccinia hibisciatum* (Schw.) Kell., ita formata quod status inferiores *(Glœosporium* et *Æcidium)* sunt e genere neutro, repudianda sunt, eo magis quod auctores citati inter parentheses tantum statum imperfectum, a perfecto diversissimum, cognoverant. Nomina qualia *Nummularia nummularium* (Bull.) Keissl. Krypt. exsicc. Vindob. n. 516 (1900) et ob tautologiam et ob membra heterogenea, quibus constant, etiam omnino rejicienda.

XIV.

Præterea sequentia maxime commendanda sunt, quæ tamen non tantum mycologiam sed totam historiam naturalem tangunt.

a) Nominibus novis genericis et specificis addatur explicatio etymologica (nisi evidentissima).

b) Nominibus generum et specierum, saltem in operibus systematicis sat amplis, addatur annus eorum institutionis.

c) In stirpibus dubiæ determinationis signum interrogationis (?), nomini generis præmissum, indicat dubium de genere, nomini speciei præpositum indicat dubium de specie, et generatim cuicumque nomini præfixum indicat dubium de ea re ab hoc nomine expressa. Ita nomenclatura *? Discina lenta* Starb. denotat speciem, quæ ad *Discinæ* genus dubie pertinet; *Leptosphæria ? Doliolum* indicat speciem, quæ cum typica *L. Doliolo* perfecte non convenit; *Sphæria confluens?* Willd. significat dubium, an Willdenowius sub hoc nomine speciem condiderit reapse identicam cum ea specie, quam hodie *Hypoxylon fuscum* (Pers.) Fr. vocamus. Si scribimus: *asci ? octospori.....* vel *ad ramos ? Fagi,* hoc indicat dubium de numero sporarum vel de matrice etc.

d) In opusculis e periodicis excerptis jugiter addatur titulus periodici, ex quo extracta sunt, nec non annus et mensis evulgationis.

e) In iisdem opusculis (extractis) paginarum numerus idem sit ac in periodico, nisi, præter hanc numerationem, auctor desideret et alteram particularem ab *uno* incipientem.

f) De usu litterarum majuscularum et minuscularum ad initium nominum specificorum videatur nota **) in præmonitu vol. XVII.

g) Quoad tonologiam seu prosodiam nominum botanicorum (et zoologicorum) conferatur nota *) in pag. 1237 voluminis XVI.

DISCOMYCETÆ Fr.

Syll. VIII p. 3, X p. 1, XI p. 391, XIV p. 378, XVI p. 695.

Fam. 1. Cyttariaceæ Lév.

RICKIELLA Syd. ap. Rick in Ann. Mycol. 1904, pag. 244, c. ic. (Etym. a cl. mycologo ab. J. Rick professore in S. Leopoldo Brasiliæ). — Ascoma convexum, carnosum, subcartilagineum, substipitatum, turbinatum; disco obtuse marginato, hymenifero, inferne canalibus et labyrinthis fenestrato, totam massam partis inferioris crassæ, carnosæ interius exteriusque percurrentibus. Asci cylindrici; sporidia ovalia, 1-locularia; paraphyses ut in Eupezizeis. — Est quasi *Clathracea* ascogena. A *Cyttaria* differt disco numquam poroso et hymenio ad discum restricto. Ab *Acetabula* tota structura clathri distinguitur. *Berggrenia* Cooke videtur similis, sed ejus descriptio parum quadrat. Potius novæ familiæ typus.

1. **Rickiella transiens** Syd. l. c. cum icon. — Ascomatibus usque ad 3 cm. diam., subrotundis, 2 cm. crassis, convexis, obtuse marginatis, disco subrugoso, avellaneo, in sicco pallescentibus, subtus albis turbinatis, poris et venis labyrinthiformibus excavatis; ascis 160 µ. longis, breviter pedicellatis, 9 µ. latis; sporidiis octonis, monostichis, ovalibus, 12 × 6-8, biguttulatis, 1-locularibus, levibus; paraphysibus multis, linearibus, septatis, furcatis, 2 µ. latis, hyalinis; jodi ope nulla. 3226

Hab. in ligno putrido, Bom Jardim, prope S. Leopoldo Brasiliæ.

Fam. 2. Helvellaceæ Sw.

Sect. 1. Hyalosporæ.

MORCHELLA Dill. — Syll. VIII p. 8, X p. 1, XI p. 391, XIV p. 738, XVI p. 695 *).

1. **Morchella esculenta** (L.) Pers. — Syll. VII p. 8. — var. **viridis** 322
(Leuba) Sacc. *Morilla villica* var. *virescens* Quél. Assoc. franc. p. l'avanc. d. scienc. 1901, partie II, 1902, p. 496, *Morchella viridis* Leuba Champ. com. pl. XLVI, fig. 3-5. — Ascomate ovoideo dein subgloboso, 3–4 cm. lat., stipite contiguo; alveolis polygono-irregularibus, olivaceo-virentibus, dein dilatatis, profundis; stipite tubuloso, curto, lacunoso, subtomentoso, albo; sporidiis ellipsoideis, 20 μ. long. hyalinis.

Hab. in pascuis editissimis alpestribus, Jura.

2. **Morchella Hetieri** Boudier in Bull. de la Soc. Myc. de France 322
1903, fasc. 3, pag. 193, tab. 8, fig. 1. — Minor aut media, 4-6 cm. alta, capitulo rotundato aut ovato, ochraceo; pediculo velutino, subcylindrico, badio-fusco; pileo rotundato aut ovato, amœne ochraceo; alveolis irregularibus non seriatis, rotundato- aut oblongo-polygonis, stipiti adnatis; pediculo subæquali et ad basim non aut vix incrassato, toto pube brevi fusco-badia tecto, pilis septatis, cylindricis aut ad apicem vix incrassatis, sub lente composita fuscis, 20-25 μ. crassis, 100-200 μ. longis; paraphysibus ramosis, septatis, ad apices vix incrassatis, 12-15 μ. crassis, hyalinis, intus spumosis; ascis elongatis, ad basim vix attenuatis, octosporis, 350-400 × 25–28; sporidiis hyalino-ochraceis, magna copia ochraceis, ellipticis, ad extremitates pro more, granulis coronatis 22-25 × 13-15.

Hab. ad terram, in nemoribus frondosis, Arbois Jura Galliæ (Fr. Hetier).

3. **Morchella punctipes** Peck, Bull. Torr. Bot. Cl. 1903, p. 99. — 322
Ascomatibus conoideis, subacutis, ad medium liberis, longitudinaliter costatis, costis parce marginem versus ramosis, venis trans-

---

*) Quoad *Morchellæ* genus conferenda optima expositio cl. Boudieri in Bull. Soc. Myc. Fr. 1897, p. 138.

versalibus connexis, pallidis, acie (in siccis) nigricantibus, stipite cavo, basim versus inflato, minute squamuloso-furfuraceo, albido; ascis cylindraceis, 8-sporis; sporidiis ellipsoideis, levibus, 20-30 × 14-18.

Hab. ad terram, Michigan Amer. bor. (B. O. Longyear). — Ascoma, 1,5-2,5 cm. long.; stipes 7-10 cm. long. 1-2 cm. cr. *M. giganti*, *M. rimosipedi* et *M. semiliberæ* affinis.

4. **Morchella Dunalii** Boud. Bull. Soc. Myc. III, pag. 95 (1887). — 3230
Pileo ad marginem stipiti adnato, costis nigricantibus, principalibus longitudinaliter inter se parietibus transversalibus v. obliquis conjunctis, alveolos albos includentibus, stipite oblongo, basi subincrassato, albido; ascis immaturis visis.

Hab. ad terram in Gallia merid. — Fungus 3-4 $^1/_2$ cm. alt., nondum maturus. Species dubia e tabulis Dunalii tantum deducta.

HELVELLA Linn. — Syll. VIII p. 17, XI p. 391, XIV p. 740, XVI p. 697.

1. **Helvella Favrei** Quél. Assoc. franc. l'Avanc. Sci. 1901, Partie II, 3231
1902, p. 497, tab. III, fig. 12. — Velutina, griseo-lilacina; stipite cylindrico gracili, farcto; ascomate cupulato, 4-5 cm. lato, membranaceo, flexuoso; hymenio continuo saturatiore; sporidiis ellipsoideis, utrinque acutulis (in icone obtusis!) ocellatis, 20 µ. longis.

Hab. in silvis montanis Juræ pr. Neuchâtel (L. Favre). — *Helv. hispidæ* Schäff. affinis.

2. **Helvella adhærens** Peck in Rep. of the State Botanist 1901, p. 956, 3232
tab. L, fig. 11-15. — Ascomate tenui, irregulari, deflexo, albido, dein brunneolo, margine infero ad stipitem adnato; stipite æquali, solido, pruinosulo, albido-fuligineo vel brunneo, exili; ascis octosporis, cylindraceis; sporidiis ellipsoideis, sæpe 1-nucleatis 17,5-20 × 12,5; paraphysibus filiformibus, hyalinis superne subclavatis.

Hab. ad terram in silvis, Bolton et Hague, Amer. bor. — *H. elasticæ* affinis.

3. **Helvella pileata** Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, 3233
pag. 94. — Ascomatibus solitariis, ceraceo-carnosis, campanulato-pileatis vel versiformibus, vix vel haud lobulatis, levibus, umbrinis, subtus levibus, albido-tomentosulis, campanulatis 1 cm. alt., 2 cm. lat., versiformibus 4 cm. alt., 2,5 cm. lat.; hypothecio hypheo-parenchymatico 250 µ. cr., excipulo hyalino, pseudoparenchymatico, 125 µ. crasso, cellulis oblongis, exacte seriatis, 25-30 ×

15-18, ad marginem in pilos continuos hyalinos 30-50 × 5-7 productis; stipite albo, elongato, levi, tomentosulo, farcto, subsolido 6-8 cm. longo 3-7 cm. lat., excipulo seriatim parenchymatico, sed cellulis ad marginem in grumos 45 × 25 coacervatis, 200 μ. cr., interiore trilaminato, lamella prima hyphis dense et intricate intertextis 400 μ. lat., secunda hyphis parallelis congestis 250 μ. cr., medullata, hyphis septatis 3-4 μ. cr., laxissime intertextis; centro cavo 2 mm. lat.; ascis octosporis, cylindraceis non stipitatis, inoperculatis, 275 × 20; paraphysibus clavatis, parce ramosis, septatis 4-5 μ. latis, clava dilute brunnea, 8-10 μ. lata; sporidiis plerumque oblique monostichis, late ellipticis, 20 × 14, levibus, hyalinis, gutta magna 10 μ. præditis.

Hab. ad terram et ad lignum udum, Jack Brook, Minehaha, Amer. bor.

4. **Helvella brevissima** Peck, Bull. Torr. Bot. Cl. 1903, pag. 100 — 3234
Ascomatibus irregularibus convolutis, margine deflexo libero, siccis nigricantibus, intus albidis vel pallidis, 1-2 cm. lat.; stipite brevissimo, plano levi, solido albido, 1-1,5 cm. long., 3-4 mm. cr.; ascis cylindraceis; sporidiis ellipsoideis, sæpius binucleatis, 15-20 × 10-12; paraphysibus filiformibus, apice incrassatulis et brunneis.

Hab. ad terram in California (W. R. Dudley).

5. **Helvella maroccana** Har. et Pat. Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 64. — 3235
Ascomate lobato, deflexo, adnato, usque 6-7 cm. diam. lat., lobis 3-4, subreniformibus, levibus, obscure castaneis, subtus flavo-melleis, glabris; stipite levi subtereti, glabriusculo, croceo-luteo, ad basim plus minus plicato sed non sulcato, 2-2,5 cm. cr.; ascis cylindraceis 20 μ. cr., octosporis; sporidiis monostichis, ovoideis, levibus, hyalinis 1-guttatis, 20-22 × 14-15; paraphysibus linearibus apice clavatis, brunneis.

Hab. ad terram Marocco Africæ bor. (Buchet). — Ab *Helv. monachella*, colore stipitis et paginæ infer. ascomatis mox dignoscenda.

6. **Helvella lacunosa** Afzel. — Syll. VIII pag. 19. — var. **javanica** 323
Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 201 et Ic. fung. Jav. p. 66, tab. 44, fig. 1. — A typo differt stipite griseo-albo, costis acute angulosis, per totam longitudinem fere productis sulcisque profundioribus; ascomate lobato, nigro, margine infero stipiti arctius adpresso; sporidiis paullo brevioribus, nempe 13-15 × 10; ascis 275-300 × 14-15.

Hab. ad terram, pr. Buitenzorg, in insula Java.

7. **Helvella macropus** (Pers.) Karst. — Syll. VIII, pag. 28. — var. **brevis** Peck in Bull. Torr. Bot. Club 1902, pag. 74. — Ascomate cupulato 8-16 mm. diam.; hymenio nigro v. nigrescente; stipite brevi 8-16 mm. longo; sporidiis uninucleatis. 3237

Hab. ad terram, Massachusetts, Amer. bor. (G. E. Morris).

8. **Helvella Stevensii** Peck Bull. Torr. Bot. Cl. 1904, pag. 182. — Ascomate sellæ ad instar formato, lobis binis deflexis, suborbicularibus, liberis, albis, demum flavido-cremeis, postremo arescendo brunneis, pagina inferiori persistente albis, levibus, pruinoso-velutinis; stipite tereti, levi, solido v. farcto; ascis cylindricis; sporidiis late ellipsoideis, 20 × 12, levibus, vulgo 1-nucleatis; paraphysibus filiformibus, apice clavulatis, hyalinis. 3238

Hab. in silvis apertis quercinis et Caryæ, Ookland co. Mich. Amer. bor. (R. Stevens). — Ab affinibus *H. gracili* et *H. panormitana* colore junioris plantæ pure albo dignoscitur.

9. **Helvella sulcata** Afz. — Syll. VIII, p. 20. — var. **lachnopoda** Pat. Champ. Algero-Tunis., in Bull. Soc. Myc. de France t. XVIII, 1902, fasc. I. — Ascomate bi-tri-lobato, stipite adnato nigro-brunneo, pruinoso 1-2 cm. diam.; stipite cinereo vel nigrescente, profunde et large sulcato furfuraceo-piloso; pileis erectis 30-100 μ. long. cylindraceis, summo obtusis; ascis cylindraceis 289-330-20 × 25, stipitatis, octosporis; paraphysibus fuligineis, linearibus, septatis superne incrassatis; sporidiis ellipticis, levibus 1-guttulatis 24-26 × 15. 3239

Hab. in Algeria (Trabut). — A typo differt stipite furfuraceo.

10. **Helvella Hegani** Copeland, Ann. Mycol. 1904, p. 510, fig. 8-9. — Ascomate 2-rarius 3-lobato, lobis parte superiore sursum versis et arcte conniventibus deorsum late revolutis ubique plus minus flexuosis et bullatis, infra fulvis; stipite crassiusculo, glabro, cavo v. enteromorpho, sursum integro subcompresso, pede lobato; hymenio supero fusco-nigrescente, continuo v. discreto; ascis 330 × 17-18; paraphysibus tenuissimis, septatis, apice incrassatis obvallatis; sporidiis ellipsoideis, 20-22 × 13, hyalinis. 3240

Hab. gregatim ad terram alluviam in nemore pr. Chico Californiæ. — Totus fungus 3-6 cm. altus.

11. **Helvella Faulkneræ** Copeland, Ann. Mycol. 1904, p. 509, fig. 6-7. — Ascomate glabro cupulato-ellipsoideo, 1,5-4 cm. longo, concaviusculo, cum margine elato undulato v. sæpius lateribus duobus late elevatis et margine inter ea valde deflexo, infra ochroleuco; 3241

hymenio atro; stipite gracili, subcompresso, glabro, stramineo, profunde sulcato; ascis 320 × 13-15; paraphysibus hyalinis, septatis, 2,5-3 μ. cr. apice incrassatulis; sporidiis ellipsoideis, 21 × 12.

Hab. gregatim ad terram in nemore pr. Chico Californiæ. — Totus fungus 2,5-6 cm. altus.

VERPA Sw. — Syll. VIII p. 29.

1. **Verpa chicoensis** Copeland, Ann. Mycol. 1904, pag. 508, fig. 4-5. 32
— Ascomate campanulato, 12-20 mm. alto, 15-30 mm. lato profunde umbilicato, primo levi læte brunneo, demum fusco-nigrescente, plus minus corrugato vel semper levi, margine inflexo; stipite æquali, flavo, transverse-ruguloso fragili vulgo 6 cm. alt. 8 mm. cr. tarde fistuloso; ascis deorsum inæqualibus, 200-230 × 16-20 parce paraphysatis; sporidiis ellipsoideis, 20-25 × 12-13.

Hab. in nemore graminoso prope Chico Californiæ.

MITRULA Fr. — Syll. VIII p. 32, X p. 1, XI p. 392, XIV p. 741, XVI p. 697.

1. **Mitrula norvegica** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, p. 5 (Vidensk. 32
Skrift.). — Geoglossoides, fusoideo-claviformis, c. 2 cm. alta, 2-4 mm. cr., aurantiaca; ascis 65 × 5; sporidiis fusoideis, 15-16 × 3-4.

Hab. inter folia dejecta, Sunelven, Fibelstadhangen Norvegiæ (A. Blytt).

MICROGLOSSUM Sacc. — Syll. VIII p. 39, X p. 2, XI p. 392, XIV p. 742, XVI p. 698.

1. **Microglossum Shiraianum** P. Henn. Engl. Jahrb. XXXII, 1902, 32
p. 44. — Ascomatibus singulariter vel subfasciculatis e sclerotiis orientibus, longe stipitatis, atro-brunneis, carnosis; stipitibus sæpe elongatis, compressis, interdum flexuosis, levibus, pruinosis vel subtomentosis, 3-9 cm. long., 1,5-2 mm. cr., clavulis oblongis v. oblongo-fusoideis, apice obtuse rotundatis, longitudinaliter plicatis v. gyrosis, levibus, 5-15 mm. long., 3-6 mm. cr.; ascis clavatis, obtusiusculis, basi attenuatis, 8-sporis, 55-70 × 5-7; sporidiis oblique monostichis, interdum subdistichis, oblongis, utrinque obtusiusculis, rectis vel subcurvulis, continuis, hyalinis, eguttulatis, 4-8 × 3-3,5.

Hab. in fructibus sclerotisatis Mori albæ ad terram, Komaba, Tokyo Japoniæ (M. Ando).

CUDONIELLA Sacc. — Syll. VIII p. 41, XI p. 392, XVI p. 698.

1. **Cudoniella javanica** P. Henn. — Syll. XVI, p. 698. — var. **microspora** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 201. — Ascomatibus ut in typo, albis dein brunneis, usque 6 mm. latis; ascis sporidiisque proportione ascomatis valde exiguis; ascis cylindraceis breve stipitatis 50-53 × 4, octosporis; sporidiis oblique monostichis, breve fusoideis 5-5,5 × 2, intus granulosis, hyalinis; paraphysibus filiformibus ascisque coacervatis fusco-melleis. 3245

   Hab. in ligno putri, udo, Tjibodas, in insula Java.

2. **Cudoniella buckowensis** P. Henn. Verhandl. Bot. Ver. Prov. Brandenb. 1904, p. 116, cun icone. — Ascomatibus ceraceo-carnosis, sparsis vel subcæspitosis, clavato-stipitatis, convexo-pileiformibus, medio depressis, undulatis, sublobatis, margine involutis repandis, pruinosis, cinereo-virescentibus vel subcarnescentibus, 1-1,5 cm. diam., inferne pallidis; stipite crasse clavato, levi glabroque, basi attenuato, curvulo, 0,8-1 cm. longo, 2-5 mm. crasso, pallide brunneo v. subroseo; ascis cylindraceis subclavatis, apice rotundatis, 8-sporis, 90-130 × 7-10; paraphysibus repetito dichotomis, filiformibus, hyalinis, 2-3 μ. crassis, ad apicem paulo incrassatis, interdum guttutatis, $2\,^1/_2$-$3\,^1/_2$ μ. crassis, rotundatis; sporidiis oblique mono- vel subdistichis, fusoideis, utrinque subobtusis, rectis, 2-3-guttulatis, interdum pluriguttulatis, hyalinis, continuis, dein medio 1-septatis, haud constrictis; epithecio subviridulo. 3246

   Hab. in sphagneto ad calamos caricinos, Buckow pr. Berlin Germaniæ (J. Bildbraed).

3. **Cudoniella Mildbraedii** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 430, c. icone. — Ascomatibus sparsis, ceraceis, lacteis, stipitatis, primo subturbinatis, dein convexis, pileiformibus margine involutis, paulo undulatis, sicco pallide brunnescentibus, levibus, glabris, ca. 3-8 mm. diam.; stipite, subcylindraceo, ad basim subbulboso 2-$2\,^1/_2$ mm. incrassato, lacteo, levi, glabro, ca. 10-15 × 1-$1\,^1/_2$; ascis subfusoideo-clavatis, apice attenuatis, obtusis, subapplanatis, basi substipitato-attenuatis, 8-sporis, 80-110 × 8-10; paraphysibus filiformibus, vix incrassatis, rotundatis, guttulis impletis, omnino hyalinis, $2\,^1/_2$-3 μ. crassis; sporidiis oblique monostichis, oblongis, ellipsoideis interdum subovoideo-clavatis, utrinque obtuse rotundatis, intus interdum subgranulatis, nunquam guttulatis, hyalinis, primo continuis, deinde medio 1-septatis haud constrictis, 9-14 × 4-$4\,^1/_2$. 3247

Hab. in lignis aqua immersis, Frohnsdorf Brandenburg (Dr. J. Mildbraed). — Ab affini *C. aciculari* differt in primis sporidiis monostichis utrinque obtusulis, minoribus etc.

MŒLLERODISCUS P. Henn. blumenavienses II in Hedw. 1902, p. 33 (Etym. a cl. bot. A. Moeller et *discus*). — Ascomata membranaceo-carnosa, subgelatinosa, convexa, longe stipitata, disco levi, margine revoluto. Asci clavati, octospori, paraphysati. Sporidia subfusoidea, hyalina, continua. — *Cudoniellæ* affinis.

1. **Mœllerodiscus Brockesiæ** P. Henn. l. c. — Ascomatibus foliicolis, 3248
sparsis, stipitatis, membranaceo-carnosulis, subgelatinosis, disco convexo, levi, flavo-nigricante, margine revoluto, extus pallidis 1,5-2 mm. diam.; stipite filiformi, pallido, levi, usque ad 15 mm. longo, 0,5 mm. cr.; ascis clavatis, apice obtusis, basi attenuatis, octosporis, 45-60 × 3,5-5; paraphysibus basi fasciculatis, filiformibus, haud clavatis 1-2 μ. cr., fuscidulis; sporidiis oblique monostichis v. distichis, subfusoideis rectis v. curvulis, hyalinis, eguttulatis, 6-8 × 1 continuis.

Hab. in foliis et in lignis putridis St. Catharina Brasiliæ (Domin. Brockes).

Sect. 2. Phragmosporæ.

LEPTOGLOSSUM Cooke — Syll. VIII p. 47, XI p. 392, XVI p. 743.

1. **Leptoglossum alveolatum** (Durand) Rehm, Ann. Mycol. II, 1904, 3249
p. 32, *Mitrula alveolata* Durand. — Ascis clavatis, apice rotundatis 100-150 × 14-15, octosporis; sporidiis cylindraceis, rectis vel curvulis, apice subcurvatis, apice superiore rotundatis, inferiore acutatis 7-11-13-septatis, hyalinis, 60-65 × 4-5, parallele positis; paraphysibus filiformibus, septatis 2 μ. crassis, ad apicem clavatum, vix subcurvatum, fuscum 6-9 μ. crassis; poro ascorum J, pilis stipitis simplicibus, septatis, rectis apice obtusis 100 × 5-6, fuscis, versus apicem dilutioribus.

Hab. in America boreali. Exempl. herb. Rehmiani a cl. Lloyd 1903 ex Ohio U. St. Am. n. 2270 communicatum et *Leptoglossum microsporum* (C. et P.) Sacc. var. *Ohiense* Rehm denominatum exacte convenit cum exempl. orig. a cl. Durand n. 1686 distributo sub nomine *Mitrula alveolatæ* Durand sp. n. 1902, jure

prioritatis tenendo, sed *Mitrulæ* species sporidia hud septata præbent, dum *Leptoglossum microsporum* sec. descript. et iconem apud Cooke, Mycogr. p. 8, fig. 11, sporidiis pluriseptatis subsimile videtur, sed sane multum divergens sporidiis 50 × 10 paraphysibusque ad apicem haud clavulatis nec fuscatis.

2. **Leptoglossum lutescens** (B. et C. sub *Mitrula*) Rehm, Ann. Mycol. 1904, n. 1. — var. **mitruloides** Rehm, l. c. — *Geoglossum luteum* Peck, *Leptoglossum luteum* Sacc. — Syll. VIII, p. 48. — Sporidiis oblongis, utroque apice rotundatis, rectis vel subcurvatis, 1-cellularibus, haud nucleatis, 20–25 × 4-5, in ascis clavatis, apice subacutatis, 120 × 12; paraphysibus filiformibus, apice hamulatis, non incrassatis, hyalinis v. dilutissime flaveolis; clavula non spathulata potius rotundata. 3250

Hab. ad terram in America boreali. — Quoad synonymiam cfr. Rehm l. c.

GEOGLOSSUM Pers. — Syll. VIII p. 42, X p. 2, XIV p. 743, XVI p. 699.

1. **Geoglossum noumeanum** Har. et Pat. Journ. de Bot. 1903, p. 15. — Nigricans (in sicco); clavula subglobosa ovatave, difformi, distincta plus minus compressa sulcataque, glaberrima, usque 7 mm. long., 3-4 mm. cr.; stipite cylindrico longitudinaliter sulcato, minutissime tomentoso, usque 15 mm. long., 1 mm. cr.; ascis clavatis sessilibus, 100-160 × 25, brunneolis, 8-sporis; paraphysibus filiformibus, articulatis, fuscidulis, rectis v. leniter curvis, non incrassatis; sporidiis cylindraceis, rectis, utrinque parum attenuatis, brunneolis, plerumque 15-septatis, ad septa perparum constrictis, 70 × 6-7. 3251

Hab. ad terram schistosam pr. Nouméa, Nova Caledonia (Bernier).

Sect. 3. Scolecosporæ.

CUDONIA Fr. — Syll. VIII p. 50, XVI p. 700.

1. **Cudonia Osterwaldi** P. Henn. Verhandl. Bot. Ver. Brand. 1904, p. 118, cum icone. — Sparsa interdum subgregaria; ascomatibus carnosis, subglobosis, convexis dein medio depressis, undulato-sublobatis, atro-castaneis, pruinosis, humido haud viscosis, margine involutis repandis, 1 1/2 6 μ. diam., extus pallidis; stipite 3252

clavato, interdum tereti, fistuloso, sæpe curvato, pallido, pruinoso, 0,3-1 cm. 1-2 $^1/_2$ μ., basi attenuato; ascis subfusoideo-clavatis, apice attenuatis, rotundato-obtusis, pedicellatis, 70-100 × 7-10, 8-sporis; paraphysibus copiosis obvallatis, filiformibus, septatis, interdum apice flexuoso-curvatis, 2 μ. crassis, subviolaceo-brunneolis, epithecio violaceo-brunneo; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, clavatis, apice rotundatis, basi subobtusiusculis, 6-10-guttulatis, dein 5-9-septulatis, hyalinis, 18-32 × 3 $^1/_2$-4.

Hab. ad terram sabulosam udam inter Jungermanniam bicuspidatam, Röntgenthal pr. Berlin Germaniæ (K. Osterwald).

MITRULIOPSIS Peck, Bull. Torr. Bot. Cl. 1903, p. 100 (Etym. *Mitrula*, cui analoga et *opsis* facies). — Ascomata carnosa, obovata vel spathulata, stipitata. Asci 8-spori, aparaphysati. Sporidia filiformia. *Mitrulæ* et *Spathulariæ* affine genus sed sporidia filiformia prælonga. — «Genus comparandum cum *Cudonia*».

1. **Mitruliopsis flavida** Peck l. c. p. 100. — Ascomatibus carnosis 3253
mollibus, stipitatis, forma valde variis ovatis, subspathulatis, teretibus v. compressis, subinde basi lobatis et in stipitem decurrentibus, cremeo-flavis, carne alba; ascis subfusiformibus, 120-160 μ. long.; sporidiis filiformibus, hyalinis, 60-80 × 2; stipite æquali v. sursum tenuato, pallido, cavo, 12-20 mm. long. 2-3 mm. cr.

Hab. in clivis umbrosis prope Moscow, Idaho Amer. bor. — Hymenium a stipite omnino discretum.

SPATHULARIA Pers. — Syll. VIII, p. 48.

1. **Spathularia clavata** (Schäff.) Sacc. — Syll. VIII, p. 48. — var. 3254
alpestris Rehm, Ann. Myc. 1904, p. 515 et Ascom. exs. n. 1551. — Ascomatibus 1-4 cm. alt., clavula lateraliter compressa, 0,5-1,5 cm. lata, capitata v. utrinque lateraliter decurrente, oblonga vel spathulata, a stipite discreta, flavido-fusca stipiteque cylindraceo albescente, 1-2 cm. longo, 3-5 mm. lat. conspersis; sporidiis 35-45 × 2-2,5.

Hab. sub Pinis in Graubünden Helvetiæ (Dr. Volkart). — A typo præsertim statura minore et pruina lilacina dignoscitur.

2. **Spathularia minima** R. Maire in Bull. Soc. bot. de France 1901, 3255
Tomo I, p. 202, cum icone. — Ascomate ex ovoideo compresso-spathulato, levi v. velutino margine integerrimo, ceraceo, ochraceo-

fulvo 4-5 ≈ 2,5-3 mm., in stipitem paulum decurrente, medulla albida farcto; stipite castaneo-nigro apicem versus sub lente granuloso, 4-5 ≈ 1,5 mm., ad basim dilatato; ascis clavatis 60-70 ≈ 8-13, 8-sporis; paraphysibus numerosis, flexuosis, filiformibus 1,5-2 μ. cr., ad apicem dense ramulosis; sporidiis acicularibus, rectis vel curvulis, hyalinis, 39-42 ≈ 1,5-2.

Hab. ad caudices putridos Pini Pinastri, in silvis montium pr. Zonza et Bavella Corsicæ.

Fam. 3. Pezizaceæ Fr. *).

Sect. 1. Hyalosporæ.

SPHÆROSOMA Kl. — Syll. VIII p. 56.

1. **Sphærosoma echinulatum** Seaver, Journ. of Mycol. 1905, p. 2, c. icone. — Ascomatibus gregariis v. subsparsis, sessilibus, 1-8 mm. diam., initio sphæroideis, regularibus, demum hemisphæricis, convolutis, sæpe umbilicatis, parte inferiore sterili, subplana, centro hypulis tenuibus terra affixis, albidis demum rufo- vel atro-brunneis, superficie velutinis; ascis totum discum convexum tegentibus, stipatis, cylindraceis 300-500 ≈ 40-50, apice rotundatis, basi vix tenuatis, octosporis; sporidiis monostichis, perfecte sphæricis, longe æqualiter spinulosis, hyalinis, pluriguttulatis, 25 μ. diam. (demptis spinulis bacillaribus 4-5 μ. longis); paraphysibus tereti-clavatis, septatis, brunneolis, apice 12-15 μ. cr. ascos paullo superantibus. 3256

Hab. ad terram humosam, graminosam prope Jowa City Amer. borealis.

PSILOPEZIA Berk. (1847). — Syll. VIII p. 152, XI p. 398, XIV p. 753, XVI p. 714. — Cum hoc genere collidit posterius gen. *Peltidium* (*Oocardii*) Kalchbr. (1862) quod, deficiente excipulo, ab *Humaria*, quacum conjunxerunt cl. Cooke, Rehm et Sylloge nostra, separandum et *Psilopezia Oocardii* nuncupandum. Ab hac

*) Conferenda optima contributio anatomico-systematica cl. E. J. Durand « The Classification of the fleshy Pezizineæ » in Bull. Torrey Bot. Cl. 1900 cum tab. et ejusdem « Studies in North Amer. Discom. » Ibid. 1901.

parum differre videtur *Psilopezia aquatica* (Lam. et DC.) Rehm. Cfr. Rehm in Mitteil. n. 34 Bay. Bot. Gesell. Münch. 1904, p. 424 et Lindau, Festschrift zu P. Aschers. 70 Geb. 1904, p. 483 cum ic.

1. **Psilopezia Mœlleriana** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 3257
1902, p. 32. — Ascomatibus sessilibus, carnosis, discoideis, convexis, undulatis, emarginatis usque ad 3 cm. diam., disco fuligineo-castaneo, carne albida, extus pallidioribus, sublevibus; ascis cylindraceo-clavatis, obtusis, basi attenuatis, 280-340 μ. longis, p. sporif. 150-180 × 18-20, octosporis; paraphysibus filiformibus, septatis vix clavatis 3-3,5 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis sæpe inæquilateralibus, utrinque obtuso-rotundatis, hyalinis, primo pluriguttulatis, dein 1-2 oleoso-guttulatis, 22-26 × 14–16, levibus.

Hab. in ligno putri, St. Catharina Brasiliæ austr.

2. **Psilopezia juruensis** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 273, cum icone 3258
(Hedw. 1904). — Ascomatibus corticolis innatis subrotundatis, resupinato-sessilibus, effusis, planis, ceraceo-carnosis, primo pallide brunneis, dein castaneis, margine sicco revolutis, pallidis fimbriatis vel byssinis, disco ceraceo, pruinoso, ca. 1-4 cm. diam.; ascis clavatis, apice obtusis, 8-sporis, 200-250 × 14-16; paraphysibus filiformibus septatis, apice clavatis, conglutinatis, guttulatis, ferrugineo-brunneis, 5-6 μ. crassis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, 1-2-guttulatis, 15-20 × 8-10.

Hab. in truncis putrescentibus, Bom Fim, Rio Juruá in Amazonia, Amer. — Ab affini *P. Mölleriana* præcipue sporidiis minoribus distinguenda.

3. **Psilopezia Pauli** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (18). — Ascomati- 3259
bus carnosis, sessilibus, planis, rotundato-discoideis, emarginatis, v. subgregariis, extus flavo-alutaceis, ca. 0,7 mm. crassis, disco atro vel atro-purpurascenti, nitenti, plano vel undulato; ascis clavatis, apice rotundatis, basi attenuatis, p. spor. 150–180 × 20–28 octosporis; paraphysibus filiformibus, parce septatis, ad apicem clavato-incrassatis, fuscidulis, obtusis ca. 8-10 μ. cr., pluriguttulatis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, obtuse rotundatis, 2-interdum 1-grosse guttulatis, 20–28 × 12-17, episporio levi, hyalino.

Hab. in lignis putridis, udis humo obductis, Bernau ad Chiensee Germaniæ. — Affinis *Psil. rhizinoidi* et (teste Rehm) *Psil.* (Peltidium) *tremellosæ* (Hazsl.).

ACETABULA (Fr.) Fuck. — Syll. VIII p. 59, XVI p. 701.

1. **Acetabula macropus** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. *Phleboscyphus macropus* Clements in Bull. of the Torr. bot. Cl. 1903, pag. 93. — Ascomatibus stipitatis, solitariis, ceraceo-carnosis, pileatis, sed ad centrum excavatis, hinc umbilicatis, hymenio umbrino, subtus minute scabris, griseo-albidis 3–4 cm. lat. 1 cm. alt.; excipulo pseudoparenchymatico, pallide umbrino, ex cellulis oblongo-polygonatis, fere seriatis 20-30 μ. composito, 100 μ. cr., ad marginem in pilos breves torulosos septatos 25-50 μ. abeunte, margine castaneo crenulato; hypothecio crasso, hypheo-parenchymatico, hyalino, 800 μ. cr.; stipite solido, longo, ceraceo-cartilagineo, compresso, alte 3–4-sulcato, supra valde incrassato, scabro, albido-cremeo 4 cm. longo, infra 7 mm. lat., insuper 2 cm. lat., sulcis 2-3 mm. alt. et cr.; excipulo ut in ascomate, sed cellulis oblongioribus, exacte seriatis 150-175 μ. cr., acie pilis sparsis fuscata; interius dense pseudoparenchymatico; ascis octosporis elongato-cylindraceis stipitatis, inoperculatis 300 × 20; paraphysibus clavulatis, simplicibus, septatis, clava umbrina 9 μ. lat.; sporidiis irregulariter monostichis, late ellipticis, levibus, hyalinis, gutta magna 12-13 μ. præditis, 20-22 × 12-14. 3260

Hab. ad terram udam in antro saxoso, Ruxon Brook, Minnehaha, Amer. bor.

2. **Acetabula olivacea** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. *Phleboscyphus olivaceus* Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, pag. 93. — Ascomatibus stipitatis, cæspitosis, irregulariter cupuliformibus deinde laceratis, latis, hymenio viridi-olivaceo, valde corrugato-sulcato vel papillato, extus brunneo-olivaceis, furfuraceo-tuberculatis, margine fusciore 4–5 cm. lat., 2-2,5 cm. alt.; stipite lato, similiter furfuraceo coloratoque, 1-2-sulcato, infra mycelio obsito, coalito 2-2,5 cm. alt., 1,5-2 cm. lat.; ascis octosporis, anguste cylindraceis, breviter stipitatis 350 × 14; paraphysibus linearibus, septatis, hyalinis 3-4 μ. lat.; sporidiis monostichis ellipticis, asperatis, hyalinis, 19 × 8. 3261

Hab. ad terram udam, Jack Brook, Minnehaha, Amer. bor.

3. **Acetabula radiata** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. *Phleboscyphus radicatus* Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, p. 94. — Ascomatibus stipitato-radicatis, solitariis, ceraceo-carnosis, fere cartilagineis, urceolatis vel cupulatis, hymenio ochroleuco, ad basim 3–4 sulcato-corrugato, extus concoloribus, furfuraceo-tuberculatis, 1-2 cm. alt., 1-2 cm. lat.; excipulo indistincte parenchymatico; 3262

cellulis irregularibus, polygonato-rotundis, ad marginem in grumos 50 × 35 vel in pilos fasciculatos hyalinos 80 μ. long. productis, 100 μ. cr.; hypothecio pseudoparenchymatico, percrasso 800-1000 μ. cr.; ascis octosporis cylindraceis stipitatis inoperculatis 275 × 16; paraphysibus 1-2-ramosis, septatis, vix clavulatis, apicem fuscatis 4-5 μ. latis; sporidiis recte vel oblique monostichis, ellipticis, levibus, biguttulatis 20-22 × 10-11; stipite brevissimo 5-6 mm. alt., 4 mm. lat., hypogæo v. subhypogæo, lacunoso, in fibris densis producto, radice simili: nomen propter stipitem radicatum.

Hab. in locis udis sub saxis Ruxton Brook, Minnehaha, Amer. borealis.

GEOPYXIS Pers. — Syll. VIII, p. 63, X p. 3, XI p. 393, XIV p. 744, XVI p. 702.

1. **Geopyxis bambusicola** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902 p. 31. — Ascomatibus gregariis interdum subfasciculatis, ceraceis, sicco subcoriaceis, primo clausis dein rotundato-apertis, oblique stipitatis, cyathiformibus v. cupulato-subauriformibus, extus granuloso-furfuraceis, subrugulosis, pallide flavidis, margine subdenticulato-fimbriatis 5-12 mm. diam., disco cupulato, levi, glabro, ochroleuco; stipite subcylindraceo, pallido, furfuraceo, basi paullo attenuato, 3-8 mm. longo, 1,5-2 mm. crasso; ascis cylindraceo-clavatis, vertice rotundatis, basi attenuatis, octosporis, 45-60 × 6-8, paraphysibus filiformibus, guttulatis, hyalinis ca. 1-1,5 μ. cr., haud incrassatis; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, oblonge ellipsoideis, plerumque curvulis, utrinque rotundato-obtusis, eguttulatis, hyalinis, continuis, levibus, 7-8 × 3,5. 3263

Hab. in culmis Bambusarum, copiosissima St. Catharina Brasiliæ austr.

2. **Geopyxis cinerescens** (Rehm) Sacc. et D. Sacc. *Tarzetta cinerescens* Rehm, Ann. Mycol. 1904, p. 252. — Ascomatibus gregariis, primo cyathoideo-stipitatis, mox disco orbiculari explanato, demum convexulo, acute marginato, 0,5-1,5 cm. lato; stipite subcylindrico 1-3 mm. longo, 0,5 mm. cr., excipulo glabro, ad basim parenchymatico, marginem versus prosenchymatico, flavidulo, cinerescentibus, siccis flavido-cinereis, subcoriaceis; ascis cylindraceis, apice rotundatis, octosporis 150-180 × 10-12; sporidiis oblongis, rectis curvulisve utrinque rotundatis, levibus 1-cellularibus, crasse 1-guttatis, hyalinis, monostichis 20-22 × 5-5,5; paraphysibus filiformibus, 1,5 μ. cr., apice 2,5 μ. cr., hyalinis. 3264

Hab. ad lignum, East Madison Wis., Amer. bor.

3. **Geopyxis Gaillardiana** (Boud.) Sacc. et D. Sacc. sub *Pustularia* Boud. in Boll. Soc. Myc. de France 1902, n. 2, tab. 8, fig. 1. — Minuta 4-8 mm. lata, brevissime stipitata aut sessilis; ascomate cupulari, minute tomentello-granuloso, margine subcrenulato, brevissime stipitato, griseo-fusco, disco concolore levi; ascis cylindricis 300–320 × 15–20, basi subattenuatis, operculatis octosporis; paraphysibus tenuibus, septatis, apice incrassatulis 3-4 μ. cr. hyalinis; sporidiis majusculis ellipsoideis, 25–27 × 13–14, levibus, biguttatis granulosisque, demum egranulosis. 3265

Hab. ad terram arenosam in nemoribus, Angers Galliæ (Gaillard). — *Geopyxidi cupulari* peraffinis.

4. **Geopyxis Mœlleriana** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 30. — Ascomatibus subcarnoso-ceraceis, sessilibus v. stipitatis, cupulatis, extus venosis, pruinosis, flavidis, margine subvillosulis, integris, disco aurantio levi, 5-12 mm. diam.; stipite centrali, compresso, brevi, venoso-striato, flavo-brunneolo 1–2 mm. longo, ca. 1 mm. cr.; ascis cylindraceis, apice obtuso-rotundatis, octosporis, 300-350 μ. longis, p. sporif. 200-230 × 18-20; paraphysibus filiformibus, pluriguttulatis, hyalinis, 3-3,5 μ. cr.; sporidiis subfusoideis, utrinque acutiusculis v. obtusiusculis, 2-3-guttulatis, hyalinis, levibus, 25-35 × 10-14. 3266

Hab. in truncis St. Catharina Brasiliæ austr.

5. **Geopyxis nebulosoides** Peck Bull. Torr. Bot. Cl. 1905. — Ascomatibus cupuliformibus, stipitatis, 2-6 mm. diam., pallide cinereis, extus pruinosis v. minute farinosis, margine vulgo inflexis; disco pallide cinereo; stipite cupulam æquante vel breviter superante, levi v. sulcato; ascis cylindraceis 200 × 12; sporidiis oblongo-fusoideis, utrinque obtusis v. acutulis, 25-40 × 7-8, guttulas 1-5 refringentes continentibus; paraphysibus filiformibus, vulgo ascos paullo superantibus. 3267

Hab. ad ligna decorticata Canada (J. Macoun). — Affinis *Geopyxidis nebulosæ* sed stipite longiore sæpius sulcato, cupula extus pruinosa etc.

6. **Geopyxis ciborioides** Starb. in Arkiv. for botan. 1904, Band. 2, p. 1, fig. 1–3. — Ascomatibus solitariis, applanato-hemisphæricis vel cupulatis distincte et sterile angustissime marginatis, striatulis, in sicco striatim vel ad basim fere reticulatim sulcatulis, 1–2 cm. latis, stipite tenui, obscuriore, levi, striatulo, 1–2,5 cm. alto; contextu toto ceraceo-carnosulo, typice globuloso, parte marginali 3268

coriacea, distincta, sterili, fimbriata, ex cellulis attenuatis, deliberatis, fasciculatis composita; ascis cylindraceis, longissimis, sursum rotundatis, fere sessilibus 250–300 × 12-20; sporidiis octonis monostichis, ellipsoideis utrinque subacutiusculis hyalinis 29-35 × 11–12,5; paraphysibus nullis.

Hab. ad ramos dejectos Ijuhy, Rio Grande do Sul Brasiliæ. — *G. aparaphysatæ* Speg. affinis, *Ciboriam* in memoriam revocans, textura autem ab Helotioideis valde abhorret.

7. **Geopyxis albida** (Gill.) Massee in the Naturalist 1901, p. 187. — Ita vocanda est, teste Massee, *Acetabula albida* (Gill.) Sacc. — Syll. VIII p. 61.

PEZIZA Dill. — Syll. VIII p. 73, X p. 3, XI p. 393, XIV p. 744, XVI p. 703.

1. **Peziza wisconsinensis** (Rehm) Sacc. et D. Sacc. *Aleuria wisconsinensis* Rehm in Ann. Mycol. 1904, II, pag. 34. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, papilliformibus, ad basim paullulum stipitiformiter elongatam contractis, integre crasse marginatis, demum complicatis, disco plano, dein sinuoso, rubro, extus dilute fusciduli, excipulo parenchymatice subhyalino-contexto, hyphis piliformibus, singulis, hyalinis, septatis, e cellulis magnis compositis 150 μ. long. 10 μ. lat. obsessis, 0,5-2 cm. diam., carnosis, in sicco plus minusve contortis, disco rosello, excipulo amylaceo albo obtecto; ascis cylindraceis apice rotundatis, ca. 200 μ. longis 10 μ. latis, octosporis; paraphysibus hyalinis, filiformibus, septatis, 3 μ. apice usque 5 μ. crassis; sporidiis ellipsoideis, episporio late areolato, utrinque cucullato, apice superiore appendicula brevissima, sæpe bicrenata, apice inferiore appendicula filiformi sæpe lateraliter adglutinata præditis, 1-cellularibus, primitus guttas oleosas magnas 2 includentibus, hyalinis, 14-15 × 7, monostichis. 3269

Hab. ad terram, Madison, Wisconsin, Amer. bor. (Harper). — Proxima *P. bicucullata* Boud. plane differt colore aurantiaco excipuli, statura multo minori atque sporidiis haud verruciformiter areolatis.

2. **Peziza blumenaviensis** (P. Henn.) Sacc. et D. Sacc. *Aleuria blumenaviensis* P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 30. — Ascomatibus carnoso-ceraceis, sessilibus, cupulatis, marginatis, dein explanatis, subdisciformibus undulatisque, margine integro v. inciso, extus levibus, pruinosis, pallidis, disco levi rufo-brunneo 2–4 cm. diam.; ascis cylindraceo-clavatis, obtusis, basi attenuatis 3270

220-250 μ. longis, p. sporif. 80-100 × 15-18; paraphysibus filiformibus, septatis, apice paullo incrassatis, flavo-guttulatis 5–7 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, ellipsoideis utrinque obtusis, 15-19 × 7-9, intus flavo-granulatis, hyalinis, levibus.

Hab. in lignis, st. Catharina Brasiliæ austr.

3. **Peziza elæodes** Clem. in Bot. Surv. Nebr. 1901, p. 6. — Ascomatibus tenuibus, sessilibus, convexo-explanatis, margine elevatis, crassis, levibus, olivaceis 1–1,5 cm. diam.; ascis octosporis, cylindraceis, parce pedicellatis, 250 × 15; paraphysibus late linearibus, subclavulatis, subhyalinis; sporidiis ellipsoideis, asperulis, olivaceis, utrinque apiculatis, 25 × 10. 3271

Hab. in ramis Juniperi scopulorum, Nebraska, Amer. borealis.

4. **Peziza roseo-lilacina** Clem. in Bot. Surv. Nebr. 1901, p. 7. — Ascomatibus sessilibus, ceraceo-carnosis, concavo-cupuliformibus, levibus, ochroleucis, margine irregulari lobatis, hymenio roseo-lilacino, 1-1,5 cm. latis; ascis octosporis, cylindraceis 300 × 15; paraphysibus linearibus, superne incrassatulis, usque 6–7 μ. cr.; sporidiis monostichis, ovoideo-ellipticis, levibus, 1–2-guttulatis, 17–18 × 10. 3272

Hab. in arenosis infra Muscos, Nebraska, Amer. bor.

5. **Peziza citrina** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 202, Ic. fung. Jav. t. 44, f. 2. — Carnosa, glabra, tota pulcre citrina, depresse patellata, sessilis, usque 2,5 cm. lata, fere immarginata, disco applanato; ascis cylindraceis, deorsum leniter tenuatis, apice rotundatis, octosporis, 80-90 × 5-6; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, minutis, 7 × 3,5, hyalinis, levibus; paraphysibus filiformibus, apice flavis. 3273

Hab. ad terram in silvis, Tjibodas, in insula Java. — Affinis *P. luteo-nitenti*, sed sporidia multo minora. Ad *Discinam* vergit.

6. **Peziza plicata** Mass. et Rodw in Kew Bull. 1901, pag. 158. — Ascomatibus sessilibus, subtus attenuatis, primum concavis, dein explanatis, margine plicatis vel nonnullis crenulatis, extus albidis, granulosis, disco læte brunneo; ascis cylindraceo-clavatis, octosporis, 150 × 10, jodo haud tinctis; paraphysibus gracillimis, sat numerosis, apice leviter incrassatis, brunneis; sporidiis hyalinis, ellipticis, glabris, monostichis, 10 × 5. 3274

Hab. in ramis emortuis in Tasmania (Rodway). — Gregaria vel dense cæspitosa, *P. sepiatræ* Cooke affinis.

7. **Peziza convoluta** Peck, Bull. Torr. bot. Cl. 1903, p. 101. — Asco- 3275

matibus sessilibus irregularibus, extus glabris vage rugoso-reticulatis, flavido-brunneis vel fulvo-brunneis, margine expanso varie curvato deflexo undulato-contorto; hymenio distincte convoluto-plicato, fulvo-brunneo; ascis cylindricis; sporidiis monostichis, ellipsoideis v. oblongis, 20-22 × 12-15.

Hab. in arenosis Californiæ (W. R. Dudley). — Mycelium altum copiosam arenam conglobat.

8. **Peziza Morgan** Massee ap. Morgan Journ. of Myc. 1902, p. 190. — 32
Ascomatibus cyathiformibus, abrupte in stipitem brevissimum, constrictum, sublacunosum desinentibus. in sicco pallide brunneis, externe minute furfuraceis, non fragilibus, hypothecio excipuloque ex hyphis intricatis compositis, 3-4 cm. diam.; ascis cylindraceis, apice rotundatis, octosporis 280-300 × 16-17; sporidiis oblique monostichis, elliptico-fusiformibus, episporio delicate verrucoso, hyalinis, bi-guttulatis, 37-40 × 10-12; paraphysibus cylindraceis apice subincrassatulis.

Hab. ad terram in silvis, Preston Ohio, Amer. bor. — Species ob latitudinem sporidiorum verrucosorum prædistincta.

9. **Peziza chlorophysa** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. *Plicaria chlorophysa* 32
Clements. in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, p. 91. — Ascomatibus sessilibus, solitariis, carnosis, cupuliformibus, raro concavo-expansis, hymenio brunneo, extus ochraceo-brunneis, furfuraceo-tuberculatis, margine integro, 5-12 mm. lat., 3-4 mm. alt.; paraphysibus clavatis, septatis, clava sæpe granulis olivaceo-viridibus farcta, 11 μ. lat., nodis regulariter in cellulis magnis, sphæricis vel clavatis tumidis; ascis octosporis, cylindraceis, 275 × 16; sporidiis monostichis, ellipticis, levibus, hyalinis, 18 × 11.

Hab. ad lignum udum vetustumque, Jack Brook, Amer. bor., et ad fimum udum Cartle Cañon, Amer. bor. — *P. fimeti* (Fuck.) Rehm affinis.

10. **Peziza Suzukii** (P. Henn.) Sacc. et D. Sacc. *Plicaria Suzukii* P. 32
Henn. in Engl. Jahrb. 1902, XXXII, pag. 43. — Ascomatibus carnosis, subgregariis v. sparsis, sessilibus, primo globoso-clausis dein rotundato-apertis, 5-10 cm. diam., extus flavidis pruinosis, margine integris vel subcrenatis; disco flavo-brunneolo, levi; ascis cylindraceis, apice applanatis 250-300 μ. longis, basi attenuatis, curvulis, p. sporif. 150-180 × 20-24 μ. 8-sporis; paraphysibus filiformibus apice vix incrassatis, hyalinis 3-3 $^1/_2$ μ. crassis; sporidiis ellipsoideis utrinque eguttulatis 18-20 × 12-14, hyalinis, levibus.

Hab. ad terram inter ramos putres, Komaba Tokyo Japoniæ (F. Suzuki). — *P. pustulatæ* (Hedw.) Pers. proxima sed sporidiis levibus aliisque notis diversa.

11. **Peziza musicola** (P. Henn.) Sacc. et D. Sacc. *Plicaria musicola* 3279
P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, pag. 30. — Ascomatibus carnosis, primo hemisphæricis, sessilibus dein cupulatis, explanato-subdiscoideis, extus pruinosis, subfarinaceis pallidis, disco concavo, levi v. plicato-rugulose, vinoso 1-4 cm. diam., margine pallidiori, levi, integro; ascis cylindraceis, vertice obtuso-rotundatis, basi attenuatis, curvatis, octosporis 180-220 μ. longis, p. sporif. 80-120 × 16-18; paraphysibus filiformibus septatis apice vix incrassatis, brunneo-vinosis, guttulatis, 8-9 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis ellipsoideis, utrinque rotundatis, intus granuloso-brunneolis, 1-guttulatis, 16-20 × 11-14, levibus.

Hab. in foliis Musæ paradisiacæ, St. Catharina Brasiliæ austr.

12. **Peziza cæruleo-maculata** (Rehm) Sacc. et D. Sacc. *Plicaria cæ-* 3280
ruleo-maculata Rehm in Ann. Mycol. 1904, p. 351. — Ascomatibus primo globosis, parva basi sessilibus, disco suborbiculari explanato, distincte marginato pallido, excipulo glabro e cellulis subcinereis 25-30 μ. lat. contexto, fuscidulo cæruleo-maculato, sicco corrugato, 3 cm. diam.; ascis cylindraceis apice rotundatis 180-200 × 10-12, octosporis, jodi ope cærulescentibus; sporidiis ellipsoideis, utrinque rotundatis continuis, monostichis, crasse bi-guttatis, hyalinis, asperulis, 15-18 × 9-10; paraphysibus filiformi-clavulatis, septatis, apice 5 μ. cr.

Hab ad terram, East Madison, Wis. Amer. bor. (Harper).

13. **Peziza crenata** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. *Heteroplegma crenatum* 3281
Clements in Bull. of the Torr. bot. Cl. 1903, p. 92. — Ascomatibus sessilibus, plerumque solitariis, aquose carnosis, irregulariter hemisphærico-cupulatis 2,5-5 cm. lat. 2-3 cm. alt., hymenio umbrino-castaneo; paraphysibus clavulatis, simplicibus, dilute umbrinis, apice 5 μ. lat.; excipulo cellulis polygonis minutis hyphis intertexis tomentoso, pallide umbrino, siccitate griseo-furfuraceo 150 μ. cr., margine crenis nigro-furfuraceis 4 mm. lat., 2 mm. alt., prædito; hypothecii lamina superiore inferioreque 600 μ. crassa, medullari 500 μ.; ascis octosporis, cylindraceis, truncatis, operculatis, operculo et ore jodo valde tinctis, alibi dilute coloratis, 300 × 28; sporidiis oblique vel irregulariter monostichis, ellipticis, levibus, hyalinis, 22 × 14.

Hab. ad terram pinguem udosamque inter muscos, Ruxton Brook, Minnehaha, Amer. bor.

14. **Peziza cærulea** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. *Heteroplegma cæruleum* Clem. in Bull. of the Torr. bot. Cl. 1903, p. 92. — Ascomatibus sessilibus vel substipitatis, solitariis v. dense gregariis, cupulatis v. urceolatis, ore clauso, dein late aperto, carne læte cærulescente succosa, pulchre cærulea, ad basim 2-5 sulcatis 5-8 cm. lat., 3-6 cm. alt.; hymenio late olivaceo; paraphysibus clavatis, septatis, insuper olivaceis 4-5 μ. lat., hypothecio ex duabus lamellis pseudoparenchymaticis, fibrillis hyphis connexis composito, crasso; excipulo cremeo-olivaceo ad basim pulcherrime cæruleo, tuberculis fibrosis minutis isabellinis tomentoso; ascis octosporis, lineari-cylindraceis, stipitatis, jodo omnino cærulescentibus 275-300 × 12-15; sporidiis oblique vel irregulariter monostichis, ellipticis, asperatis, hyalinis 18-20 × 8-9. 32

Hab. ad terram udam umbrosamque Dark Cañon, Amer. bor.

15. **Peziza nana** Massee et Morgan, Journ. of Myc. 1902, p. 190. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, tenuibus, concavis, in sicco pallide brunneis usque 6 mm. diam. externe rugoso-pulverulentis; ascis cylindraceis, apice rotundatis, octosporis, 350 × 12; sporidiis late ellipsoideis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, episporio dense minuteque verrucoso, 18 × 10, monostichis; paraphysibus filiformibus, apice subincrassatis; hypothecio excipuloque ex hyphis filiformibus intricatis composito. 32

Hab. ad terram, Preston, Ohio, Amer. bor.

16. **Peziza Venezuelæ** Berk. et Cart. — Syll. VIII, p. 74. — **var. Antillarum** Pat. in Duss Enum. Champ. Guadel. 1903, p. 64. — Ascomate quam typi majore, disco obscure rufo-violaceo; sporidiis 1-3-guttulatis sero evolutis, non striatis, 27-33 × 10-14; paraphysibus ramosis: jodi ops nulla. 32

Hab. ad terram inter Coffeas, Martinica (Duss).

OTIDEA Pers. — Syll. VIII p. 94, X p. 4, XI p. 394, XIV p. 746, XVI p. 707.

1. **Otidea Harperiana** Rehm in Ann. Mycol. 1904, II p. 34. — Ascomatibus sessilibus, primitus subcyathoideis, uno latere verticaliter ad basim divisis, ad marginem tenuem hinc inde sublaceratis, demum contortis, plus minusve irregulariter explanatis, non lateraliter elongatis, versus basim stipitiformiter angustatis, disco undulato, fusco-sanguineo, excipulo umbrino-badio, ruguloso, velu- 32

tino, parenchymatice e cellulis subglobosis flavo-fuscidulis, ca. 30 μ. latis contexto, in stipitem brevem, basi albescentem 1-2 cm. latum abeunte, 4-10 cm. diam., 1,5-5 cm. altis, ceraceis, in sicco subcoriaceis, fragilibus; ascis cylindraceis, apice rotundatis, ca. 300 × 12-14 octosporis; sporidiis oblongo-ellipsoideis, utrinque rotundatis, 1-cellularibus, haud guttulatis, glabris, hyalinis, 15-17 × 5-7, monostichis; paraphysibus filiformibus, septatis, 3 μ., versus apicem 4 μ. crassis, hyalinis: jodi ope apex ascorum tingitur.

Hab. ad terram in lignis, in montibus Blue, Ohio, Amer. bor. (Harper). — Proxima *O. umbrinæ* (Pers.) Bres., colore, magnitudine et J. plane diversa est. E contrario *O. Harperiana* ad *Discinam* valde vergit, sed ascoma primitus verticaliter uno latere incisum obstare videtur.

2. **Otidea grandis** Rehm — Syll. VIII, p. 79, n. 275. — var. **Scheremetjeffii** P. Henn. in Hedw. 1903, pag. (116). — Ascomatibus flavo-brunneolis, auriformibus basi non albido-pilosis 2-5 cm. diam., disco brunneolo; ascis 120-150 × 8-10 p. spor. 60-80 μ. longa; paraphysibus apice uncinatis; sporidiis ellipsoideis, 11-14 × 5-6, constanter biguttulatis. 3286

Hab. in hortis et silvis ad terram in Michailowskoie Rossiæ (Comitissa Scheremetjeff).

DISCINA Fr. — Syll. VIII p. 99, X p. 4, XI p. 395, XIV p. 747, XVI p. 708.

1. **Discina macrospora** Bubak, Ann. Mycol. 1904, p. 395, fig. 1-4. — Ascomatibus sparsis, scutellatis, margine integris, 6-8 cm. lat. carnosis, disco castaneo-undulato, extus albidis; stipite albido-sulcato 1-3 cm. alto, 1-2 cm. lato; ascis cylindraceis 400-450 × 20-26, octosporis; sporidiis fusiformibus, crasse tunicatis, utrinque conico-appendiculatis, continuis, triguttatis, 33-44 × 11-15, hyalinis, monostichis; paraphysibus filiformi-clavulatis, ramosis, sursum 5-9 μ. cr., flavo-brunneo-guttulatis. 3287

Hab. in silvaticis pr. Tabor Bohemiæ. — *Discinæ ancili* proxima.

2. **Discina epixyla** Pat. in Duss Enum. Champ. Guadel. 1903, p. 63. — Ascomate cupuliformi dein expanso, 10-20 mm. sessili vel in stipitem teretem tenuato, omnino rufo-ochraceo, extus pallidiore, glabro, extus venis sulcisque usque ad stipitem percurso; ascis . . . . ; sporidiis fusoideis, incoloribus, utrinque acutis, 33 × 13-15, 3288

longitudinaliter 6-8-costulatis, costulis obtuse prominulis, præcipue e sporidiorum vertice magis conspicuis.

Hab. in lignis putridis, Camp-Jacob in silvis Rivière St. Louis Guadalupæ (Duss). — *D. pululahuancæ* etc. affinis.

3. **Discina pallide-rosea** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 328
1902, p. 31. — Ascomatibus aquoso-carnosis v. subgelatinosis (teste Möller), subcupulato-explanatis, dein discoideis, brevissime stipitatis, extus pallidis rugoso-plicatis, venosis (in alcool), margine recurvatis, disco concavo v. plano, levi glabro, pallide roseo, 2-4 cm. diam.; ascis cylindraceo-clavatis, apice rotundatis, basi attenuatis, octosporis, 240-270 μ. longis, p. sporif. 150-160 × 14-16; paraphysibus filiformibus, septatis, apice paullo incrassatis, guttulatis, flavidulis 3-4 μ. crassis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, interdum inæquilateralibus, 2-guttulatis, hyalinis 19-21 × 10-12.

Hab. in truncis?, St. Catharina Brasiliæ austr.

PYRONEMA Carus. — Syll. VIII p. 107, XI p. 395, XVI p. 1146.

1. **Pyronema armeniacum** Feltg. Vorstud. Pilzfl. Luxemb. Nachtr. 329
III, 1903, pag. 4. — Ascomatibus sparsis vel gregariis, subinde seriatis et confluentibus, sessilibus, globosis, demum applanato-concavis, margine tenui inæquali, extus et disco flavo-armeniacis, disco sicco aurantiaco, semper levi, excipulo albo pruinoso fere pilosello, basi hyphis septatis, ramosis 3-8 μ. cr., membranaceo-connexis cinctis 800-1500 μ. lat. 300-500 μ. alt.; ascis clavatis, longe sensim stipitatis 200-230 × 20-27, octosporis; sporidiis inordinate monostichis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, continuis, hyalinis, levibus, eguttulatis 16-19 × 10-12; paraphysibus furcatis, sursum usque 6-9 μ. ampliatis, septatis, subinde rubescentibus.

Hab. in corio putrescenti, Luxemburg. — A *Pyronemate pallenti,* omnino distinctum.

2. **Pyronema Buchsii** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 164. — Mycelio 329
supra *Hypna* et foliis ramulisque *Coniferarum* late effuso, albido, intertexto; ascomatibus confertis, rarius sparsis, carnosis, globosis, clausis, dein disciformibus, apertis, marginatis, subsessilibus, tandem immarginatis, cinnabarinis, extus pallidioribus et leniter furfuraceis 0,5-1 mm. diam.; ascis cylindraceis, apice rotundatis 120-180 × 12-15; paraphysibus filiformibus, apice leniter incrassatis, guttulis copiosissimis rubris repletis; sporidiis octonis, monostichis, fusoideis, obtusulis, hyalinis, 1-3-guttatis, 18-23 × 6-8.

Hab. in Muscis, foliisque et ramulis Coniferarum, prope Proskau Silesiæ (Max Buchs).

3. **Pyronema omphalodes** (Bull.) Fuck. — Syll. VIII, pag. 107. — 3292
var. **camerunense** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1901, pag. 40. Syll. XVI p. 1146 (nomen). — Ascomatibus gregariis confluentibusque sessilibus, mycelio byssino albido circundatis, ca. 1 mm. diam. cupulatis, dein explanatis, disco flavo-carneo; ascis cylindraceo-clavatis, apice rotundatis, basi stipitiformi-attenuatis, octosporis, 130-150 × 9-10; paraphysibus filiformibus haud septatis apice curvatis, ascos superantibus, ca. 3 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis utrinque rotundatis, 1-guttulatis, 15-18 × 6-8 hyalinis.

Hab. in cineribus arborum, Kamerun Afr.

4. **Pyronema domesticum** (Sow.) Sacc. — Syll. VIII, pag. 109. — 3293
var. **Raatzii** Henn., in Hedw. 1902, p. 164. — Ascomatibus carnosis 1 cm. diam. in mycelio albo carneolo, late effuso, ex hyphis intertextis, septatis 6-12 μ. cr. formato, insidentibus; ascis cylindricis, apice rotundatis, octosporis, 150-200 × 12-14, copiose paraphysatis; sporidiiis oblique monostichis, ellipsoideis, eguttulatis, hyalinis, 10-13 × 8-9.

Hab. in superficie limi (*Scheideschlamm*) in saccharificio in Kl.-Wanzleben Germaniæ (Dott. Raatz).

5. **Pyrenoma Carestiæ** (Ces.) Bres. Fungi Polonici, in Ann. Mycol. 1903, p. 119, *Peziza* Cesati in Erb. critt. it. II, n. 270. — Syll. VIII, p. 109. — *Peziza Thümenii* Karsten Rev. Mon. Pez. p. 118, *Pyronema Thümenii* Karst., Rehm, Discom. pag. 964, *Neottiella* Sacc. — Syll. VIII, p. 192.

Hab. ad folia mucida, in Italia, Polonia et Fennia. — Asci cylindraceo-pedicellati, 200-250 × 12-13, jodo haud tincti; paraphyses 2-3 μ., apice clavato, 5-7 μ.; sporidia navicularia 18-22 × 8-10. Cum speciminibus authenticis a cl. Carestia missis comparatum.

BARLÆINA Sacc. — Syll. VIII p. 111, X p. 5, XI p. 396, XIV p. 30 et 748, XVI p. 710 (partim sub nom. *Barlæa*).

1. **Barlæina albo-cærulescens** Penz. et Sacc. in Malpighia 190, p. 202, 3294
Ic. fung. Jav. t. 44, f. 4. — Ascomatibus sparsis, depresse scutellatis, 7-10 mm. diam., basi lata sessilibus, glabris, albido-cærulescentibus, margine breviter involuto; ascis cylindraceis 185-200 × 13,5-14, apice rotundatis, octosporis; paraphysibus filiformi-

bus, sursum anguste clavatis, hyalinis; sporidiis inter se remotiusculis, exasperatis.

Hab. ad terram, Tjibodas, in insula Java (M. Fleischer). — Affinis *B. amethystinæ* (Quél.) sed in ipsa ascoma multo majus etc.

2. **Barlæina convexella** (Karst.) Sacc. — Syll. VIII, p. 114 (*Barlæa*) 329
— var. **tjibodensis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 202, Ic. fung. Jav. t. 44. — Ascomatibus glabris, rubescenti-cereis, 750 μ.; ascis 150 × 14-16 parte sporif. 80 × 14-16; paraphysibus subæqualibus 3 μ. cr., subhyalinis; sporidiis octonis, sphæricis, levibus, 11-13 μ. diam.

Hab. ad terram, Tjibodas, in insula Java. — Colore et sporidiis paullo minoribus a typo differre videtur.

3. **Barlæina platensis** Speg. Myc. argent. fer. II, 1902, pag. 78. — 329
Ascomatibus laxe gregariis, sessilibus, glaberrimis, extus obsoletissime subrugulosis, turbinato-hemisphæricis, 4-6 mm. alt. 2-2,5 mm. lat., eximie marginatis, margine denticulato, hypothecio levi umbrino, epithecio isabellino; ascis cylindraceis, longiuscule pedicellatis, obtusissimis 100 × 14, p. spor., pedic. 40-50 μ. longo, 6-8 μ. crasso; sporidiis monostichis 10 μ. diam., globosis, levibus, eguttulatis, hyalinis; Jodi ope nulla.

Hab. in fimo gallinaceo putrescente, La Plata, in Argentina.

HUMARIA Fr. — Syll. VIII p. 118, X p. 4, XI p. 396, XIV p. 749, XVI p. 720.

1. **Humaria flavo-aurantiaca** Rehm in Ann. Mycol. 1904, II, p. 350. 329
— Ascomatibus gregariis, sessilibus, patellaribus, disco flavo-aurantiaco, crasse marginato, extus glabris, fuscidulis, excipulo parenchymatice e cellulis usque 15 μ. latis contexto, 1-2,5 cm. diam., carnosis, orbicularibus, dein irregulariter undulatis, in sicco margine valde involuto corrugatis; ascis cylindraceis, apice rotundatis ca. 200 × 10-12, octosporis; paraphysibus filiformibus 2 μ., versus apicem usque 4 μ. latis, subhyalinis, septatis, jodo immutatis; sporidiis ellipsoideis, utrinque rotundatis, 1-cellularibus, guttas 2 oleosas magnas includentibus, hyalinis, 15-17 × 7-8, monostichis.

Hab. ad terram, Ohio Amer. bor. (Lloyd). — *Humariæ Lloydianæ* Bres. et Pat. — Syll. XVI, p. 711 — proxima, sed ascomatum forma et magnitudine multo majore, sporidiis minoribus, paraphysibus distincte clavatis, denique disco haud viridi-aurantiaco diversa.

2. **Humaria subcitrina** Bres. apud Rehm in Hedw. 1901, p. (102). 3298
Plicaria Rehm l. c. — Ascomatibus e concavo subhemisphærice explanatis, marginibus etiam reflexis, sessilibus vel breviter papillato-pedicellatis, luride luteis, 8-20 mm. diam.; hymenio concolore, demum citrino e levi ruguloso, interdum centro umbilicato; carne concolore, sed pallidiore, inodora et insipida; ascis cylindraceis, basi attenuatis, 320-360 × 14-17, jodi ope cærulescentibus; paraphysibus ramosis, apice curvatis 3-4 μ. cr.; sporidiis ellipticis, levibus 18-20 × 9-10.

Hab. ad terram limosam in agro Tridentino (Bresadola) et Valkenburg Limburgiæ (J. Rick)

3. **Humaria ceraceo-cerea** P. Henn. Fungi blumenaviense II, in 3299
Hedw. 1902, p. 28. — Ascomatibus ceraceo-carnosis, sessilibus, cupulatis, dein explanatis, discoideo-scutellatis, extus pruinosis 5-13 mm. diam., pallide cereis, disco plano levi, ceraceo, margine recurvato-undulato; ascis clavatis apice obtuso-rotundatis, basi attenuatis, octosporis, 180-200 μ. long., p. sporif. 100-120 × 18-20; paraphysibus filiformibus, septatis haud incrassatis, hyalinis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis v. ellipsoideo-subfusoideis, utrinque obtusis, 1-guttulatis primo levibus dein granuloso-verrucosis, hyalinis v. dilute fuscidulis, 17-20 × 9-11.

Hab. in foliis putridis, in silvis, St. Catharina prope Blumenau Brasiliæ austr.

4. **Humaria umbilicata** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 202, Ic. 3300
Fung. Jav. tab. 45, fig. 1. — Ascomatibus corticicolis, basi lata sessilibus, gregariis, concavis, dein depresse-scutellatis, usque 9-10 mm. diam., carnoso-ceraceis, glabris, centro distincte umbilicatis, miniatis; ascis cylindraceis, longe deorsum tenuatis, 185-200 × 11-12, apice obtusis, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis ellipsoideis, 17-18 × 7,5-8, levibus, hyalinis, farctis, oblique monostichis.

Hab. in corticibus emortuis, Tjampea, in insula Java. — Affinis *H. euchroæ* sed corticicola, umbilicata etc.

5. **Humaria Nicholsonii** Massee in the Nat. 1901, pag. 188, tab. II, 3301
fig. 17-21. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, carnosis, initio planiusculis v. paullo convexis, marginatis, glabris, 4-7 mm. diam. luteo-aurantiacis; contextu parenchymatico e cellulis 6-7 μ. circ. diam. formato; ascis cylindraceis, octosporis, 65-70 × 8-9; sporidiis ellipticis, levibus, utrinque obtusis, 1-guttulatis, 10 × 6, hyalinis; paraphysibus filiformibus apice non collapsis.

Hab. in foliis putridis Fagi, in hortis Kew Angliæ (G. Nicholson).

6. **Humaria foliicola** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, pag. 29. — Ascomatibus carnoso-ceraceis, sessilibus, primo hemisphærico-clausis, dein cupulatis marginatis, demum explanato-discoideis 5-11 mm. diam., extus pruinoso-subfurfuraceis, disco primo pallide carnescente-cinereo dein flavidulo, subviscoso; ascis cylindraceo-clavatis, apice rotundato-obtusis, octosporis, 230-260 × 16-20; paraphysibus filiformibus 3,5 μ. cr., apice anguste clavatis, utrinque intus granulatis, flavidulis 4-5 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, utrinque subattenuato-obtusis, granulatis, 1-guttulatis, hyalinis, 16-20 × 9-11, episporio granulato-verrucoso v. reticulato. 3302

Hab. in foliis, St. Catharina prope Blumenau Brasiliæ austr.

7. **Humaria ochroleuca** Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, p. 91. — Ascomatibus sessilibus, solitariis, urceolatis vel cupulatis, demum nonnumquam convexo-expansis, ceraceo-carnosis, hymenio ochroleuco, 3-6 mm. lat., 2-6 mm. alt.; paraphysibus linearibus, hyalinis, numerosis 3 μ. lat.; hypothecio hyalino, hyphis dense intertextis, 170 μ. cr.; excipulo ochroleuco 125 μ. cr., ex cellulis rotundis v. polygonatis, sæpe seriatis 16-20 μ. diam., concreto, minute micaceo vel glabro, margine eximie albido-crenulato, sub margine zona pallide brunnea; ascis octosporis, linearibus, longe stipitatis, jodo non tinctis, 270 × 11; sporidiis irregulariter monostichis, ellipticis, levibus, hyalinis 19 × 11. 3303

Hab. inter muscos et in glarea ad ripas udas, Engelmann Cañon, Amer. bor.

8. **Humaria vitigena** Massee et Morgan, Journ. of Myc. 1902, p. 189. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, basi latiusculis, carnosis, 2–3 mm. latis, globosis et diu congestis, dein expansis margineque incurvato et minute setoso donatis, externe fusco-albis, disco glauco; contextu excipuli e cellulis irregulariter nodulosis composito; ascis cylindraceis, apice rotundatis, pedicello brunneo, 120 × 12 octosporis; sporidiis monostichis subellipticis, utrinque obtusis, hyalinis, levibus, 8 × 6-6,5; paraphysibus filiformibus, apice paullo incrassatis. 3304

Hab. in sarmentis emortuis Vitis ripariæ, Preston, Ohio, Amer. bor.

9. **Humaria Masseeana** Sacc. et D. Sacc. *H. coccinea* Massee in Kew Bull. 1903, p. 152, nec (Cr.) Sacc. in Syll. VIII, pag. 119. — 3305

Ascomatibus 0,5-1,5 cm. lat., gregariis vel subsparsis, primo subglobosis, dein explanatis, extus margineque pallidis, laxe pilosis, disco coccineis vel aurantio-rubris; ascis cylindraceis, jodo haud tinctis, 270 × 17, octosporis; paraphysibus clavatis, septatis; sporidiis monostichis, hyalinis, ellipsoideis, diu glabris, dein verrucosis, continuis 22-23 × 14-15.

Hab. in detritis, Garhwal, Indiæ britt. (Gamble).

10. **Humaria Bakeri** Mc. Alp. Proc. Linn. Soc. New S. Wales, 1904, p. 123. — Laxe gregaria, subsessilis v. distincte stipitata, glabra, unicolor, carneo-rubra, firma, disco orbiculari vel elliptico concaviusculo, 1 mm. diam.; ascis cylindraceis deorsum tenuatis apice rotundatis, octosporis, 85-95 × 7; paraphysibus copiosis, septatis, hyalinis, sæpe apice bifurcatis; sporidiis monostichis, subfusiformibus, hyalinis, levibus, 13-16 × 3,5-5. 3306

Hab. ad terram sabulosam Wentworth Falls N. S. W. Australiæ (R. T. Baker). — Affinis *H. salmonicolori*, differt vero disco et sporidiis minoribus nec non *H. novo-zelandicæ*, a qua recedit glabritie et sporidiis ascisque minoribus.

11. **Humaria palmicola** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 28. — Ascomatibus carnosis sparsis v. aggregatis, sparsis vel aggregatis, primo clavoideis clausis, dein brevissime stipitatis v. sessilibus, cupulatis, ca. 1,5-3 mm. diam., extus pallide flavis, pruinosis, margine minute farinaceis, crenulatis, disco concavo dein applanato, flavido, stipite brevi crassoque cuneato; ascis clavatis, apice obtuse rotundatis, basi attenuato-stipitatis, 4-sporis, 140-150 μ. long., parte sporifera 65-70 × 12-14; paraphysibus filiformibus, haud clavatis, guttulatis dein pluriseptatis, hyalinis 3-3,5 μ. crassis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis utrinque rotundato-obtusis, bi-guttulatis 20-23 × 11-12, hyalinis, levibus. 3307

Hab. in floribus putrescentibus Palmarum, St. Catharina pr. Blumenau Brasiliæ austr.

12. **Humaria ithacaensis** Rehm in Ann. Mycol. 1904, II, p. 35. — Ascomatibus plerumque sparsis, sessilibus, primitus globoso-clausis, dein urceolatis, denique disco convexulo, carneo-rubro, 0,5-1 mm. diam., glabris, parenchymatice contextis, carnosis, in sicco corrugatulis, ad basim *Marchantiæ* hyphis hyalinis affixis; ascis cylindraceis, apice rotundatis 150-180 × 15, octosporis; paraphysibus filiformibus, hyalinis, septatis, 3 μ., versus apicem 4 μ. crassis, J. —; sporidiis ellipsoideis, episporio minutissime asperulo, guttas 3308

oleosas 2 magnas includentibus, 1-cellularibus, hyalinis 15-17 × 8-9, monostichis.

Hab. in pag. superiore Marchantiæ polymorphæ, Ithaca N. York, Amer bor. (Durand). — *Helotium Marchantiæ* (Berk.) Sacc. Syll. VIII, pag. 246, ascomata obconica, flavido-brunnea, cum sporidiis 12-16 × 3-5 præbet.

13. **Humaria phycophila** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, pag. 4. — 3309
Ascomatibus sparsis v. gregariis, sessilibus, aurantiacis, basim versus paullo pallidioribus, glaberrimis, levissimis, primo subglobosis et fere clausis, postea turbinatis (obverse conicis), ostiolo minutissimo hiantibus, postremo obverse campanulatis, 1,5 mm. altis, 1,5 mm. diam., disco parum depresso, margine angustissimo, membranaceo, fere hyalino circumvallato; ascis cylindraceis 200-270 × 12, deorsum in pedicellum mediocrem contractis, paraphysibus continuis, protoplasmate aurantiaco turgentibus, apicem versus subclavatis, sursum eleganter recurvatis et asci proximi summitatem quasi protegentibus, obvallatis; sporidiis in quovis asco octonis, monostichis 20-24 × 6-7, utrinque acutiusculis, hyalinis, protoplasmate granuloso farctis, levissimis, non ocellatis; ascorum membrana summo incrassata; structura parenchymatica.

Hab. in Rhizoclonio spec., fundum scrobiculæ implens in terra ericacea uliginosa, Bergen Hollandiæ.

14. **Humaria silvosa** Clem. in Bot. Surv. Nebr. 1901, p. 7. — Asco- 3310
matibus sessilibus, sparsis v. gregariis, hemisphæricis, marginatis, integris, concavis, croceo-luteis 250 μ. 1 mm. diam.; ascis 4-sporis, irregularibus, pedicellatis, superne truncatis, inoperculatis, 150 × 18; paraphysibus linearibus, oblongo-clavatis, clava 30 × 7-8, granulosis 5 μ. cr.; sporidiis ellipsoideis, utrinque obtusis, rectis vel oblique monostichis, 2-3 late guttulatis, 25 × 12.

Hab. ad ripas muscosas, Nebraska, Amer. bor

15. **Humaria pusilla** Feltg. Vorstud. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, 3311
p. 5. — Ascomatibus sparsis vel gregariis, scutellatis, sessilibus, extus brunneolis, basi saturatioribus, carnoso-ceraceis, 300-600 μ. lat., disco griseo-brunneolo granuloso; ascis elongato-clavatis, longiuscule stipitatis, p. spor. 80-90 × 10, octosporis; sporidiis monostichis, oblongo-ellipsoideis, obtusis, rectis, levibus, hyalinis 4-guttatis, 16 × 5,5-6; paraphysibus filiformibus, apice vix incrassatis, hyalinis.

Hab. in fragmentis ligneis, putridis Quercus et Fagi, Luxemburg. — *Humariæ alpigenæ* affinis.

16. **Humaria subsemiimmersa** von Höhnel, Fragmente zur Mykol. 1903, p. 18. — Terricola, gregaria, 1-2 mm. diam., sessilis, plana, ceraceo-carnosula, sicca subcomplicata vel plana, pallide vitellina, extus pallidior, levis, margine vix distincto, contextu parenchymatico, pallido; ascis cylindraceis, breve stipitatis, 140-156 × 11-13 octosporis, jodo non cærulescentibus; paraphysibus numerosis, filiformibus, infra furcatis, 1,5 μ. crassis, obsolete septatis, superne vix incrassatis, apice plus minusve involutis; sporidiis oblique monostichis, rarius subdistichis, hyalinis, ellipsoideis, subtiliter verruculosis, bi-triguttulatis, 17-20 × 7-8. 3312

Hab. ad terram nudam, in ditione Puchberg prope montem Schneeberg Austriæ inferioris. — Valde affinis *Humariæ semiimmersæ* (Karst); differt sporidiis verruculosis et paraphysibus superne non incrassatis sed involutis.

17. **Humaria ollula** (Karst.) Rehm in litt. *Peziza ollula* Karst. Hedwigia 1883, p. 163, Lymb. Myc. XIII, p. 5, rev. Mon. p. 116. — Ascomatibus carnosis, sparsis, sessilibus, e sphæroideo urceolatis, subregularibus, nudis seu subfarinaceis, margine integerrimo, primitus quasi squamulis minutissimis adpressis fuscis vestitis aurantiacis vel albido-aurantiacis, 1 cm. alt. et lat.; ascis cylindraceis, 180-195 × 10-12.; sporidiis 8, monostichis, sphæroideo-ellipsoideis vel subellipsoideis, levibus, eguttulatis, 9-15 × 8-9; paraphysibus numerosis, apicem versus leniter incrassatis, 2-3 μ. lat., hyalinis, nonnumquam superne dilute lutescentibus. 3313

Hab. in locis arenosis deustis in Fennia.

ASCODESMIS Van Tiegh. — Syll. VIII p. 824.

1. **Ascodesmis volutelloides** Mass. et Salm. Coproph. Fungi II, p. 61, fig. 13-17. — Ascomatibus punctiformibus circ. 150 μ. diam., primo niveis, demum dilute stramineis globulosis, pilis longis 120-500 μ. filiformi-setaceis, basi plus minus inflatis, rectis v. flexuosis hyalinis septatis e membrana basilari parenchymatica orientibus cinctis; ascis piriformibus v. oblongis breviter stipitatis, citissime diffluentibus 28-35 × 14-16, octosporis; sporidiis globosis 10 μ. diam., hyalinis v. dilute stramineis, minute asperis; paraphysibus paucis filiformibus, septatis apice curvatis circ. 40 μ. long., mox evanescentibus. 3314

Hab. in fimo Macropodis gigantei, Kew Britanniæ.

SARCOSCYPHA Fr. ex p. — Syll. VIII p. 153, XI p. 398, XIV p. 753, XVI p. 715.

1. **Sarcoscypha albo-villosa** Rehm in Ann. Mycol. 1904, II, p. 33. — 3315
Ascomatibus sessilibus, primitus cyathoideis, dein stipitatis, usque 0,5 cm. altis; disco coccineo, usque 7 mm. lato, stipite cylindrico 1-1,2 mm. crasso, cum excipulo albo-tomentoso, pilis basi ampulliformiter usque 10 μ. cr. ibique subramosis, ceterum simplicibus, rectis, subobtusis, vix septatis, glabris, hyalinis, ca. 300 × 4-7; ascis cylindraceis, apice truncatis, ca. 300 × 15, octosporis; sporidiis ellipsoideis, guttam 1 magnam centralem includentibus, episporio sexangulariter reticulato, hyalinis 18-21 × 10-12, monostichis; paraphysibus filiformibus, apice vix hamatis, guttis oleosis aureis, jodii ope e cæruleo decoloratis repletis, 3 μ. apice sensim usque 5 μ. crassis.

Hab. ad terram, Villas Woods, Madison, Ohio, Amer. bor. (Harper). — Species juxta *Sarcoscyphum rhenanam* Fuck. et *Peziam splendentem* Quél. ponenda, quæ apud Cooke, Mycogr. p. 237, tab. 112, fig. 400 egregie illustratur sed apud Fuckel sub *Aleuria* l. c. nihil de tomento farinaceo ulterius demonstratur ejusque forma et altitudo itemque paraphyses hamatæ, ut in *Peziza splendente*, valde divergunt, non minus harum specierum color aurantiacus. *Sarcoscypha proboscidea* (Wallr.) Sacc. — Syll. VIII p. 155 — e contrario, secundum descriptionem, quoad formam et colorem plane convenit, sed deficientibus notis ascorum sporidiorumque plane dubia videtur.

2. **Sarcoscypha pseudomelastoma** P. Henn. Hedw. 1902, p. 166. — 3316
Ascomatibus carnosis, stipitatis vel subsessilibus poculiformibus, dein plano-convexis, margine denique laciniatis extus stipiteque albidis vel rubiginoso-velutinis 1-2 cm. diam.; pilis 4-6 μ. crassis; disco levi, olivaceo-atro, stipite 1,5 cm. longo 3 mm. crasso, deorsum attenuato; ascis cylindraceis, apice rotundatis 180-200 × 10-14 (parte spor. 90-100 μ. longa), paraphysibus filiformibus, sursum flavidis vix incrassatis 2,5-3 μ. crassis; sporidiis monostichis ellipsoideis 12-16 × 6-8, intus granulosis hyalino-flavidulis, membrana levi.

Hab. ad terram in Grunewald prope Berlin, Germania — Affinis *S. melastomæ* (Sow.) Cooke, a qua præcipue differt ascis sporidiisque multo minoribus.

3. **Sarcoscypha coccinea** Jacq. — Syll VIII, p. 154. — var. **jurana** 3317
Boud. in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 194, tab 8,

fig. 2. — Ascomatibus 1-3 cm. lat., 2-4 cm. alt., stipitatis, extus tomentosis pallide ochraceo-coccineis, siccitate albidis, hymenio pulchre coccineo; paraphysibus tenuibus, dichotomo-ramosis, ramis acutis 4 μ. crassis, intus coccineo-granulosis, jodo cærulescentibus aut virentibus; ascis operculatis, ad basim longe attenuatis, octosporis, 350-450 × 15; sporidiis oblongis vel oblongo-truncatis, levibus, duabus guttulis oleosis ad extremitatem positis, præditis, 24-29 × 13-14.

Hab. in ramis infossis Tiliæ, in regione Jurana Galliæ (Quélet, Hetier, Veuillot) et in Helvetia (Doct. Butignot). — Media magnitudine, *Sarc. coccineæ* omnino similis, sed sporidiis brevioribus duas guttulas oleosas includentibus imprimis differt.

MACROPODIA Fuck. — Syll. VIII p. 158.

1. **Macropodia subclavipes** (Phill. et Ell.) Rehm, Ann. Mycol. 1904, 3318
p. 354, *Peziza subclavipes* Phill. et Ell. North Amer. Fungi, n. 985. — Ascomatibus primo cyathoideo-stipitatis, dein disco explanato, fusco-cinereo; stipite cylindrico 8 × 1 mm., excipulo cum stipite farinaceo-alutaceo, subverruculoso, margine in primis floccoso e cellulis oblongis seriatis, flavido-hyalinis 18-20 × 8-9 formato; ascis cylindraceis 250 × 15, octosporis; sporidiis ellipsoideis, continuis, crasse 1-guttatis, levibus, hyalinis 18-21 × 9-10, monostichis; paraphysibus filiformi-clavulatis sursum usque 7 μ. cr., fuscidulis.

Hab. ad terram in silvis siccis, Newfield, New Jersey Amer. borealis.

2. **Macropodia urceolata** Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, 3319
p. 91. — Ascomatibus carnosis, cupulatis, stipitatis, stipite in radiculas tres vel quattuor 5-10 mm. long. abeunte, omnino v. deorsum densissime griseo-lanato, hymenio ochraceo-brunneo, extus concoloribus v. obscurioribus, furfuraceo-tuberculatis, cellulis tuberculorum trigonorum in fasciculos pilorum brevium hyalinorum productis, margine pallidiore, incrassato, lacerato crenatoque 1-2,5 cm. lat., 5-15 mm. alt.; paraphysibus clavulatis, septatis, viridiguttatis 4 μ. lat., clava 8-9 μ. lat.; ascis octosporis, cylindraceis, breviter stipitatis, 325 × 22; sporidiis oblique monostichis, ellipticis, levibus, hyalinis, 24 × 14.

Hab. in arena aquosa, Jack Brook, Minnehaha Amer. bor.

PILOCRATERA P. Henn. — Syll. XIV p. 31, VIII p. 130, XI p. 398 (sub *Trichoscypha*).

1. **Pilocratera medusina** (Speg.) Sacc. et D Sacc. *Peziza medusina* Speg. Myc. argent. ser. II, 1902, p. 78. — Ascomatibus in juventute 2-3 mm. diam., subglobosis v. obpiriformibus, clausis, longis patuleque setuloso-hirsutis, pedicello gracili æquilongo suffultis, per ætatem hemisphærico-obconicis 8-16 mm. diam., margine integro, sed plus minusve involuto latiuscule apertis, subpergameneo-coriacellis subtenuibus, 0,5 mm. crassis, extus pallide ochraceis, subglabratis sed marginem versus setulis majusculis 2 mm. long., simplicibus erectis, hirsutis, intus pallidioribus v. ochroleucis levissimis; stipite 5-10 mm. longo 0,75-1,25 mm. crasso a basi apicem versus lenissime incrassato; ascis cylindraceis densissime constipatis, aparaphysatis, apice obtusissime rotundatis deorsum leniter attenuato-pedicellatis, 300-350 × 18-20, octosporis; sporidiis ellipticis 28-30 × 9-13 tenuiter tunicatis, nubilosis, jodi ope vix ascorum membrana lenissime cærulescenti. 3320

Hab. ad ramos emortuos in silvis prope Puerto Pampa in Argentina (E. Kermes). — Species habitu naturaque fere *Pani rudis* distinctissima, laxe gregaria, primo erecta dein pendula.

2. **Pilocratera cantareirensis** P. Henn. Fungi Paulenses III, p. 208 (Hedw. 1904). — Ascomatibus ceraceo-carnosis, stipitato-cupulatis, aurantio-brunneolis, $^1/_2$-2 cm. diam., extus levibus postice subvenosulis, margine subsquamosulis, squamis toruloso-septatis usque 60 × 10, hyalinis; disco concavo, subaurantiaco levi; stipite subtereti, flavido, pruinoso, usque ad $1^1/_2$ longo $1-1^1/_2$ mm. crasso; ascis cylindraceo-clavatis, apice applanato-obtusis, stipitatis ca. 240-320 µ. longis, p spor. ca. 180 × 14-17, 8-sporis; paraphysibus filiformibus, hyalinis, 2-3 µ. crassis; sporidiis oblique monostichis, oblonge subfusoideis, obtusiusculis, pluriguttulatis, 25-32 × 11-13. 3321

Hab. ad ligna?, Serra da Cantareira Brasiliæ. — *Pil. amœnæ* (Lév.) affinis.

PLECTANIA Fuck. — Syll. VIII p. 163, XVI p. 716.

1. **Plectania rimosa** Peck, Bull. Torr. Bot. Cl. 1903, pag. 100. — Ascomatibus 1,5-2,5 cm. latis, cupulatis, margine involuto, extus minute pilosis, nigris, costis parcis simplicibus parceve ramosis a basi percursis; hymenio nigro, rimoso; stipite brevi irregulari v. compresso, sæpe deorsum tenuato; ascis cylindricis; sporidiis inæqualiter ellipsoideis v. oblongis, 2-4-nucleatis, monostichis, 20-30 × 12-14; paraphysibus brunneis supra incrassatulis. 3322

Hab. ad terram in California (W. R. Dudley).

LACHNEA Fr. emend. — Syll. VIII p. 166, X p. 5, XI p. 398, XIV p. 754, XVI p. 716.

1. **Lachnea heterothrix** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. *Sepulturia heterothrix* Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, pag. 91. — 3323
Ascomatibus sepultis, ore integro, demum emergentibus et ore in dentes triangulares findente, hymenio ochraceo-brunneo, extus brunneis, pilis brevioribus, simplicibus, flexuosis, septatis, 100-150 μ. long., longioribus similibus, nonnumquam 1-ramosis 700-1000 μ., 2-2,5 cm. lat., 2 cm. alt.; paraphysibus clavulatis, septatis, vix granulatis; ascis lineari-clavatis, octosporis 216 × 19; sporidiis oblique monostichis, late ellipticis, levibus, 1-guttulatis 20 × 14.

Hab. in terra foliosa populeti, Ruxton Park, Amer. bor. — *S. Geasteri* (B. et Br.) affinis.

2. **Lachnea gigantea** (Clem.) Sacc. et Syd. — Syll. XVI, p. 1147 3324
(nomen) — *Sepultaria* Clem. in Bot. Surv. Nebr. 1901, p. 8. — Ascomatibus cupulato-hemisphæricis, 3-8 cm. crassis et altis, hypogæis, gregariis dein superficialibus, subcoriaceis, margine contortis, integris, basi valde lacunosis, brunneo-ochraceis, dense pilis septatis flexuosis, fuligineis 250-700 × 17 vestitis, hymenio ochroleuco; ascis octosporis elongatis, stipitatis 350 × 15; paraphysibus linearibus, apice fuscescentibus, parce incrassatis 7 μ. cr.; sporidiis rectis vel oblique monostichis, fusoideo-ellipticis bi vel pluriguttatis, valde tuberculatis, 30-35 × 13-15.

Hab. in terra humosa, in silva Octowanie, Nebraska Amer. borealis.

3. **Lachnea Scheremetjeffii** P. Henn. in Hedw. 1903, pag. (117). — 3325
Ascomatibus subcæspitosis, sessilibus, cupulatis, ca. 1-1,5 cm. diam., extus ferrugineis, squamoso-setosis granulosisque, setulis brunneolis, septatis, interdum ramosis, 3-7 μ. cr., margine setulis pallide fuscis, usque ad 300 μ. long. 10 μ. cr., septatis, basi usque ad 15 μ. incr.; disco pallido, undulato; ascis cylindraceo-clavatis, apice rotundato-obtusis ca. 250-300 μ. longis, p. sporif. 140 × 18; paraphysibus filiformibus, septatis, apice 5-10 μ. clavato-incrassatis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, 2-guttulatis, hyalinis, primo levibus, dein verrucosis, 18-22 × 10-12.

Hab. in ramis decorticatis dejectis, Michailowskoje Rossiæ (Comitissa Scheremetjeff).

4. **Lachnea melaloma** (A. et S.) Sacc. — Syll. VIII, pag. 181. — 3326
var. **major** Pat. in Bull. Soc. Hist. Nat. Autun, 1904, p. 11 (extr.) — A typo differt ascomatibus usque 15 mm. diam.; sporidiis 15-20 × 9-11.

Hab. cum typo in terra usta, Bir- M'Cherga Tunisiæ.

5. **Lachnea diplotricha** Rehm in Ann. Mycol. II, 1904, pag. 34. — 3327
Ascomatibus gregariis, primitus globoso-clausis, dein urceolatis, demum applanatis, orbicularibus, flavis, excipulo e cellulis magnis parenchymatico-contexto, imprimis versus marginem p. p. pilis sparsis, rectis, obtusis, septatis, dilute flaveolis ca. 300 μ. longis, ad basim 25 μ. latis, versus apicem valde angustatis, p. p. pilis fasciculatis, creberrimis, rectis, obtusis, septatis, hyalinis usque 300 μ. longis, subæqualiter 4–5 μ. crassis obsesso, usque 1 cm. diam., carnosis; ascis cylindraceis, apice rotundatis ca. 200 × 15, octosporis; sporidiis oblongis, utrinque rotundatis, glabris, haud guttulatis, hyalinis, 14–15 × 7,7-5, monostichis; paraphysibus filiformibus, septatis 3 μ. cr., versus apicem sensim usque 5 μ. crassis, subhyalinis.

Hab. ad terram udam, Ohio, Amer. bor. (Lloyd). — A *Lachnea phœoloma* (Wallr.) Sacc. et *L. dalmeniensi* Cooke proximis, ut videtur, speciebus, duplici genere pilorum et fuscorum basi ampliatorum et hyalinorum æqualiter crassorum plane abhorret.

6. **Lachnea contorta** Mass. et Crossl. in the Nat. 1901, pag 182, 3328
fig. 7-11. — Syll. XVI, p. 1147 (nomen). — Ascomatibus stipatis, compressis, irregularibus, marginatis, disco ob mutuam pressionem contorto, plano, rubro-sanguineo, externe pallidiore, circ. 1 cm. diam.; pilis marginalibus fere hyalinis v. luteolis, paullo conicis, apice obtusis, multiseptatis usque ad 300 × 12; ascis cylindraceis apice obtusis, octosporis 300 × 14-15; sporidiis ellipticis, utrinque obtusis, levibus 23–25 × 12, hyalinis, eguttulatis; paraphysibus tenuibus, apice abrupte subglobosis, rubris.

Hab. ad terram Selby, Mid West Yorkshire Angliæ (G. Massee). — Ab omnibus speciebus rubris generis *Lachneæ*, pilis fere hyalinis, cylindraceis, multiseptatis et sporidiis latioribus differt. — A *L. umbrata* Phill., notis datis bene distinguenda.

7. **Lachnea chætoloma** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. *Scutellinia chæ-* 3329
toloma Clements in Bull. of the Torr. Bot. Club 1903, p. 89. — Ascomatibus superficialibus, gregariis, ceraceo-carnosis, cupuliformibus, sæpe irregulariter cochleatis, griseis, extus pilis sparsis, acutis, brunneolis 270 × 8, margine longe ciliato pilis erectis, stri-

ctis, fasciculatis, septatis, pallide brunneis 560 × 8, hymenio albido vel griseo, 5-22 mm. lat. et 6-10 mm. alt.; paraphysibus linearibus, vix clavulatis, raro bifurcatis 3 μ. lat.; ascis octosporis, cylindraceis 300 × 19; sporidiis monostichis ellipticis, levibus, vacuolatis, 25-27 × 12-13.

Hab. ad lignum udum et ad acus Abietis, Jack Brook, Minnehaha, Amer. bor.

8. **Lachnea blumenaviensis** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, pag. 29. — Ascomatibus carnosis, sessilibus, primo clausis dein cupulatis vel subdiscoideis 4–12 mm. diam., extus margineque squarroso-pilosis, setulis rigidis atro-castaneis, parce septatis 400-600 × 22-28 vestitis, disco concavo levi, subcinereo, ceraceo; ascis clavatis, apice rotundato-obtusis, basi attenuatis, octosporis 200-280 μ. longis, p. sp. 150-180 × 16-20; paraphysibus filiformibus 4-5 μ. cr., septatis, apice clavatis ca. 7-9 μ. incrassatis vel subulatis; sporidiis monostichis, ellipsoideis, intus granulosis flavidulis dein 1-2-guttulatis, episporio reticulato grosse verrucoso, 20-25 × 13-17. 3330

Hab. in corticibus, St. Catharina Brasiliæ austr.

9. **Lachnea piliseta** (Clem.) Sacc. et Syd. — Syll. XVI, pag. 1147 (nomen). — *Pelodiscus pilisetus* Clements in Bot. Surv. Nebr. 1901, pag. 8. — Ascomatibus carnosis, applanatis, raro concavis, margine integris, evidentibus, luteo-fulvis; pilis acuminatis, sparsis, brunneis 2-3-septatis, basi attenuatis 300-400 × 25; hymenio lucenti luteo-fulvo 1 cm. diam.; ascis octosporis, cylindraceis 250 × 25; paraphysibus septatis, clavatis, 4–5 μ. cr.; clava usque 8 μ. crassa, subhyalinis; sporidiis subellipticis, granulis polygonalibus repletis, indistincte crenulato-verrucosis, oblique monostichis, 30 × 16–18. 3331

Hab. in silvis, Nebraska, Amer. bor.

10. **Lachnea Lœnnbohmii** Karst. Fungi nov. Lœnnb. 1904, pag. 4 (Finska Vetensk. Soc.). — Ascomatibus subgregariis, e concavo planis sessilibus, pallidis, disco flavo, pilis brevissimis v. brevibus, acutis, continuis, simplicibus obsessis, lat. 0,5-1 cm.; sporidiis monostichis, ellipsoideis, eguttulatis, levibus, 16-20 × 9-12; paraphysibus haud bene discretis. 3332

Hab. supra quisquilias prope Rigi Helvetiæ 1901 (O. A. F. Lönnbohm).

11. **Lachnea longiseta** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 203 et Ic. fung. Jav. tab. 45, fig. 2. — Ascomatibus sparsis,

latis, basi lata sessilibus v. semiimmersis, 2,4-3 mm. diam., carnosis, brunneo-rubris, margine erecto extusque longe setosis, setis cuspidatis, subrectis, rigidulis, brunneis, septatis, marginalibus usque 1 mm. longis, basi inflatulis 22–30 μ. cr.; ascis cylindraceis 160-170 × 10-11, deorsum longe sensim tenuatis, octosporis, filiformi-paraphysatis; sporidiis monostichis, ellipsoideis, levibus, hyalinis, 19-20 × 10.

Hab. in alveo flum., Tjibodas, in insula Java. — *L. scutellatæ* aliisque affinis, sed setis, colore, habitatione satis differt. Granula terræ setis hærentia sæpe inveniuntur.

12. **Lachnea irregularis** (Clem.) P. A. et D. Sacc. *Scutellinia irregularis* Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, pag. 90. — Ascomatibus sessilibus, gregariis, irregulariter cupulatis, demum concavis, hymenio griseo-albido, flavido fere glaucescente, extus brunneo-griseis, pilis brunneis 100 × 8, margine pilis strictis, septatis, 325 × 8 μ. brunneo-ciliato, 4-10 mm.; paraphysibus clavulatis, septatis, 3 μ. lat.; ascis octosporis, cylindraceis 200 × 16; sporidiis monostichis, ellipticis, asperatis, biguttulatis 15 × 8. 3334

Hab. ad trabes putrescentes Abietis sub ponte Jack Brook, Minnehaha, Amer. bor. — *L. Jungneri* Henn. aff.

13. **Lachnea epixyla** Baccarini N. Giorn. bot. ital. 1904, p. 419. — Disco pallide luteo, extus pilis badiis conicis $^1/_2$ mm. et ultra longis vestito, mm. 3–5 lato; ascis cylindricis 170 × 10; sporidiis anguste ellipsoideis 11,4 × 9,5 minutissime verrucosis; paraphysibus ascos superantibus, filiformibus ad apicem parum incrassatis. 3335

Hab. in stercore et lignis putridis in silva Pisana Italiæ. — *Lachneæ stercoreæ* peraffinis sed tamen valde distincta.

14. **Lachnea bulbocrinita** Phill. Man. brit. Disc. p. 227. — Ascomatibus sparsis 3 mm. diam. sessilibus, hemisphæricis, dein expansis, carnosis, extus nigro-fuscis, pilis longis, rectis, fuscis, septatis, ad basim bulbosis obtectis, disco pallido vel cinereo; ascis cylindricis, 8-sporis; sporidiis ellipsoideis, glabris, 20 × 13; paraphysibus filiformibus. 3336

Hab. ad ramos emortuos in Anglia. — Proxima *L. Erinaceo*, sed pilis multo longioribus, ad basim bulbosis, disco obscuriore, paraphysibus ad apicem non dilatatis diversa.

15. **Lachnea heterospora** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. — *Scutellinia heterospora* Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, p. 90. — Ascomatibus sessilibus, gregariis, hymenio miniato, brunneo-ciliato 3 mm. lat., extus concoloribus, pilis acutis, septatis, atro- 3337

brunneis 1000 × 27, paraphysibus clavulatis, septatis, granulis aurantiacis fusiformibus farctis 4 μ. lat., clava aurantiacea 8-10 × 20-25; sporidiis monostichis, diversis, quattuor majoribus ellipticis, asperulatis, vacuolatis 24 × 14, quattuor minoribus fere vel exacte sphæricis, hyalinis, levibus 11 μ. diam.

Hab. ad terram muscosam, Minnehaha, Amer. bor.

16. **Lachnea dispora** (Clem.) Sacc. et D. Sacc. *Scutellinia dispora* Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, p. 90. — Ascomatibus sparsis, ceraceo-carnosis, scutellatis, margine setis brunneis, brevibus attenuatis, 200 × 20 prædito, extus pilis similibus brevioribus, disco miniato-rubro 3-4 mm. d.; paraphysibus linearibus, ad apicem valde turgidis, granulis coccineis dense farctis, 10-12 μ. cr.; ascis octosporis, clavulatis 185 × 20-23; sporidiis irregulariter dispositis, levibus, hyalinis, gutta magna præditis, forma valde diversis, aliis late ellipticis, 23-25 × 17-19, aliis sphæricis 23-27 μ. diam., frequenter formis duabus in asco unico. 3338

Hab. ad lignum udum muscosumque, Cheyenne Cañon, Colorado Springs Amer. bor.

17. **Lachnea Eichlerii** Bres. Fungi Polonici in Ann. Mycol. 1903, p. 119. — Ascomate sessili, concavo, 2-3 mm. lato, extus setis, badio-fulvis dense strigoso; hymenio pallido levi; substantia ceraceo-carnosa; ascis cylindraceo-pedicellatis, apice truncatis, jodo haud tinctis, 220-240 × 12-14; paraphysibus filiformibus, 2 μ. crassis, apice vix incrassatis; sporidiis ellipticis, 13-16 × 8-9; setis usque ad 2 mm. longis, basi 16-24 μ. crassis, cuspidatis. 3339

Hab. ad folia et caules herbarum emortuos et ad terram conglomeratos, in Polonia. — *Lachneæ setosæ* Nees proxima.

18. **Lachnea Clementsi** Sacc. et Syd. — Syll. XVI, p. 1147 (nomen). — *Pelodiscus miniatus* Clem. in Bot. Surv. Nebr. 1901, p. 8. — Ascomatibus carnosis, sparsis vel 2-3-congestis, miniatis, margine nudis, sparse pilis brevissimis continuis, flexuosis luteis 70-80 × 10 vestitis, hymenio concavo v. plano, circulari, miniato 1-2 mm. lato, 0,5-1 mm. alto; ascis octosporis, clavatis 250 × 15; paraphysibus septatis, late clavatis, clava rubro-lutea 9-12 μ.; sporidiis recte vel oblique monostichis, ellipticis, papillatis, papillis 2-3 μ. latis, hyalinis, 26-28 × 12-14. 3340

Hab. in terra stercorata, Nebraska, Amer. bor.

19. **Lachnea ascophanoides** (Boud.) Sacc. et D. Sacc. *Tricharia ascophanoides* Boud. in Bull. soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 195, tab. 8, fig. 4. — Ascomatibus e cupulato applanatis, dein conne- 3341

xis, vix undulatis, ad marginem pilis obtusiusculis, hyalinis 1-2-septatis 40-60 μ. longis, infra pilis longioribus acutiusculis 2-4-septatis concoloribus 100-300 μ. longis, vestitis; paraphysibus tenuibus, hyalinis ad apicem crassioribus, septatis, intus vix spumosis, clavula 6-8 μ. crassa; ascis octosporis, operculatis, cylindricis, ad basim paullo attenuatis, 270-300 × 20-27, jodo non cærulescentibus; sporidiis ellipticis, hyalinis, levibus, intus granulis minutissimis numerosis, utraque extremitate conglomeratis, 19-23 × 13-14.

Hab. ad corium putridum, Jura Galliæ (Hetier). — Minuta 2-5 mm. lata, pallide ochracea, extus breviter pilosa, pilis concoloribus.

20. **Lachnea ascoboloides** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in 3343
Hedw. 1902, p. 29. — Ascomatibus carnosis, cupulatis, aurantio-flavis, setulis squarrosis, brunneis, subulatis 300-400 × 20-28 vestitis, disco concavo, flavo, levi, ceraceo ca. 0,8-0,11 mm. lato; ascis clavatis, apice rotundatis, basi attenuato-stipitatis, 130-150 μ. long., sporif. 90-100 × 12-14 octosporis; paraphysibus filiformibus, haud incrassatis, guttulatis 1 μ. cr.; sporidiis monostichis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, 14-16 × 9-12, hyalinis eguttulatis.

Hab. in fimo anatino, St. Catharina Brasiliæ austr.

SPHÆROSPORA Sacc. — Syll. VIII p. 188, XVI p. 720.

1. **Sphærospora citrina** Mass. et Crossl, in the Natural. 1904, p. 4. 3344
— Sessilis, patellato-concava, majuscula, 5-8 mm. diam., amœne lutea, circa marginem pilis brunneis, erectis, e basi incrassata cuspidatis 150-180 × 12-15 ornata; ascis cylindraceis, stipitatis, 300 × 35; paraphysibus bacillari-capitatis, septatis, flavidis obvallatis, octosporis; sporidiis monostichis, globosis, verrucosis 30 μ. diam. hyalinis.

Hab. ad terram turfosam, Redcar Britanniæ (E. M. Holmes).

2. **Sphærospora Strasseri** Bres. in Strasser Pilzfl. Sonntagl, IV, p. 422, 3345
in Verh. zool. bot. Ges. Wien 1901. — Sacc. Syll. XVI, p. 1146 (nomen). — Ascomatibus sessilibus, sparsis, explanato-concavis, 3-4 mm. latis, extus brunneo-villosis, ex pilis variæ longitudinis et basi usque ad 21 μ. latis, disco albido-subcinereo; ascis cylindraceis, basi attenuatis 240-260 × 20-21; paraphysibus 3-4 μ. diam., apice fusoideo 5-6 μ.; sporidiis globosis echinulatis 18-19 μ. diam.

Hab. ad terram arenosam, Austria inf. — *Sphær. trechisporæ* B. et Br. admodum affinis, a qua præcipue differt hymenio albido.

3. **Sphærospora Durandi** Rehm Ann. Mycol. 1904, II, pag. 36. — 3346

Ascomatibus sessilibus, patellariiformibus, versus basim angustatis, disco olivaceo-viridulo, repando, distincte marginato, excipulo fusco, villo hypharum filiformium, septatarum, fuscidularum, usque 50 × 5-6, demum evanido obducto; parenchymatice contexto, carnosis, ca. 1,5 mm. diam.; ascis cylindraceis, apice subtruncatis, usque 200 × 15-20, octosporis; sporidiis globosis, episporio verruculis tenuissimis obducto, 1-cellularibus, guttam 1 oleosam magnam includentibus, dilute fuscidulis 12-14 μ. diam., monostichis; paraphysibus filiformibus, septatis 4 μ. crassis, apice obtuso usque 8 μ. crassis, imprimis versus apicem subfuscis.

Hab. ad humum, Canadingua, M. York Amer. bor. (Durand). Proxima *Sphærospora flavovirens* (Fuck.) Sacc., imprimis sporidiis reticulato-areolatis diversa videtur.

4. **Sphærospora Staritzii** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (19). — Ascomate carnoso, primo globoso-clauso, dein cupulato-hemisphærico, extus brunneo, pilis squarrosis, simplicibus, septatis, ferrugineis 200-300 × 15-25, vestitis, margine involuto, asperato, disco levi, brunneo, ca. 1-1,5 mm. diam.; ascis cylindraceo-clavatis, apice rotundato-obtusis, 8-sporis, ca. 200-250 μ. longis, p. spor. 120-140 × 16-20; paraphysibus simplicibus, filiformibus, septatis, intus pluriguttulatis, subhyalinis; sporidiis monostichis, globosis, episporio crasso, primo sublevi, dein reticulato, subverrucoso, hyalino 11-14 μ. 3346

Hab. in lutosis in Grosskühnauer Park Germaniæ. — *Sphær. flavovirenti* peraffinis.

NEOTTIELLA Cooke. — Syll. VIII p. 190, XI p. 400, XIV p. 760, XVI p. 720.

1. **Neottiella macrospora** (Clem.) P. A. et D. Sacc. *Neottiopeziza macrospora* Clements in Bull. of the Torr. Bot. Club. 1903, p. 89. — Ascomatibus sessilibus, cupuliformibus, aquose carnosis, udis fere hygrophanis, extus obsolete micaceis, tomentosis, incarnatis 3-6 mm. lat. et alt., hymenio concolore, margine distincto, pallidiore, crenulato-dentato; paraphysibus linearibus vel clavulatis, septatis, clava 5-8 μ. lat., insuper granulis brunneis minutis farctis; hypothecio hyalino 200 μ. cr., pseudoparenchymatico; excipulo ad marginem exacte pseudoparenchymatico 150 μ. cr., cellulis 20 μ. diam., pilis brevibus, septatis, curvatis, hyalinis 50-80 × 8 prædito; ascis octosporis, cylindraceis, stipitatis, operculatis, jodo 3346

non tinctis, 350 × 22; sporidiis oblique monostichis, raro distichis naviculatis leviter asperatis, dense vacuolatis, 40-42 × 16-18.

Hab. ad terram inter muscos udos, Jack Brook, Minnehaha, Amer. bor.

SCLEROTINIA Fuck. — Syll. VIII p. 195, X p. 6, XI p. 401, XIV p. 761, XVI p. 721.

1. **Sclerotinia heteroica** Wor. et Naw. Zeitschr. f. Pflanzenkr. 1896, p. 129 et 199, tab. IV, nec III, *Sclerotinia Ledi* Naw. (absque diagnosi). — *Sclerotiniæ Oxycocci* affinis; ascomatibus stipitatis in *Ledo* crescentibus; cupula concaviuscula 5 mm. diam.; stipite cylindrico, subtortuoso, 5 mm. alto, 0,5 cr.; ascis cylindraceis, breviter crasse stipitatis, apice rotundatis; paraphysibus filiformi-clavatis, crassiusculis, septatis, obvallatis; sporidiis ellipsoideo-oblongis, in asci apice subdistichis, hyalinis, guttulatis; statu conidico *Moniliam* referente in *Vaccinio uliginoso* nascente 3348

Hab. stat. ascoph. in fructibus sclerotizatis Ledi palustris; conidia in gemmis Vaccinii uliginosi, in Germania.

2. **Sclerotinia Ariæ** H. C. Schellenberg, Centralbl f. Bakt. Abt. II, XII, 1904, p. 735. — Ascomatibus e sclerotio orientibus numerosis usque 24 ex eodem fructu, flavo-ochraceis, stipitatis, 1-2 mm. diam.; ascis clavatis, 65 × 6-8; sporidiis oblongo-ovoideis 10-11 × 2,5-3,5, hyalinis. 3349

Hab. in fructibus emortuis induratis sclerotiaceis Sorbi Ariæ pr. Wassen Reussthal Helvetiæ. — Sporidiola ægre in culturis evolvuntur. Chlamydosporæ seu conidia in foliis Sorbi sunt globulosa, 8-10 μ. diam. Species ratione generis exigua, ab affini *S. Aucupariæ* Wor. acute distincta.

3. **Sclerotinia fructigena** (Schr.?) Nort. in Trans. Acad. Sc. of St. Louis 1902, p. 91, tab. XVIII-XXI, *Sclerotinia fructigena* (Pers). [*Monilia*] Schroet Pilze Scles. 2, p. 67, ex parte? — Ascomatibus stipitatis castaneis, disco concavo subcampanulato, sicco saturatiore, 5-8 mm. lat., stipite anguste cylindrico subtriplo longiore; ascis tereti-clavatis, longiuscule sensim stipitatis, 45-60 × 3-4, octosporis, paraphysibus filiformi-clavulatis obvallatis; sporidiis in asci parte superiore, oblique monostichis, ellipsoideis, intus granulosis, hyalinis 6-7 × 3,3,5 (ex icon.) stat. conidico *Moniliam cineream* sistente. 3350

Hab. in fructibus Amygdali et Pruni in Maryland Amer. bor. — Species post multos conatus diuque exspectata tandem se protulit! — Teste cl. Aderhold, Berichte Deutsch. Bot. Gesell.

1904, p. 262 et hic ipse *Sclerotiniæ* speciem eduxit e ***Monilia fructigena*** genuina in pomis oriente, sed hæc species major evasit et ascos sporidiaque majora exhibuit nempe ascos 120-180 × 8-12, sporidia 11-12,5 × 5,6-6,8. Cum vero species culta a cl. Norton ex *Monilia cinerea* in drupis Pruni et Amygdali oriente satis differre videatur, rectius est, præeunte ipso Aderhold et dum species ambæ vere distinctæ sint, *Sclerotiniam* Nortianam nuncupare *Scl. cineream* Aderh. et alteri ex antiqua *Monilia fructigena* oriundæ nomen servare *Sclerotiniæ fructigenæ* Aderh., nec *Scierotinia fructigena* (Woron.) Norton.

4. **Sclerotinia fructicola** (Winter) Rehm in litt. *Ciboria fructicola* 3351
Winter Hedwigia 1883, p. 131. — Cupulis gregariis, infundibuliformibus, longissime pedicellatis, extus intusque brunneis, glabris, 3-4 mm. diam., siccis margine involuto, extus griseis, stipite concolore flexuoso 15-25 mm. long., inferne fusco-villoso, ex epicarpio in corpus sclerotioideum fusco-atrum transformato oriente; ascis cylindraceis, apice obtusis, deorsum attenuatis, 8-sporis, 130-160 × 8-8,5, membrana ascorum apice incrassata et poro pertusa, jodo immutata; sporidiis ovoideis, continuis, hyalinis, 10-12,5 × 4-4,5 monostichis; paraphysibus filiformibus, sursum parum incrassatis, hyalinis, ascos æquantibus.

Hab. ad Persicæ vulg. fructus putridos in America boreali. 3352

5. **Sclerotinia Nicotianæ** Oud. et Koning. On a Sclerot. hitherto unkn. 1903, p. 48, cum tabula (Konink. Akad. Amst.). — Sclerotiis ad superficiem caulium et foliorum primo in compagine densissima filorum mycelii niveorum absconditis, celeriter molem augentibus, mox itaque expositis tandemque a substrato decidentibus, extus nigris, intus albis, nunc subglobosis, nunc iterum oblongis, 10 maxime mm. longis, 5-6 mm. maxime crassis, teretibus vel subangulosis; ascomatibus plurimis (usque ad 20) ab uno eodemque sclerotio protrusis, longe stipitatis, tenerrimis; stipite filiformi, tereti-flexuoso, 4-6 centim. longo, $^1/_2$ mm. crasso, deorsum scabro, sursum levi, summo obesiore, sic ut ascoma satis, longe apophysatum videatur, una cum ascomate pallide fuscescente floccoso-squamuloso; ascomate proprio minimo, primo coniformi, clauso, dein p. m. expanso, perforato, tandem patelliformi, late aperto, 0,8 mm. diam., 0,2 mm. alto, margine incurvato; ascis cylindricis, apice rotundatis, jodo haud cærulescentibus, deorsum breve stipitatis, 160-180 × 6-7, paraphysibus obvallatis, octosporis; sporidiis ellipticis, 5-7 × 3-4, in partibus ascorum $^2/_3$ superiori-

bus oblique monostichis, levibus, hyalinis; paraphysibus filiformibus, summo subclavatis, numerosissimis, dense congestis, ascos paullo superantibus, $2^1/_2$ μ. crassis, protoplasmate dilute-fuscescente farctis.

Hab. in caulibus et foliis Nicotianæ Tabaci in Nederlandia. — Species valde noxia. — Ex mycelii hyphis repentibus hyalinis, septatis, ramosis, numerosissimæ assurgunt hyphæ basidiiferæ; basidiis sive conidiophoris lageniformibus ut plurimum conglobatis, summo conidia sphærica, hyalina, diam 2,5 μ. in catenas breves coadunata procreantibus. Conidia ex aere in patellam gelatina præparata repletam delapsa, mox germinare incipiunt myceliumque proferunt, cujus hyphæ, quum plurimis locis arctius inter se coalescant, sclerotiorum novorum exordia edunt.

6. **Sclerotinia utriculorum** Boud. in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 196, tab. 8, fig. 6. — Ascomatibus gracilibus, cupulatis, plus minusve longe stipitatis, extus cum stipite pallidis, levibus, hymenio cinereo-fulvo; paraphysibus tenuibus, intus ochraceo-guttulosis, aut granulosis ad apices paululum incrassatis 3-4 μ. crassis; ascis cylindricis, clavatis, ad basim subattenuatis, octosporis, inoperculatis, jodo apice vix cærulescentibus, 150-160 μ. long. 9-10 μ. latis; sporidiis oblongo-ovatis v. sub-lanceolatis, ad apices non obtusis, hyalinis 11-16 × 5-7, intus sæpius subnebulosis aut indistincte granulosis. 3353

Hab. ad utriculos Caricis Davallianæ, in turfosis Juranis Galliæ (Heiter). — Minuta, 1-2 mm. lata, utriculicola, pallide cinereo-fulva, stipite gracili; sporidiis ovato-oblongis subnebulosis.

7. **Sclerotinia Hordei** H. C. Schellenberg, Centralbl. f. Bakt. Abt. II, XII, 1904, p. 735. — Sclerotiis culmigenis, plantam graciliorem fere abortivam reddentibus; ascomatibus e sclerotio oriundis, flavo-stramineis, 1-1,5 mm. diam., stipite 2 mm. longo glabro præditis; ascis clavatis, 65 × 6-9, octosporis; sporidiis ovoideis utrinque subacutis, hyalinis, 5-7 × 4-6. 3354

Hab. in culmis Hordei vulgaris jam secundo anno emortuis in Helvetia. — In plantis junioribus ad folia et culmi basin primitus evolvuntur *Botrytis* quædam alba.

8. **Sclerotinia temulenta** (Prill. et Delacr.) Sacc. et D. Sacc. *Stromatinia temulenta* Prill. et Delacr. in Prill. Mal. pl. agric. II, p. 453, c. ic. — Ascomatibus stipitatis, cupula concaviuscula marginata, demum expansa convexula, pallide fulva, 5-7 mm. diam., stipite cylindraceo in cupulam sensim dilatato, albido 7-10 mm. long.; 3355

ascis tereti-clavulatis, 130 × 5 paraphysibus filiformi-clavulatis, obvallatis, octosporis; sporidiis oblongo-ellipsoideis, 10 × 4,5 in asci parte superiore oblique monostichis; statu conidico *Endoconidium temulentum* sistente.

Hab. in caryopsidibus Secalis cerealis humidis in Gallia. — Teste Rehm, *Sclerotinia secalincola* Rehm, Syll. XVI, p. 722, non differt.

9. **Sclerotinia Richteriana** P. Henn. et Star. Hedw. 1903, p. (18). — 3356
Sclerotio atro, rugoso, ca. 2-4 mm. diam., ascomatibus singularibus v. pluribus longe stipitatis, cupulatis, marginatis, dein convexis, medio umbilicatis, emarginatis, extus isabellinis, pruinosis vel subtomentosis; disco flavo brunneo vel cinnamomeo, levi vel ruguloso 0,5-2 cm. diam.; stipite farcto, tereti, subæquali plerumque flexuoso, superne alutaceo, glabro, levi, subnitenti, inferne obscuriori, 3-5 cm. longo, 1-1,5 mm. cr.; ascis cylindraceo-clavatis, apice rotundato obtusis, ad basim attenuatis 140-170 μ. longis, p. spor. 80-110 × 8-10, octosporis; paraphysibus filiformibus, parce septatis, hyalinis 3 μ. crassis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, utrinque obtuso-rotundatis, plerumque 2, interdum pluriguttulatis, hyalinis, 10-14 × 5-8.

Hab. ad rhizomata Polygonati multiflori in hortis pr. Dessau, Grosskühnau Germaniæ. — Affinis *Scl. tuberosæ*, sed colore, indumento et sporidiis minoribus diversa.

10. **Sclerotinia Smilacinæ** Durand in Bull. of the Torr. Bot. Club. 3357
1902, p. 462. — Gregaria vel subfasciculata, longe stipitata; *sclerotiis* parvulis 1-2 mm. diam., irregulariter sphæricis, congestis vel coalescentibus massamque 1-2 cm. diam. efformantibus; ascomatibus roseolis initio sphæricis, dein campanulatis, centro depressis sæpe contortis et irregularibus 0,75-3 cm. diam. cinnamomeo-brunneis, externe levibus, stipite 2-6 cm. longo, 2-3 mm. crasso, tomentosulo, obconico; cortice parenchymatico, e cellulis irregularibus 10-30 μ. diam. composito; ascis octosporis; constricto-cylindraceis apice rotundatis, 120-140 × 6-8; paraphysibus filiformibus sursum parce incrassatis; sporidiis oblique monosticis, hyalinis, continuis, bi-guttatis, subellipticis, 12-15 × 4-5.

Hab. in rhizomatibus Smilacinæ racemosæ in terra immersis prope Ithaca Amer. bor. — *Scl. tuberosa* (Hedw.) Fuck. affinis.

11. **Sclerotinia helvelloidea** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in 3358
Hedw. 1902, pag. 27. — Ascomatibus carnoso-ceraceis, cupulatis,

dein reflexo-explanatis, longe stipitatis, extus pruinosis, cinnamomeis?, disco medio depresso subinfundibuliformi, undulato, reflexo, emarginato, levi, flavo-brunneo 2-2,5 cm. diam.; stipite flexuoso, subcompresso, fusiformi, atro-brunneo, longe radicato, 3-5 cm. longo, ca. 3 mm. crasso; ascis longe clavatis apice obtusiusculis, basi attenuato-stipitatis, 80-100 μ. longis, p. sporif. ca. 50-60 × 6-8, octosporis; paraphysibus filiformibus, hyalinis 3-3,5 μ. cr., vix incrassatis; sporidiis oblique monostichis, oblongis clavato-fusoideis, utrinque obtusiusculis, hyalinis, continuis 1-2-guttulatis, 9-11 × 3,5.

Hab. ad terram sat profunde, sed sclerotium recurvatum ad superficiem revertit, St. Catharina Brasiliæ austr.

12. **Sclerotinia Mœlleriana** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 27. — Ascomatibus e sclerotio orientibus, membranaceo-carnosulis, stipitatis, tubiformibus, pallide flavis, extus levibus, pruinosis, disco concavo, levi, flavido ca. 1 mm. diam.; stipite subfiliformi, levi, brunneo, 6 mm. longo, 200-300 μ. cr.; ascis clavatis obtusiusculis, 65–70 × 5-7, octosporis; paraphysibus filiformibus apice paullo incrassatis; sporidiis oblique monostichis v. distichis, fusoideis utrinque acutiusculis, intus granulatis, subfuscidulis, 6–7 × 3,5; sclerotiis subglobosis, rugulosis, atris, intus pallidis, ca. 1-2 mm. diam. 3359

Hab. in fimo felino St. Catharina Brasiliæ austr.

13. **Sclerotinia sclerotiacea** (Ces.) Rehm in litt. *Peziza sclerotiacea* Ces. in Rabh. Herb. Myc. II, 1532. — Stipite e basi sclerotioidea (*Sclerotium stercorarium*) orto, capillari donec subterraneo, dein abrupte incrassato fere e nodo vel geniculo (ubi in lucem prodit) extus carnoso et concolore cum cupula patellari explanata, glaberrima, carnosa quoque, e sordescenti carnea; in speciminibus majoribus (diam. 12 mm. perraris) disco ad centrum rufescenti; ascis 3360

Hab. in aggeribus, Vercelli Ital. bor. — Magnitudo *Sclerotiniæ* ab illa Sclerotii pendet, sed cupulæ 4 mm. diam. frequentiores sunt. Basis sclerotioidea sæpius fere consumpta, hinc facile observatorem fugere potest.

14. **Sclerotinia Opuntiarum** Speg. in An. Soc. Cient. Arg. 1899, p. 277. — Ascomatibus patellariformibus, extus subcinereis, intus subtestaceis, breviter pedicellatis, solitariis vel catervatim, e sclerotio exsurgentibus, 5-20 mm. diam.; stipitibus nullis vel plus minusve elongatis 0-15 mm. long. 0,5-2 mm. crass.; ascis cylindraceis, 120-130 × 9-10, deorsum longe pedicellatis, 55-60 μ. long. 3361

p. spor., octosporis; paraphysibus crassiusculis filiformibus, articulatis, monostichis, ellipticis, 12 × 6, hyalinis, biguttulatis, levibus, in prima juventute tunica tenui mucosa involutis.

Hab. ad terram pinguem ad Opuntias, La Plata Argentinæ.

CIBORIA Fuck. — Syll. VIII, p. 201, XI p. 402, XIV, p. 762, XVI, p. 723.

1. **Ciboria americana** Durand in Bull. of the Torr. Bot. Club 1902, p. 461. — Ascomatibus solitariis, stipitatis, cyathuliformibus vel applanatis, margine reflexis vel umbilicatis, pallide cinnamomeo-brunneis 3-10 mm. diam.; stipite tenui 2-10 mm. longo, superne furfuraceo, inferne obscuriore, e cellulis rotundis 6-10 μ. diam. composito; ascis clavatis, curvulis 75 × 9, apice rotundatis, octosporis; paraphysibus filiformibus; sporidiis distichis, hyalinis, levibus, continuis, eguttulatis, ellipticis v. ovato-ellipticis, 9-12 × 4-5. 3362

Hab. ad involucra dejecta Castaneæ vescæ prope Ithaca Amer. bor. — *Cib. echinophilæ* (Bull.) Sacc. affinis.

2. **Ciboria firma** (Pers.) Fuck. — Syll. VIII, p. 203. — var. **acuum** Feltg. Vorstud. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 46. — A typo differt stipite breviore 3,5 mm. long., margine ascomatis pruinoso et excipulo externe fibroso-striato. 3363

Hab. in foliis Pini putrescentibus, Luxemburg.

3. **Ciboria Dallasiana** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1903, p. 165. — Ascomatibus superficialibus, cyathiformibus, fere discoideis, glabris, margine integris, dein curvulis, circ. 1 cm. diam., cartilagineo-carnosis, griseo-albidis et leviter in summo stipite usque ad marginem cyathulæ subradiato-zonatis, disco pallide albido dein livido; stipite tenui, subæquali vel basi subincrassatulo, concolori 1-1,5 cm. longo, 0,5 mm. crasso; ascis cylindraceis, 150 × 8-10; paraphysibus asco æquilongis, sursum spathulatis, recurvulis; sporidiis distichis, oblongo-fusoideis, subcurvulis, hyalinis, 22-32 × 5-6. 3364

Hab. ad ligna, Mt. Pocono, Pa. Amer. bor. (E. M. Dallas). 3365

4. **Ciboria brunneo-rufa** Bres. Fungi lusitanici in Broteria 1903, vol. II, p. 89. — Ascomata gregaria, ceracea, stipitata, infundibuliformia dein patellaria, brunneo-rufa, glabra 1,5-3 mm. lata; stipes subconcolor, teres 2-8 mm. longus 0,5 mm. circ. crass.; ascis clavato-subfusoideis, 120-135 × 6-8, jodo poro subcærulescentibus; paraphysibus filiformibus 2 μ. cr., apice subclavatis 3 μ.

cr.; sporidiis elongatis, bi-guttulatis 10-12 × 3-4; contextu excipuli subparenchymatico, fusco e cellulis 12-15 μ. d.

Hab. ad folia emortua Pistaciæ Lentisci, in Lusitania.

5. **Ciboria carbonaria** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, pag. 44. — Ascomatibus calyciformibus, extus stipiteque pallide flavis pruinosis, stipite cylindrico sursum sensim dilatato, 5 mm. alto, 300 μ. crasso, basi noduloso, disco flavo 2 mm. lato, tenuiter et pallidius marginato; ascis cylindraceis, longiuscule stipitatis, apice rotundatis, octosporis, 55-68 × 5-5,5; sporidiis 1-2-stichis, elliptico-fusiformibus, obtusiusculis, continuis, hyalinis, biguttulatis, 10-12,5 × 2,5; paraphysibus filiformibus, hyalinis, 1,5 μ. cr. 3366

Hab. in areis carbonariis, ad culmos et radices putrescentes, Luxemburg.

6. **Ciboria? velhaensis** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 28. — Ascomatibus ceraceis, stipitatis, primo clausis, dein cupulatis v. subdiscoideis, marginatis extus levibus, pallide flavis, 2-3 mm. diam., disco concavo levi flavido; stipite tereti ca. 1-1,5 mm. longo, 0,5 mm. crasso, flavo, pruinoso; ascis clavatis, obtusis, basi attenuatis, 140-160 × 13-15; paraphysibus filiformibus, apice haud clavatis, septulatis, ca. 2 mm. cr.; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, oblonge fusoideis vel subclavatis, rectis v. curvulis 3-4-guttulatis, primo medio 1-dein 3-septatis, haud constrictis, 23-33 × 5-7. 3367

Hab. in ligno putri, Velha St. Catharina Brasiliæ austr.

7. **Ciboria? sessilis** Starb. in Arkiv for botan. 1904, Band 2, p. 3, fig. 8-9. — Ascomatibus sessilibus vel puncto centrali fixis, vix stipite tuberculoideo præditis, cupulariformibus v. expansis, margine acuto integro, in sicco e lateribus contractis, textura corneo vel -cartilagineo-gelatinosa, stratu interiore usque 50 μ. crasso, contextu typice porrecto, hyphis angustissimis, membrana incrassata, parallele cum parietibus cupulæ currentibus composito, particula hypothecii intricata, stratu exteriore usque 40 μ. crasso, cartilagineo, hyphis crassioribus quam maxime incrassatis, lumine angustissimo conformato, extrema parte parietis cupulæ ut videtur typice globulosa, tota glabra vel subtus paullum furfuracea et præsertim centrum versus striatula, pallide ochracea 0,5-2 cm. diam.; ascis densissime verticibus conglutinatis, cylindraceo-clavatis, brevissime pedicellatis, sursum obtuse rotundatis 170 × 20 p. spor., octosporis; sporidiis plerumque monostichis, ellipsoideis v. ellipsoideo-oblongatis, obtusis vel interdum utrinque abrupte acu- 3368

tatis 25-32 × 10-13; paraphysibus sat numerosis, ascos æquantibus vel paullulo superantibus, filiformibus ramosissimis, fere anastomosantibus, apicibus et cum ascis dense confluentibus, guttulatis, undulatis vel fere nodulosis.

Hab. ad lignum in silvis, St. Anna da Chapada, Matto Grosso Brasiliæ. — Propter texturam mirabilem facile novum genus sistens.

8. **Ciboria sulfurella** (E. et E.) Rehm in Durand Bull. of the Torr. bot. Club. 1902, p. 461. Huc ducendum sec. cl. auct. *Helotium sulfurellum* E. et E. — Syll. VIII, p. 221. — Asci 75-90 × 8-10; sporidia 9-15 × 4-6.

HELOTIUM Fr. — Syll. VIII p. 210, X p. 6, XI p. 402, XIV p. 762, XVI p. 726.

1. **Helotium phlebophorum** Pat. Champ. de la Guadeloupe, ser. II, in Bull. Soc. Myc. de France, t. XVIII, fasc. II, 1902. — Ascomatibus stipitatis, cyathiformibus, 1 mm. altis, hemisphæricis, externe albido-rubris, glabris, levibus, longitudinaliter venosulis, integris; hymenio plano-convexo, brunneo pallido, stipite flexuosulo, gracili, initio albido, dein brunneo-nigro, cylindrico, æquali, pruinoso, fugaci; ascis cylindraceis, ad basim subattenuatis, apice apertis, 50-55 × 6-8, octosporis; sporidiis monostichis, hyalinis, ovoideis 6 × 3; paraphysibus cylindraceis, hyalinis, simplicibus, asco subæquilongis. 3369

Hab. in foliis putridis, Guadalupa.

2. **Helotium Cecropiæ** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 25. — Ascomatibus ceraceo-carnosis, sparsis, stipitatis, primo clausis dein cupulato-applanatis, extus levibus, brunneis, disco plano vel concavo marginato, castaneo, levi 0,4-0,8 mm. diam.; stipite subcarneo, tereti, atro-castaneo, levi 0,2-0,6 mm. longo, 80 μ. cr.; ascis clavatis, obtusiusculis vel subacutiusculis 35-45 × 3,5-4; paraphysibus filiformibus hyalinis 0,6-0,8 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis vel distichis, fusoideis, acutiusculis, minute 2-guttulatis, 4-5 × 1-1,5 hyalinis. 3370

Hab. in foliis Cecropiæ, St. Catharina Brasiliæ austr.

3. **Helotium angelense** Starb. in Arkiv for Botan. 1904, Band 2, p. 4. — Ascomatibus gregariis, e stipite firmo obconicis v. turbinatis, distincte marginatis, siccis hymenio patellari vel concaviusculo, humectatis cupulæformibus, textura generis porrecta, flavido-fulvescentibus, siccis rufescentibus, glabris, subtus striatulis 0,5-2 mm. d.; stipite crassiusculo 1 mm. albo v. breviore, ad basim nigrescente; 3371

ascis cylindraceo-clavatis, longiuscule pedicellatis, sursum rotundato-truncatis, vix incrassatulis 90-100 × 7,5-9 octosporis; sporidiis transverse monostichis, fusiformibus, utrinque acutiusculis, rectis, primo intra ascos guttulatis, 12-15 × 3-4, paraphysibus filiformibus, superne clavulato-incrassatis, circ. 2,5 μ.

Hab. ad folia dejecta in silvis, Santo Angelo prope Cachaeira, Rio Grande do Sul Brasiliæ. — Jodo asci leniter cærulescunt. Inter *Helotia* foliicola quam maxime *H. gregario* Boud. affinis hæc species, paraphysibus angustioribus, sporidiis continuis differt.

4. **Helotium albo-atrum** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 24. — Ascomatibus gregariis, primo clavatis dein cupulato-discoideis, stipitatis, extus levibus albidis, disco plano emarginato albido ca. 1 mm. diam.; stipite atro, granulato 300-500 × 100, basi discoideo; ascis clavatis, apice obtuso-rotundatis, basi curvulis, octosporis 90-100 × 10-13; paraphysibus filiformibus, septatis, apice haud incrassatis 3-3,5 hyalino-flavidulis; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, ellipsoideis utrinque obtusis, intus granulosis flavidulis, 10-12 × 5-7, biguttulatis. 3372

Hab. in foliis putridis, St Catharina Brasiliæ austr.

5. **Helotium lacteum** (Cke et Phill.) Mass. Brit. Fungi Fl. IV, p. 269. Ita vocandum est, teste Massee, *Ascophanus lacteus* Cooke et Phill. — Syll. VIII, p. 528.

6. **Helotium marginatum** Clements in Bull. of the Torr. Bot. Club. 1903, p. 88. — Ascomatibus stipitatis, gregariis, ceraceis, scutellatis, hymenio exacte ochraceo, 500-1000 mm. lat., paraphysibus linearibus, septatis, hyalinis 2 μ. lat.; excipulo glabro, cellulis fusiformibus, brevibus, ochroleuco, margine pallidiore; stipite ceraceo, crasse æquali, sparse albo-piloso albido ochroleuco 300 μ. alt. et lat.; ascis octosporis, clavulatis, stipitatis, jodo leviter tinctis 100-110 × 8-10 sporidiis monostichis v. irregulariter distichis, elliptico-fusiformibus, rectis vel curvulis, levibus, hyalinis, plerumque guttulatis, 16-18 × 4-5. 3373

Hab. ad ramos corticatos Salicis, montibus Sangre de Christo, Amer. bor. — *Helotio carpinicolæ* Rehm et *H. Ostruthii* (Saut.) Sacc. affine.

7. **Helotium Kurandæ** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (85). — Ascomatibus membranaceo-ceraceis, stipitatis, aurantiacis, concavo-discoideis, levibus ca. 1,5-2 mm. diam., stipite subclavato, concolori, basi fusco, ca. 0,5 mm. longo, disco subplano, aurantiaco; ascis clavatis, apice obtuse rotundatis, octosporis, 120-160 × 10-12; para- 3374

physibus hyalinis, guttulatis ca. 1,5 μ. crassis; sporidiis oblonge fusoideis, utrinque subacutis, inæquilateralibus, eguttulatis, 20–24 × 4-5.

Hab. in ramis dejectis, Kuranda N. Queesland Australiæ (Pritzel).

8. **Helotium hyphicola** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 1905, pag. 69. — Ascomatibus gregarie sparsis, subsessilibus, in hyphis effusis castaneis parasitantibus, ceraceis, primo globoso-clausis, dein cupulatis, deinde subplanis, marginatis, extus pruinosis, pallide flavidis, disco plano citrino, 0,6-1 mm. diam.; ascis clavatis vel subfusoideis, apice rotundatis, 8-sporis 40-50 × 4-5; paraphysibus filiformibus, 1–1 $^1/_2$ μ. crassis, hyalinis; sporidiis subdistichis, fusoideis utrinque subacutiusculis vel subobtusis, rectis v. curvulis, minute 2-guttulatis, hyalinis, 7-9 × 2-2 $^1/_2$. 3375

Hab. in ramis subiculo Asterinæ cujusdam (an *A. corniculariformis?*) obductis, Rio Juruá, Juruá-Miry Amazoniæ.

9. **Helotium delectabile** Massee et Morg. Journ. of Mycol. 1902, p. 184. — Ascomatibus stipitatis, diu stipatis et margine incurvatis, dein planis, pallide purpureis, semper marginatis, 1 mm. diam., externe æqualibus, albis, rubro tinctis; stipite brevi, firmo, pallido; ascis clavatis, octosporis, 90 × 10; sporidiis oblique monostichis, hyalinis, continuis, levibus, constricte ellipsoideo–fusiformibus, 12–13 × 4; paraphysibus filiformibus, apice paullo incrassatulis, rubro tinctis. 3376

Hab. in ramulis parvulis, Preston, Ohio, Amer. bor. — *H. Guernisaci* Crouan affine.

10. **Helotium? atro-viride** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 25. — Ascomatibus sparsis, primo clavato-clausis dein cupulatis, demum discoideis, marginatis, stipitatis, extus pruinosis, viridibus, disco convexo levi atro-viridulo (teste Möller) 1 mm. d.; stipite tereti, furfuraceo, 1-2 mm. longo, 120 μ. crasso; ascis clavatis v. fusoideo-clavatis, apice obtusiusculis, 70-80 × 6-8, octosporis; paraphysibus filiformibus hyalinis, 1-1,5 μ. cr.; sporidiis oblonge clavatis vel subfusoideis, basi acutiusculis, hyalinis, pluriguttulatis, spurie 1-3-septulatis, 15-21 × 3. 3377

Hab. in caulibus, St. Catharina Brasiliæ austr.

11. **Helotium Alaskæ** Sacc. Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 25, t. II, f. 3. — Gregarium, minutum, ubique (in sicco) croceo-aureum, glabrum; cupula initio punctiformi-pertusa dein ampliata plano-scutellata, brevi marginata, vix 1 mm. lata; stipite cylindraceo, crassiusculo, 1 mm. alto, 3 mm. cr., levi, dilutius colorato; ascis tereti- 3378

clavatis, apice obtusis, deorsum tenuato-stipitatis, 60 × 5,5-6, octosporis; paraphysibus copiosis, bacillaribus; sporidiis cylindraceo-fusoideis, leniter curvis, 8-11 × 2-2,7, distichis, hyalinis.

Hab. in ligno decorticato, dejecto, Jakutat Bay, Alaska (Trelease). — Ab affinibus speciebus flavis lignicolis stipite sporidiorumque notis satis diversum.

12. **Helotium subtrabinellum** Bres. Fungi Polonici, in Ann. Mycol. 1903, p. 120. — Ascomatibus gregariis, ceraceis, e plano-concavis subconvexis, sessilibus, ochroleucis vel pallide ochraceis, fuscescentibus, glabris, 0,5-1,2 mm. latis; ascis clavatis vel subfusoideis, jodo vix tinctis, 120-135 × 10-11; paraphysibus ramosis, 2 μ. apice $2^1/_2$ μ. crassis; sporidiis subclavatis, subcurvulis, demum 1-3-septatis, 13-18 × 4-5; contextu subhymeniali prosenchymatico, basi subparenchymatico. 3379

Hab. ad ligna Alni in Polonia. — *Helotio trabinello* Karsten affine sed notis datis bene distinctum.

13. **Helotium subconfluens** Bres. Fungi Polonici in Ann. Mycol. 1903, p. 120 (*Helotium citrinum* Autor. pr. p.). — Ascomatibus gregariis, interdum confluentibus, ceraceis, e plano-concavis subconvexis, glabris, luride flavidis v. saturate stramineis, 0,3-1 mm. latis, stipite papilliformi vel subobsoleto, subconcolore præditis, rarissime sessilibus; ascis cylindraceo-stipitatis, poro jodo leviter cærulescentibus, 70-75 × 5-6; paraphysibus ramosis, 1 μ. circiter crassis, apice clavatis, $1^1/_2$-2 μ. cr.; sporidiis fusoideis, raro subclavatis, enucleatis, 7-9 × $2^1/_2$-3; contextu excipuli prosenchymatico. 3380

Hab. ad truncos Coryli Avellanæ, in Polonia. — Species hæc ab *Helotio citrino* (Hedw.) differt ascomatibus minoribus, minus coloratis; ascis quoque brevioribus, sed præsertim sporidiis fusoideis, enucleatis et strictioribus.

14. **Helotium prasinum** Massee, Kew. Bull. 1901, pag. 159. — Ascomatibus sparsis aut laxe gregariis, 0,5-1 mm. latis, extus stipiteque brevi furfuraceo mox glabris, pallidis, margine integerrimis; disco chlorino concavo dein convexo-plano; ascis cylindraceo-clavatis, apice jodo haud tinctis, octosporis, 80 × 6, paraphysibus biformibus, his filiformibus hyalinis, illis clavatis superne chlorinis donatis; sporidiis monostichis, oblongis, rectis, hyalinis, 6-7 × 2-2,5. 3381

Hab. in ligno emortuo, in Tasmania (Rodway).

15. **Helotium javanicum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 203, Ic. fung. Jav. t. 45, f. 4. — Gregarium, stipitatum, crassiusculum, aurantiacum, glabrum, ceraceum; stipite cylindraceo, 1-1,5 3382

mm. alt., disco concavo-explanato, margine breviter involuto 1,5-3 mm. lat.; ascis cylindraceo-clavatis, 45-50 × 4,5-5,5, basi sensim tenuatis, octosporis, filiformi-paraphysatis; sporidiis oblique monostichis v. distichis, fusoideis, rectis vel curvulis, 6-7,5 × 2-3, hyalinis.

Hab. in lignis vetustis, putridis, Tjibodas, in insula Java. — Excipuli contextus typicus, anguste prosenchymaticus. Variat: β. **Fleischerianum**, ascis 55 × 7 et sporidiis crassiusculis 7-9 × 3,5: γ. **expallens**, ascomatibus pallidioribus; ascis 40-44 × 3,5; sporidiis 4-4,5 × 2.

16. **Helotium imberbe** (Bull.) Fr. — var. **sessile** (Fr.) Bres. Fungi 3383
Polonici in Ann. Mycol. 1903, p. 120, *Peziza nivea* Batsch, El. p. 117, f. 56, *Peziza imberbis* b. *sessilis* Fr. Syst. Myc. II, p. 136; Fuck. Fung. rh. n. 1148. — Dense gregarium, album, exsiccando stramineum, sessile; ascis subfusoideis, stipitatis, 90-105 × 5-6, poro jodo cærulescentibus; paraphysibus filiformibus, $1^1/_2$ μ. circiter crassis, ramosis, apice non incrassatis, plus minus curvatis; sporidiis subfusoideis, subcurvulis, utrinque obtusis, 1-septatis (genuine?), 9-14 × $2^1/_2$-3.

Hab. ad corticem Carpini Betuli, in Polonia. — Varietas hæc ab *Helotio imberbi* Bull. differt ascomatibus constanter sessilibus, minoribus, ascis jodo poro magis cærulescentibus et sporidiis evidentibus subfusoideis.

17. **Helotium flavo-fuscescens** Bres. Fungi Lusitanici in Broteria 3384
1903, vol. II, p. 90. — Ascomatibus ceraceo-carnosulis, gregariis, cyathoideis, dein explanato-concavis, stipitatis, ochroleucis, demum fuscescentibus, 1-2 mm. latis; stipitibus hyalinis, dein subconcoloribus 0,5-1 mm. longis, 350 μ. cr.; ascis subclavatis, 90-100 × 6-8, poro jodo leviter cæruleo tinctis; paraphysibus filiformibus 2-2,5 μ. cr., apice haud incrassatis; sporidiis subfusoideis 13-18 × 3-4.

Hab. ad corticem Eucalypti globuli in Lusitania.

18. **Helotium aurantiacum** Baccarini, N. G. bot. ital. 1904, p. 419. — 3385
Sessile, sparsum v. laxe gregarium, aurantiacum ad mm. $^1/_2$ latum, udum convexum, siccum autem applanatum, minute verrucosum; ascis clavatis, 66 × 15, paraphysibus filiformibus obvallatis; sporidiis distichis, ellipticis vel ovoideis, hyalino-aurantiacis, guttulatis, 12-15 × 4-5, jodo membranis omnibus in toto cærulescentibus.

Hab. in fragmentis ligneis Oleæ europææ v. Oleastri, M. Argentaro Italiæ.

19. **Helotium radicicola** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 3386
1902, p. 24. — Ascomatibus ceraceo-carnosis, sparsis, primo clausis, dein applanato-discoideis, stipitatis, extus pruinosis albidis, disco plano levi, pallido 0,6-0,16 mm. diam., stipite brevi, tereti pallido, ca. 0,5 mm. longo; ascis clavatis, apice obtusis ad basim attenuatis, 45-50 × 4-5,5; paraphysibus filiformibus, guttulatis ca. 2 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis v. distichis, fusoideis utrinque acutiusculis, hyalinis, continuis, 4-5 × 1,5.

Hab. in radicibus putridis, St. Catharina Brasiliæ austr.

20. **Helotium Eichlerii** Bres. Fungi Polonici in Ann. Mycol. 1903, 3387
p. 120 (*Helotium virgultorum* var. *conigenum* Rehm Ascomyc. n. 10?). — Ascomatibus gregariis, ceraceis, plano-concavis, breviter stipitatis, glabris, flavo-aureis, exsiccando subaurantiacis, $^1/_2$-1 mm. latis; stipite $^1/_4$-$^1/_2$ mm. sæpe subobliterato; ascis cylindraceis, stipitatis, 120-165 × 8-9, jodo poro cærulescentibus; paraphysibus $2^1/_2$ μ. circiter crassis, apice non incrassatis; sporidiis ellipticis, demum 1-septatis, 12-15 × 5-6, circulo mucoso, hyalino, 2-3 μ. crasso cinctis.

Hab. ad conos Pini silvestris, in Polonia. — *Helotium lutescenti* (Hedw.) proximum, sed bene distinctum.

21. **Helotium disseminatum** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in 3388
Hedw. 1902, pag. 25. — Ascomatibus gregariis, ceraceo-carnosis, sessilibus, primo clausis, dein cupulatis, demum discoideis immarginatis, flavidis, levibus; disco plano flavido, levi 0,5-1 mm. diam.; ascis clavatis, obtusis, octosporis, 30-36 × 3,5-4; paraphysibus filiformibus ca. 1 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis vel distichis, fusoideo-acicularibus, utrinque acutiusculis, 5-7 × 1-1,5 bi-guttulatis.

Hab. in foliis emortuis Palmarum, St. Catharina Brasiliæ austr.

22. **Helotium blumenaviense** P. Henn. Fungi blumen. II, in Hedw. 3389
1902, p. 24. — Ascomatibus carnoso-ceraceis, sessilibus cupulatis vel discoideis, marginatis, extus pruinosis cremeo-avellaneis, 2-4 mm. diam., disco plano, glabro, brunneolo; ascis subclavatis vel subfusoideis apice obtusis v. acutiusculis, basi attenuatis, octosporis, 24-28 × 3-3,5; paraphysibus filiformibus 0,5-0,8; sporidiis oblique monostichis vel distichis, acicularibus, utrinque acutiusculis, bi-guttulatis 9-11 × 1,5-2.

Hab. in Palmis emortuis, S. Catharina Brasiliæ austr.

23. **Helotium Pigalianum** Sacc. Notæ mycologicæ ser. III, in Syd. Ann. 3390

mycol. 1903, n. 1. p. 26. — Ascomatibus hinc inde cæspitulosis sparsisve, longe stipitatis, subcinereis, majusculis, ceraceo-fragilibus; stipite filiformi 3-4 mm. longo, saturate cinereo, glabro; cupula breviter concava, 2-3 mm. lata, cinerea, disco planiusculo, extus tandem rugulosa furfurella; excipuli cellulis exterioribus secedentibus globulosis, 8-12 μ. diam., brunneolis; ascis cylindraceo-clavulatis, 50-55 × 5-6, fasciculatis, apice obtusulis octosporis; paraphysibus (an ascis immaturis?) crassiuscule bacillaribus; sporidiis oblique monostichis, oblongis, utrinque obtusatis, subrectis, 8-9 × 2,5, minute 2-guttulatis, hyalinis.

Hab. in parte stipitis emortua Angiopteridis tasmaniæ, in horto botanico patavino cultæ Italiæ borealis, ubi legit *Andreas Pigals* hortulanus major, cui dicata species. Statura majuscula, sporidiis minutis, cupula demum extus rugoso-plicata, colore species facile dignoscenda. Nonnullis notis ad *Ciboriam vinosam* accedit sed stipite multo breviore, disco cinereo, paraphysibus non furcatis, sporidiis monostichis 2-guttatis etc. recedit.

24. **Helotium pteridophilum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1902, p. 204, 3391
Ic. fung. Jav. t. 46, f. 1. — Ascomatibus sparsis, ceraceis, phyllogenis, ochroleucis, glabris, brevissime stipitatis 0,5 mm. lat., disco e concavo-explanato, margine brevissime involuto; excipuli contextu anguste parenchymatico, pallide flavido; ascis cylindraceis, breviter crasseque stipitatis, apice rotundatis, octosporis, 50-55 × 8-8,5, paraphysibus filiformibus, guttulatis obvallatis; sporidiis oblique monostichis, fusiformibus, rectiusculis, 11-12 × 2,7-3, hyalinis.

Hab. in foliis Filicum emortuis, Tjibodas, in insula Java. — Videtur affine *Helotio chrysostigmati,* sed asci ampliores, color alius etc.

25. **Helotium Schimperi** Nawaschin, Hedwigia 1888, p. 309, tab. XV. 3392
— Ascomatibus sparsis solitariis, 500-800 μ. lat., primo subglobosis, hymenio punctiformi, demum obconicis, hymenio subconcavo, plano vel convexulo, levi, siccis evanescentibus, humidis, margine orbiculari obtuso, glaberrimo instructis, extus glabris, stipitis loco in mycelii fasciculum longum solutis, lacteo-hyalinis, ætate testaceo-pallidis; ascis cylindraceo-clavatis, 8-sporis, 90-100 × 10-12; sporidiis ellipticis, sæpe subclavatis, nonnumquam curvulis, levibus, hyalinis, 2-guttulatis, simplicibus, 18-21 × 5-6; paraphysibus hyalinis: jodi ope apice ascorum cærulescit.

Hab. vere ad Sphagni squarrosi Pers. ramulos recentiores.

ad flores femineos in locis humidiusculis, umbrosis prope Mosquam Rossiæ.

26. **Helotium parasiticum** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1903, p. 165. — Stipitatum, subcæspitosum vel solitarium, luteo-aurantiacum; ascomatibus 250–500 μ. diam., concavis, glabris, margine subacutis; stipite centrali, brevi usque 1 mm. longo; ascis clavato-cylindraceis 45-50 × 4-5, paraphysatis; sporidiis subdistichis, ovato-oblongis, hyalinis, continuis, 4-4,5 × 1,3-1,5. 3393

Hab. parasiticum Valsæ! cujusdam, Harraby, Ontario, Canada Amer. bor.

27. **Helotium terrestre** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, p. 63 et III, 1901, p. 64. — Ascomatibus sparsis, scutellatis v. convexulis tenuiter vel non marginatis, sessilibus vel stipite brevissimo verruciformi præditis, pallidis, siccis, flavidulis, 0,5–2 mm. lat. ceraceis; ascis tereti-clavatis, breve stipitatis, 96–130 × 9-10;5, octosporis; sporidiis distichis vel partim monostichis, late fusiformibus obtusiusculis, rectis curvulisve, 24–31 sæpius 26 × 3,5–5, hyalinis, intus granulosis, subinde simulate 4–7-septatis; paraphysibus filiformibus, septatis 2 μ. cr. 3394

Hab. in terra lutosa, Luxemburg. — *Helotio geogeno* et *H. albido* proxime affine.

PHIALEA Fr. — Syll. VIII p. 251, X p. 9, XI p. 403, XIV p. 765, XVI p. 727.

1. **Phialea tetraspora** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, p. 51. — Ascomatibus gregariis scutellatis, in stipitem 1-1,5 mm., 100–200 μ. sensim attenuatis, basi flavis v. flavo-brunneolis, disco et excipulo albo-lacteis, subdiaphanis, ceraceo-mollibus 500 μ. alt. et 300–400 μ. lat., extus pruinoso-pilosellis; ascis clavatis longe stipitatis, 52-65 × 7-8, semper 4-sporis; sporidiis submonostichis. elliptico-fusiformibus, rectis curvulisve, continuis biquadriguttulatis, 10-13 × 3,5-5; paraphysibus filiformibus sursum 2–3 μ. cr., vix superantibus. 3395

Hab. in pariete interiore capsularum putrescentium Æsculi Hippocastani, Luxemburg.

2. **Phialea glaucescens** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 204, Ic. fung. Jav. t. 46, f. 2. — Sparsa, carpogena, glabra, longe stipitata, viva pallide glaucescens, sicca obscurata; ascomate depresse concavo, brevissime marginato 1,5–3 mm. lato, contextu parenchymatico, margine subparenchymatico; stipite gracili, recto v. cur- 3396

vulo, subæquali 2-5 mm. longo, contextu anguste parenchymatico: ascis cylindraceis 58-68 × 5-5,5, deorsum sensim tenuatis, apice rotundatis, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis fusoideo-oblongis, rectiusculis, utrinque obtusulis 7-8 × 2-3 hyalinis.

Hab. in aculeis fructuum Castanopsidis, Tjibodas, in insula Java.

3. **Phialea cotyledonum** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 5. — Ascomatibus glabris, siccis 500 μ. diam., pallide griseis, brevi pedunculatis; ascis cylindraceis, summo rotundatis; sporidiis monostichis, ellipticis 7 × 3,5 hyalinis, continuis; paraphysibus filiformibus, ascis longioribus. 3397

Hab. in cotyledonibus Viciæ Fabæ corruptis, Valkenberg Hollandiæ.

4. **Phialea cyathoidea** (Bull.) Gill. — Syll. VIII, pag. 251. — var. **puberula** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 58. — A typo vix differt ascomatibus extus puberulo-pruinosis; cetera eadem. 3398

Hab. in caulibus putridis Brassicæ, Luxemburg.

5. **Phialea vitigena** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, p. 47 et I pag. 201, sub *Phialea* spec. — Ascomatibus gregariis vel sparsis 200-500 μ. diam., epidermidem erumpentibus, globulosis dein stipitatis, liberis; stipite brunneolo, 200-400 × 100-200; cupula calyciformi, margine tenui, albido-pruinoso, inflexo praedita, extus brunnea et striatula, sicca subhysteriiformi-contracta; disco læte brunneo; ascis tereti-clavatis 45 × 5-6; sporidiis fusoideis obtusis, biguttulatis, 9-12 × 2-2,5 distichis; paraphysibus brunneolis apice 2-5 × 3 μ. cr. 3399

Hab. in sarmentis emortuis Vitis viniferæ, Luxemburg. — *Phialeæ granuliformi* et *Ph. egenulæ* proxime affinis.

6. **Phialea pinicola** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, 1901, p. 49. — Ascomatibus gregariis breve et crasse stipitatis, extus brunneis, pruinoso-rugulosis et ad marginem striatis, disco albo-flavido, albo-marginato 0,5-1,2 mm. lat.; ascis clavatis, cylindraceis, longiuscule stipitatis, octosporis 40-54 × 4,5-5,5; sporidiis 1-2-stichis, oblongo-ellipsoideis, plerumque oblongo-clavulatis, continuis, vulgo-2-guttulatis, 6-8 × 1,5-2,5, hyalinis; paraphysibus filiformibus, sursum 1,5-2,5 μ. incrassatis. 3400

Hab. in cortice duriore Pini silvestris, Luxemburg. — *Phialeæ nigro-fuscæ* subaffinis.

7. **Phialea pertenera** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. 1901, II, pag. 50. — Ascomatibus gregariis, primo globosis, clausis, dein scutellatis, ubique candidis, 100-400 μ. lat., ceraceo-teneris, disco concaviusculo v. convexulo, margine tenui, flocculoso, stipite 200-300 × 50; ascis tereti-clavatis, brevissime et crasse stipitatis, 18-24 × 4,5, octosporis; sporidiis monostichis, cylindraceis, 4-5 × 0,8-1. 3401

Hab. in cortice Pini putrescente, Luxemburg.

8. **Phialea vitellina** Sacc. — Syll. VIII, p. 262. — var. **pallido-striata**, Fairm. Journ. of Mycol. 1904, p. 231, *Helotium*. — A typo differt ascomatibus pallidioribus, striatulis; ascis 80 × 10; sporidiis oblongo-cuneiformibus, 17-20 × 3. 3402

Hab. in petiolis dejectis, in silvis Ridgeway, N. Y. Amer. bor.

9. **Phialea variistipitata** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 272 (Hedw. 1904). — Ascomatibus petiolicolis sparsis vel aggregatis, sessilibus vel usque ad 1 cm. longe stipitatis, ceraceis, primo cupulatis dein discoideis, applanatis, extus pallide brunneolis subpruinosis, 2-4 mm. diam., disco brunneo vel castaneo, levi, submarginato; ascis clavatis, obtusis, 8-sporis, 80 ad 100 × 6 $^1/_2$-8; paraphysibus filiformibus, hyalinis ca. 2 μ. crassis, apice flavidulis, guttulatis, ca. 2 $^1/_2$ μ. incrassatis; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, subovoideis vel subfusoideis, sæpe inæquilateralibus, obtusis, 8-12 × 4-5 $^1/_2$, stipite usque ad 1 cm. longo, 0,5-0,8 mm. crasso, tereti, pallide brunneo, ad basin subnigricante. 3403

Hab. in foliis caulibusque emortuis ad terram, Rio Juruá, Bom Fim, Amazonia, Amer. merid.

10. **Phialea luteo-fusca** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, 1901, p. 53. — Ascomatibus sparsis, calyciformibus v. trochiformibus, siccis subclausis, extus flavo-brunneis, in sicco subnigricantibus, 400-500 μ. alt., 250 μ. lat.; ascis cylindraceo-clavatis, longiuscule stipitatis, 60-80 × 5-6, octosporis; sporidiis distichis, oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, hyalinis, eguttulatis, 10-12 × 1,3-1,5; paraphysibus filiformibus, rectis, apice 1-2,5 μ. cr. et flavidis. 3404

Hab. in foliis putridis Pini silvestris, Luxemburg. — Excipulum prosenchymaticum flavo-brunneum.

11. **Phialea carneola** Sacc. Harrim Alaska Exped. Crypt. p. 25. tab. II, fig. 2. — Sparsa, minuta, ubique (in sicco) carnea, glabra; ascomate initio minuto, subgloboso, dein ampliato, subhemisphærico v. obconico, 0,7-1 mm. diam., stipite cylindraceo subtili, 1-1,3 mm. longo, leniter longitrorsum striatulo basique vix incrassata asperulo; disco concavo, levi roseo, margine extimo pallidiore; 3405

ascis tereti-clavatis, deorsum tenuato-stipitatis, 80-90 × 7, octosporis; paraphysibus filiformi-bacillaribus; sporidiis distichis, tereti-oblongis, utrinque obtusulis, rectiusculis, 11-14 × 3-3,5, intus granulosis, hyalinis.

Hab. ad folia dejecta et stipulas putrescentia Yakutat Bay Alaska (Trelease). — Affinis *P. albidæ, cyathoideæ* et *Broomei*, sed vel colore vel proportione partium satis diversa.

12. **Phialea nigro-maculata** (Earle) Sacc. et D. Sacc., *Hymenoscypha nigro-maculata* Earle, New York bot. Gard. 1902, p. 338. — Maculis nigris, suborbicularibus 0,5-1 cm. diam.; ascomatibus gregariis, epiphyllis, brunneis, sessilibus vel substipitatis, 350 μ. diam., in sicco brunneis margineque involutis, margine rugosis; contextu prosenchymatico excipuli, e clostris 3 μ. crassis composito; ascis late clavatis 70 × 14; paraphysibus filiformibus, apice non incrassatis; sporidiis distichis vel irregulariter dispositis, hyalinis, suboblongis, continuis, 18-20 × 6. 3106

Hab. in foliis languidis Iridis spec., Palmetto, Amer. bor.

PEZIZELLA Fuck. — Syll. VIII p. 275, X p. 10, XI p. 405, XIV p. 768, XVI p. 729.

1. **Pezizella albo-hyalina** (Karst.) Rehm in litt. *Helotium albo-hyalinum* Karst. Symb. Mycol. pag. 241. — Ascomatibus gregariis vel subsparsis, sessilibus, planis, siccis hemisphærico-sphæroideis, hyalino-albidis albo-puberulis, 0,5 μ. lat.; ascis clavatis, 50-60 × 7-9; sporidiis plerumque distichis, fusoideo-elongatis vel oblongatis, curvulis vel rectis, guttulis 2 majoribus præditis vel spurie 1-septatis, 8-12 × 2-3; paraphysibus haud bene discretis, 1 μ. cr. 3407

Hab. in ligno et cortice Alni incanæ, in Fennia. — Ad *Helotium lectissimum* proxime accedit.

2. **Pezizella subceracella** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 206, Ic. fung. Jav. t. 47, f. 3. — Sparsa, superficialis, patellato-disciformis, majuscula, 1,5 mm. lata; disco plano, flavido, margine leviter involuto, albo, pruinosulo; contextu pseudo-parenchymatico pallido, ad marginem anguste prosenchymatico; ascis teretiusculis, breve crasse stipitatis, apice rotundatis, 75–80 × 7, octosporis; paraphysibus bacillaribus 1,7–2 μ. cr, hyalinis; sporidiis distichis, fusoideis, leviter curvis, 13-15 × 2,5-3, hyalinis, farctis. 3408

Hab. in cortice arborum, Tijbodas, in insula Java. — Affinis *P. ceracellæ* et ob pruinam ad *Pseudohelotium* nutans.

3. **Pezizella subcinerea** Rehm in Ann. Mycol. 1904, II, p. 37. — 3409
Ascomatibus sparsis, late sessilibus, primitus globulosis, dein urceolatis, orbicularibus, disco subcinereo, excipulo glabro, ad basim cellulis elongatis, versus marginem fere prosenchymatice contexto, flavidulo, intus hyalino, ceraceo, in sicco involutis, 1-2 mm. diam.; ascis clavatis, apice rotundatis, 50-55 × 6-7, octosporis; sporidiis oblongis, rectis vel subcurvatulis, 1-cellularibus, hyalinis 6-8 × 2 distichis; paraphysibus filiformibus, septatis, hyalinis, prominentibus 3 μ. crassis.

Hab. ad ligna putrida, Missouri, Amer. bor. (Harper). — A *Mollisia cinerea* (Batsch) Karst. structura ascomatis crassioris divergens. *Pezizellæ subcarneæ* (Schum) Rehm accedens.

4. **Pezizella convexella** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 206, Ic. 3410
fung. Jav. t. 47, f. 4. — Gregaria, disciformis, brevissime stipitata vel subsessilis, 0,5 mm. diam., glabra; disco convexulo, fulvo-brunneo, margine angustissimo, pallido, non elevato; contextu excipuli tenuiter parenchymatico, fulvescente, ad marginem subprosenchymatico; ascis clavatis, breve crassiuscule stipitatis, octosporis 70-84 × 11-14, apice truncatulis; paraphysibus paucis, brevibus, guttulatis; sporidiis distichis, oblongis, inæquilateris, utrinque obtusulis, 17-20 × 5-5,5 farctis, hyalinis.

Hab in corticibus emortuis levigatis, Tjibodas, in insula Java. — Asci et paraphyses acervata rufescunt Sporidia videntur minutissime longitrorsum striatula. Asci, obturaculo circulari mox secedente, apice dehiscunt.

5. **Pezizella subaurantiaca** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. 3411
III, 1903, pag. 48. — Ascomatibus ceraceis sparsis vel gregariis, sessilibus, scutellatis vel convexulis, siccis contractis, extus flavidis pruinosis, disco subaurantiaco, 300-1250 μ. diam.; ascis clavatis, stipitatis, 64-68 × 5,5-8, filiformi-paraphysatis, 4-8-sporis; sporidiis subdistichis, oblongo-ellipsoideis, rectis curvulisve continuis, hyalinis, bi-pluriguttulatis, 8-12 × 3-4.

Hab. in ligno putri quercino, Luxemburg. — *Pezizellæ Bresadolæ* proxime affinis.

6. **Pezizella glaberrima** Penz et Sacc. in Malpighia 1901, p. 205, Ic. 3412
fung. Jav. t. 47, f. 2. — Gregaria, superficialis, glaberrima, candida, dein straminea, patellata, subtus puncto centrali affixa, orbicularis v. leniter sinuosa, 0,5-0,7 mm. diam., margine brevi involuto; contextu subprosenchymatico, pallide flavo; ascis tereti-clavatis, deorsum longe sensim tenuatis, 42-52 × 5,5-6, filiformi-para-

physatis, octosporis; sporidiis fusoideis, rectiusculis, utrinque acutatis, 6-7 × 2, hyalinis, oblique monostichis.

Hab. in ramis putridis corticatis, Tjibodas, in insula Java. — Videtur affinis *P. albellæ* (With.) Sacc. Contextus infra thalamium e cellus sinuosis, hyalinis, refringentibus conflatus.

7. **Pezizella subhirsuta** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, p. 40, et III, p. 49. — Ascomatibus gregariis poculiformibus rarius expansis, extus griseo-brunneolis et ruguloso-pilosellis, udis diaphanis siccis clausis, flavidis, disco pallido, albo-marginato 100-200 μ. diam.; ascis clavulatis 24-31 × 2,5-3,5; sporidiis distichis, cylindraceis 2,5-3,5 × 1-1,5; paraphysibus filiformibus, hyalinis paullo superantibus. 3413

Hab. in ramis emortuis Rubi Idaei, Luxemburg. — Excipulum prosenchymaticum flavido-brunneolum.

8. **Pezizella aggregata** Feltg. Vorst. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, 1901, p. 39. et III, 1003, p. 49. — Ascomatibus gregariis sessilibus, globosis, dein punctiformi-apertis, demum expanso-scutellatis, extus flavidis pruinosis, 100-500 μ. latis, disco granuloso, demum nigricante; ascis clavatis, longiuscule stipitatis, 26-40 × 5-6, filiformi-paraphysatis; sporidiis elliptico-ovoideis, 2-pluri-guttulatis, hyalinis 4,5-6 × 2,5-3, mono-distichis. 3414

Hab. in ramis decorticatis Ribis alpini, Luxemburg. — *Pseudohelotio micaceo* affinis species.

9. **Pezizella dematiicola** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 48. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, subiculo dematiaceo atro-brunneo, conidia 2-septata, brunnea, 20-22 × 10 gignente, sessilibus, scutellatis, subglobosis, extus flavo-brunneis, pruinosis 200-400 μ. diam, disco griseo; ascis tereti-clavatis, subsessilibus, octosporis, 32-37 × 5,5 × 7, filiformi-paraphysatis; sporidiis distichis, oblongo-fusoideis vel clavulatis, hyalinis, eguttatis, continuis, 8-10 × 1,3-2. 3415

Hab. in ramis decorticatis putridis Populi et Fraxini, Luxemburg.

10. **Pezizella tetraspora** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 54. — Ascomatibus gregariis vel sparsis, sessilibus, albis vel flavidulis, extus albo-pruinosis, 150-400 μ. diam., membranaceo-ceraceis, disco plano convexulo, margine inflexo; ascis clavatis, stipitatis, filiformi-paraphysatis, tetrasporis, 40-55 × 5-6; sporidiis inordinate monostichis, oblongo-ellipsoideis, obtusis, rectis curvulisve, continuis, eguttulatis vel biguttulatis, hyalinis, 8-10 × 2,7-4. 3416

Hab. in foliis emortuis Salicis pentandræ, Luxemburg. — Affinis *Pezizellæ deparculæ*.

11. **Pezizella griseo-fulvida** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 54. — Ascomatibus sparsis vel gregariis, sessilibus, scutellatis, pallide brunneo-flavidis, 100-150 μ. diam., disco griseo-flavo-brunneolo, pallidius marginato; ascis clavatis, sessilibus, octosporis, 50-75 × 6-8; sporidiis 1-2-stichis, acute fusoideis, rectis continuis 4-6-guttulatis, hyalinis, 16-20 × 2,5-3; paraphysibus apice subcapitatis, flavo-brunneolis. 3417

Hab. in foliis putrescentibus Platani orientalis, Luxemburg. — *Pezizellæ rubescenti* affinis.

12. **Pezizella orbilioides** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 53. — Ascomatibus sparsis vel gregariis, scutellatis, applanato-sessilibus, 300-1200 μ. diam., ceraceis, siccis subcorneis, albo-flavidis, disco aureo vel armeniaco, margine crenulato; ascis clavatis, longe stipitatis, 43-60 × 5,5-7, octosporis; sporidiis distichis, tereti-ellipsoideis, rectis continuis, hyalinis, utrinque 1-guttatis 8-9,5 × 1,3-2; paraphysibus filiformibus, apice vulgo uncinatis, rubescenti-flavidis. 3418

Hab. in petiolis Petasitis officinalis, Luxemburg. — *Pezizellæ xeroplasticæ* affinis. Habitu *Orbiliam* æmulatur.

13. **Pezizella hamulata** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 51. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, scutellatis, albis, udis, subdiaphanis, ubique pruinosis pilosellis, 80-200 μ. diam.; ascis clavatis, breve stipitatis, 20-25 × 5-5,5 octosporis; sporidiis monostichis rarius subdistichis, oblongo-ellipsoideis, continuis, hyalinis, 2-guttatis, 6,5-9 × 2,5; pilis excipuli e basi incrassata tenuissimis et hamato-reflexis, 20-30 × 2-2,5. 3419

Hab. in caulibus emortuis Trifolii medii, Luxemburg. — Paraphyses filiformes, plerumque apice tenuissime hamatæ et corpusculo subrotundo præditæ. Ob pilos potius *Trichopezizæ* species.

14. **Pezizella radio-striata** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 52. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, initio globosis subdiaphanis, dein poculiformibus, extus radiatim striatis, demum subpatellatis, 300-500 μ. diam., ochraceo-flavis, disco pallide griseo; ascis clavatis, 30-42 × 7-8, octosporis filiformi-paraphysatis; sporidiis mono-subdistichis, oblongo-clavatis continuis, hyalinis, rectis, eguttulatis, 7-8 × 1,5-2. 3420

Hab. in caulibus emortuis et petiolis Symphiti, Luxemburg. — *Pezizellæ effugienti* affinis.

15. **Pezizella albo-tincta** Rehm Ann. Mycol. 1904, p. 191 et Syd. Myc. Germ. n. 191. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, primitus globoso-clausis, dein patellaribus, orbicularibus, versus basim subcoarctatis, disco humido marginato, explanato vel undulato, extus glabris, albidis vel dilutissime albido-flavidulis, siccis haud corrugatis, ceraceis, 0,5-2 mm. diam., excipulo parenchymatice hyaline contexto, versus marginem cellulis elongatis haud distantibus; ascis clavatis, apice rotundatis, 30-35 × 4-5 octosporis, poro jodi ope cærulescente; sporidiis fusoideo-oblongis, utrinque obtusis, unicellularibus, guttulis oleosis apicalibus præditis, hyalinis, plerumque rectis, 4-7 × 1,5-3, distichis; paraphysibus filiformibus, obtusis, hyalinis, 2-3 μ. crassis. 3421

Hab. in caulibus putridis Artemisiæ campestris, Zehlendorf pr. Berolinum Germaniæ. — *P. pruinosæ* (Wallr.) Rehm videtur affinis species.

16. **Pezizella albo-tincta** Rehm, Hedw. 1904, p. (31). — Ascomatibus late gregariis, sessilibus, prima juventute globoso-clausis, dein disco patellari, sæpe irregulari, plano demum convexulo, tenuiter marginato, excipulo versus basim coarctato, haud stipitato, glabro, albo-niveis, interdum albo-flavidulis, siccis haud corrugatis, parenchymatice hyalinis, ad marginem excipuli cellulis elongatis, haud disjunctis, contextis, 0,5-2 mm. diam., ceraceis; ascis cylindraceo-clavatis, apice rotundatis, 40-60 × 4-5, octosporis, jodo cærulescentibus; sporidiis oblongis, rectis vel curvatis, utrinque obtusis, 1-cellularibus, utroque apice 1-guttulatis, hyalinis, 5-9 × 1,5-2, distichis; paraphysibus filiformibus, obtusis, hyalinis, 2-3 μ. latis. 3422

Hab. in caulibus siccis adhuc stantibus, in primis Achilleæ Millefolii, rarius Urticæ dioicæ etc. in fossis pr. Neufriedenheim, pr. Monachium Bavariæ.

17. **Pezizella armeniaca** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 207, Ic. fung. Jav. t. 48, f. 2. — Sparsa v. subgregaria, sessilis, disciformis, glabra, ob discum minutum fere nectrioidea, tota armeniaca, 200-220 μ. diam, margine crasso obtuso disculum minutum orbicularem plano-concaviusculum cingente; contextu tenui, obsolete parenchymatico; ascis teneris, oblongis, subsessilibus, apice rotundatis, 50-60 × 8,5-10,5 octosporis; paraphysibus paucis crassiusculis; sporidiis oblique monostichis vel distichis, ellipsoideo-oblongis, utrinque rotundatis, rectis, 13-14 × 5,5, continuis, hyalinis. 3423

Hab. in caulibus emortuis Elettariæ, Tjibodas in insula Java. — Habitu fere nectrioideo facile distinguitur.

18. **Pezizella tjibodensis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 207, Ic. fung. Jav. t. 48, fig. 3. — Laxe gregaria, sessilis, depresse scutellata, 0,5 mm. diam., glabra, rufo-brunneola; disco plano concavo, margine leviter involuto; contextu excipuli laxe parenchymatico, fulvescente, ad marginem subprosenchymatico; ascis cylindraceis, subsessilibus, 44-50 × 7-8, octosporis, obsolete paraphysatis; sporidiis distichis vel oblique monostichis, oblongis, rectiusculis, utrinque rotundatis, 16-17 × 5,5, hyalinis, plasmate bipartito simulate 1-septatis. 3424

Hab. in caulibus putridis Elettariæ, Tjibodas in insula Java. — Peraffinis præcedenti, sed videtur differre statura, colore, disco amplius aperto: an ab ætate?

19. **Pezizella isabellino-rufa** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 206, Ic. fung. Jav. t. 48, f. 1. — Gregaria, glabra, superficialis, sessilis, depresse scutellata, 0,5 mm. diam.; disco subplano rufo-ochraceo, margine involuto pallidiore, ruguloso; contextu obsolete parenchymatico, denso, rufo-ochraceo, margine subprosenchymatico; ascis teretiusculis, brevissime stipitatis, apice obtusis, octosporis 28-36 × 5, filiformi-paraphysatis; sporidiis oblique monostichis vel distichis, tereti-oblongis, rectiusculis, utrinque rotundatis, 4,5-5 × 2, hyalinis, eguttulatis. 3425

Hab. in petiolis Zalaccæ emortuis, Tjibodas in insula Java. — Nonnullis notis ad Mollisiam brachysporam accedit.

20. **Pezizella Pseudacori** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, 1901, p. 42. — Ascomatibus gregariis libere sessilibus, scutellatis albo-flavidis, diaphanis, glabris, siccis, contractis, 60-150 μ. diam.; ascis crasse clavato-ellipsoideis, breve stipitatis, 4-8-sporis, 30-40 × 8-10, filiformi-paraphysatis; sporidiis filiformibus, obtusis, rectis, continuis, distichis, 3-4-guttatis, 7,5-10,5 × 2,5-3,5. 3426

Hab. in foliis Iridis Pseudacori, Luxemburg. — *Pezizellæ perexiguæ* affinis.

21. **Pezizella avellanea** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 207, Ic. fung. Jav. t. 48, f. 4. — Gregaria, superficialis, disciformis, 0,5 mm. diam., avellanea, glabra, sed hyphulis albis radiantibus basi cincta; disco plano; margine tenuissimo; contextu pseudoparenchymatico, ceraceo, pallide ochraceo, ad marginem subprosenchymatico; ascis tereti-clavatis, brevissime stipitatis, apice obtusulis, 42 × 7-8, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis, oblongis, sæpe inæquilateris, utrinque obtusulis, 8-9 × 4, hyalinis. 3427

Hab. in foliis putridis Palmarum, in horto Bogoriensi

Javæ. — var. **macrospora** l. c. — A typo differt ascomatibus 0,5-0,6 mm. diam.; ascis 60-65 × 7; sporidiis usque 14 × 3; cetera eadem. In vaginis putridis foliorum Calami, in horto Bogoriensi.

22. **Pezizella albido-lutea** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, p. 42, et III, p. 55. — Ascomatibus scutellatis, subsessilibus, albo-pruinosis, disco albido, 200-300 μ. diam.; asci tereti-clavatis 47-60 × 6-8; sporidiis fusiformibus, obtusis, vulgo curvulis, 13-15, 5 × 2-3,5; ascis filiformi-paraphysatis. 3428

Hab. in calamis Scirpi silvatici, Luxemburg. — Teste Rehm, ab *Helotio robustiore* non satis differt.

23. **Pezizella incerta** (Karst.) Rehm in litt. *Helotium incertum* Karst. Symb. myc. fen. X, 1882, p. 66. Cfr. Karst. rev. mon. p. 128. — Ascomatibus gregariis v. sparsis, sessilibus, planis v. concavis glabris, margine subtiliter ciliato, cinereo-albidis vel epithecio pallido, 500 μ. lat.; ascis clavatis, cylindraceis, apice attenuatis, jodo subimmutatis, 50 × 6; sporidiis 8, elongatis, rectis, oblique monostichis vel subdistichis, 8-12 × 1,5-2; paraphysibus haud bene discretis. 3429

Hab. in foliis siccis Caricis pallescentis in Fennia.

24. **Pezizella epibrya** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 208, Ic. fung Jav. t. 49, f. 1. — Epiphylla, sparsa, perexigua, disciformis, subsessilis, alba, glabra, 150 μ. d., subimmarginata; ascis clavatis, subsessilibus, 35-38 × 4,5-5, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, rectiusculis 6,5 × 3, utrinque rotundatis, hyalinis. 3430

Hab. in foliis Musci cujusdam emortuis v. languidis, Tjibodas in insula Java — Ob minutiem facile prætereunda, sed distincta, pulchella.

PSEUDOHELOTIUM Fuck. — Syll. VIII p. 291, XI p. 406, XIV p. 772, XVI p. 729.

1. **Pseudohelotium Microcenangium** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 208, Ic. fung. Jav. t. 49, f. 2. — Cæspitulosum, superficiale, obconico-substipitatum, ceraceo-firmulum, 0,5 mm. diam., disco plano-concaviusculo, nigricante (in sicco), margine involuto extusque fulvo-furfuraceum; contextu excipuli parenchymatico, flavicante, margine anguste prosenchymatico pallidiore; ascis cylindraceo-clavatis, deorsum longiuscule tenuato-stipitatis, 45-55 × 5, octosporis, apice obtusulis, paraphysibus bacillaribus, raro furca- 3431

tis; sporidiis oblique monostichis, oblongo-ovoideis, leniter inæquilateris, 6 × 3, hyalinis.

Hab. ad fragmenta lignea putrida, Tjibodas in insula Java. — Dubia in hoc genere species, *Cenangium* minutum referens.

MOLLISIELLA Sacc. — Syll. VIII p. 304, ut subg. (Eym. a *Mollisia*, cui subsimilis). — Ascoma ceraceum, tenue, subsessile, extus brevissime puberulo-pruinosum ut in *Pseudohelotio*, sed sporidia sphærica (octona, hyalina). — Ad hoc genus ducendæ sunt: *Mollisiella ilicincola* (B. et Br.) Sacc. et D. Sacc., *M. apicalis* (B. et Br.) Sacc. et D. Sacc. et *M. hydnicola* (B. et Br.) Sacc. et D. Sacc. — Cfr. Syll. VIII, p. 304.

1. **Mollisiella anonyma** Rehm, Hedw. XLIV, 1905. Ita vocanda *Pezizella anonyma* Rehm — Syll. XVI, p. 782, nam exemplaria matura præbent sporidia globosa, hyalina, 3 μ. cr., monosticha in ascis cylindraceo-clavatis, octosporis 45-50 × 5. — Teste Rehm l. c., *Pseudohel. apicale* (B. et Br.) Sacc. probabiliter non differt.

2. **Mollisiella austriaca** v. Höhnel in Annal. Mycologici 1903, I, p. 396. 3132
— Superficialis, carnosula, primum sphæroidea et clausa, demum ex urceolato explanata, patelliformis v. lentiformis, basi coarctata, sessilis vel brevissime stipitata, 400-600, lata; disco sicco obscure olivaceo-fusco, extus pruina flavo-virente obtecto, fibrillis brunneis, brevibus, obtusis arcte adnatis vestito et granulis minutis farcto, udo brunneo, extus pallidiore; contextu brunneo, basi parenchymatico, e cellulis minutis formato, supra prosenchymatico; ascis anguste clavatis, 48-60 × 4-6, stipitatis, paraphysibus numerosis, filiformibus, acutis, supra non incrassatis, 1 μ. crassis obvallatis, poro jodi ope vix vel non cærulescente; sporidiis octonis, monostichis, exacte sphæroideis, hyalinis, guttulatis, 2-3 μ. crassis.

Hab. in ligno putrido Fagi in silvis prope Purkersdorf Austriæ inferioris, loco « Gelber Berg » dicto.

3. **Mollisiella livida** (Bacc.) Sacc. et D. Sacc. *Pseudohelotium lividum* 3433
Baccarini in N. Giorn. bot. it. 1904, p. 419. — Ceracea, tenuis, sparsa, extus brunneola, intus livida, sessilis, discoidea, subtus puberula; ascis teretibus, paraphysibus filiformibus obvallatis, 40 × 7,6, octosporis; sporidiis uniseriatis rotundis 5,3 μ. d.

Hab. in ramis Robiniæ dejectis in horto bot. florentino.

ALLOPHYLARIA Karst. — Syll. VIII p. 308, X p. 11.

1. **Allophylaria Senecionis** Clements in Bull. of the Torr. Bot. cl. 3434

1903, p. 88. — Ascomatibus superficialibus, stipitatis, laxe gregariis, ceraceo-coriaceis, subdiaphanis, cupulatis, glabris, ochroleucis, cellulis excipuli linearibus, 50-75 × 5, margine irregulariter crenulatis, 500-800 μ. lat.; stipite glabro, æquali, ochroleuco, in cupulam abrupte eunte, 200-400 μ. alt. 100 μ. lat ; ascis octosporis, lineari-clavatis, stipitatis, jodo non tinctis, 50 × 5-6; paraphysibus lineari-subclavatis, hyalinis, 2 μ. lat.; sporidiis distichis, oblongo-fusiformibus, levibus, plerumque rectis, hyalinis, 10-12 × 2-3 μ.

Hab. in caulibus emortuis Senecionis blitodis, Mount Garfield Amer. bor. — Est *A. nanæ* affinis, sed forma coloreque differt.

CHLOROSPLENIUM Fr. — Syll. VIII p. 315, X p. 12, XI p. 407, XIV p. 773.

1. **Chlorosplenium microspermum** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 26. — Ascomatibus sparsis, ceraceis, stipitatis, primo clausis dein subcupulatis, auriformibus vel subflabellatis, æruginosis, extus subsquamulosis, margine undulatis interdum incisis, disco flavo-viridulo, levi 3-5 mm. diam.; stipite excentrico, cylindraceo, atro-viridi, granulato-squamosulo 1-2,5 mm. longo 1 mm. cr.; ascis subfusoideis apice acutiusculis, basi stipitatis valde attenuatis, 40-60 μ. long., p. sporif. 25-30 × 3,5-4; paraphysibus filiformibus, repetito dichotomis, hyalinis 2-3 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, oblongis, rectis v. curvulis utrinque obtusis, continuis, hyalinis, 3,5-4 × 0,4-0,5. 3435

Hab. in ligno putri, St. Catharina Brasiliæ austr.

MOLLISIA Fr. — Syll. VIII p. 321, X p. 12, XI p. 407, XIV p. 774, XVI p. 730.

1. **Mollisia alabamensis** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 69, — Ascomatibus sparsis, erumpenti-superficialibus, gelatinoso-carnosis, immarginatis, 0,5 mm. diam., convexis, pallide roseis, in sicco subconcavis, rufescentibus dein fere nigris; ascis ventricoso-oblongis, subsessilibus, 60-65 × 15; paraphysibus superne incrassatis brunneis; sporidiis subdistichis 12-13 × 6-7 hyalinis. 3436

Hab. in sarmentis Rubi villosi, Alabama Americæ. — *M. fusco-rubræ* Rehm peraffinis.

2. **Mollisia diaphanula** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 24. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, scutellatis, albis, diaphanis, basi brunneolis, siccis flavidis, 500-600 μ. diam.; ascis cla- 3437

vatis, breve stipitatis, 28-34 × 5-6, octosporis; sporidiis distichis, elliptico-fusoideis, rectis curvulisve, obtusis, continuis, hyalinis, eguttulatis, 7-8 × 2-2,5; paraphysibus filiformibus 2 μ. cr.

Hab. in ramis decorticatis Quercus, Luxemburg. — *Mollisiæ* (*Pezizellæ*) *leucostigmati* affinis.

3. **Mollisia Ulicis** Feltg. Vorstud. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, 3438
p. 25. — Ascomatibus gregariis libere sessilibus, scutellatis 300-500 μ. diam., extus margineque brunneis, disco griseo; ascis clavatis stipitatis, 55-68 × 6-8, 6-rarius 8-sporis, filiformi-paraphysatis; sporidiis 1-2-stichis, ex elliptico fusoideis, rectis, continuis, hyalinis, 2-4-guttulatis, 10-14 × 2,5-4.

Hab. in ramis decorticatis Ulicis, Luxemburg. — Affinis *Mollisiæ livido-fuscæ.*

4. **Mollisia pallida** Feltg. Vorstud. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, 3439
p. 21. — Ascomatibus sparsis, sessilibus, scutellatis, basi brunneis, ceterum pallidis 300-500 μ. diam.; ascis clavatis 33-37 × 5,5-7, filiformi-paraphysatis; sporidiis distichis, fusiformibus, eguttulatis vel biguttulatis, 8-10 × 2-2,5.

Hab. in ramis decorticatis Ilicis, Luxemburg. — *Mollisiæ lilacinæ* proxime affinis.

5. **Mollisia Ilicis** Feltg. Vorstud. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 23. 3440
— Ascomatibus gregariis libere sessilibus, scutellatis v. depressis, extus brunneis, granulosis, basi nigricantibus 500-1500, disco albido, sicco flavidulo, brunneo marginato; ascis clavatis, stipitatis, octosporis, filiformi-paraphysatis, 55-70 × 7-8, octosporis; sporidiis subdistichis, oblongis, subrectis, continuis, hyalinis, biguttatis 9,5-11 × 2,5-3.

Hab. in ligno et ramis decorticatis Ilicis Aquifolii, Luxemburg. — *Mollisiæ melaleucæ* affinis.

6. **Mollisia viridulo-mellea** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 205. 3441
Ic. fung. Jav. t. 47, f. 3. — Ascomatibus sparsis, sessilibus, depresse scutellatis, glabris, viridulo-melleis 1-1,5 mm. diam., tenuiter marginatis; contextu excipuli parenchymatico, tenero, dilute ochraceo-olivaceo, ad marginem parenchymatico; ascis stipatis, innumeris, tereti-clavatis, breviter stipitatis, 28-30 × 5-6, apice rotundatis, octosporis; paraphysibus bacillaribus; sporidiis subdistichis, fusoideis, acutulis 5-6 × 1 hyalinis.

Hab. in truncis vetustis prope domum Zimmermann, Buitenzorg in insula Java. — *Moll. cinereæ* affinis, sed ad *Pezizellam* nutat.

7. **Mollisia cinerea** (Batsch) Karst. — Syll. VIII, fig. 336. — var. 3442
Juglandis Feltg. Vorstud. Pilzfl. Lux. Nachtr. III (1903) p. 5. — Ascomatibus 0,5-1 mm. tenui-membranaceis, haud albo-marginatis, siccis valde convolutis, atris; ascis 60-78 × 5-6; sporidiis 10-13 × 2,5-3.

Hab. in ramis putridis Juglandis regiæ, Luxemburg. — Var. **nigrescens** Feltg. l. c.: ascomatibus 0,3-0,6 mm. brunneis, disco griseo-fusco, siccis nigricantibus, albido-marginatis; ascis 60 × 5-6; sporidiis 8-11 × 2,5. — In ligno putri Tiliæ, Luxemburg. — Var. **allantospora** Feltg. l. c.: ascomatibus 200-300 μ. diam. læte brunneis, disco griseo; ascis 45-58 × 4-5; sporidiis cylindraceis vulgo curvis (allantoideis) biguttatis 5,5-7 × 0,5-1,5. — In ligno Tiliæ cum præcedente, Luxemburg. — Var. **clavulispora** Feltg. l. c.: ascomatibus 200-300 × 50-80, disco griseo-fusco; ascis 40-50 × 8; sporidiis oblongo-clavulatis 9,5-11 × 2,7. — Var. **spadicea** Feltg. l. c.: ascomatibus 200 μ. diam., spadiceis, disco pallidiore; ascis clavatis 42 × 4-5,5; sporidiis oblongis 8-10 × 2. — In ramis corticatis Spirææ. — Var. **undulato-depressula** Feltg. l. c.: ascomatibus plano-scutellatis, undulatis 1-2 mm. lat., brunneis, disco griseo-nigricante; ascis 47-50 × 5,5; sporidiis oblongo-ellipsoideis 7-8 × 2,5-3,5. — In ligno putri Salicis, Luxemburg. — Var. **aurantiaca** Feltg. l. c.: ascomatibus plane expansis, extus brunneis, 1 mm. lat., disco aurantiaco; ascis 60 × 5,5; sporidiis oblongis, 7-9 × 2,5-3. — In ligno salicino putri, Luxemburg.

8. **Mollisia variicolor** Starb. in Arkiv. for Botan. 1904, Band 2, 3443
p. 4. — Ascomatibus sparse gregariis vel interdum confluentibus e stipite brevissimo obconoideo-turbinato vel longiore et late cylindrico, sensim crasse patellaribus, indeterminatis, plerumque circulariter marginatis, margine distincto, tumidule acutiusculo, disco applanato et paullo umbonato, textura parietis excipuli typice globulosa, marginem versus ex seriebus cellularum attenuatis, dense conglutinatis composita, hypothecii porrecta hyphis angustis, subtus olivaceis vel fusco-fuligineis; disco in sicco olivaceo-fusco v. fuligineo vel sordide glaucescente, 0,5-2 mm. diam.; ascis cylindraceo-clavatis, deorsum leniter angustioribus, breve pedicellatis, sursum rotundatis, leniter incrassatis, 120-130 × 12-14, octosporis; sporidiis distichis vel monostichis, oblongo-fusiformibus, utrinque obtusis vel interdum fere acutatis, hyalinis, 25-32 × 6-9, endoplasmate varie et irregulariter formato; paraphysibus ascos æquantibus, filiformibus, simplicibus, numerosis, guttulatis, sursum 4 μ. cr.

Hab. ad truncos prope Cachoeira, Rio Grande do Sul Brasiliæ. — Forma sporidiorum et magnitudine nec non endoplasmate facillime cognoscenda, nulli adhuc descriptæ speciei proxima.

9. **Mollisia luteo-fuscescens** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 26. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, scutellatis, 200-250 μ. diam., extus flavo-brunneis pruinosis, disco flavido; ascis tereti-clavatis, breve stipitatis 26-31 × 5-5,5, filiformi-paraphysatis; sporidiis 1-2-stichis, fusoideis obtusis, rectis continuis, 2-guttulatis, 6,5-7,5 × 1,5. 3444

Hab. in caulibus emortuis Echii vulgaris, Luxemburg. — *Mollisiæ arenulæ* affinis.

10. **Mollisia leptosperma** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 27. — Ascomatibus in areis denigratis gregariis, superficialibus scutellatis, 500-1200 μ. diam., brunneis, disco griseo-nigricante, margine integro inflexo; ascis clavatis, breve stipitatis, filiformi-paraphysatis, 33-37 × 4, octosporis; sporidiis distichis, oblongis, obtusulis, rectis curvulisve eguttulatis, continuis, hyalinis, 5,5-6,5 × 1-1,3. 3445

Hab. in caulibus emortuis Œnotheræ biennis, Luxemburg. — *Mollisiæ cæspiticiæ* et *M. cinereæ* affinis.

11. **Mollisia Androsæmi** Feltg. Vorstud. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 28. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, basi atrata insertis, cupulatis, inæqualiter orbicularibus, demum applanatis 0,5-2 mm. lat., disco griseo-ochraceo, dilutius marginato, extus brunneo-flavo; ascis tereti-clavatis stipitatis, 4-8-sporis, 68-78 × 7-8 filiformi-paraphysatis; sporidiis monodistichis, oblongo-ellipsoideis, rectis curvulisve, continuis, bi-quadri-guttulatis, hyalinis 9-10 × 2,5-3. 3446

Hab. in caulibus emortuis Androsæmi officinalis, Luxemburg.

12. **Mollisia complicata** Karst. — Sacc. Syll. VIII, p. 339. — var. **petiolicola** Feltg. Vorstud. Pilzfl. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 29. — A typo differt ascomatibus semper late sessilibus, primo poculiformibus, varie inflexis, saturatius coloratis. 3447

Hab. in foliis emortuis Æsculi Ippocastani, Luxemburg.

13. **Mollisia Polygonati** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 31. — Ascomatibus sparsis vel gregariis, libere superficialibus, in maculis nigris sclerotiformibus insidentibus, subglobosis, dein scutellatis, 300-600 μ. diam. late brunneis, subdiaphanis, disco e griseo brunneolo, crenulato-marginato; ascis tereti-fusoideis, breve 3448

stipitatis, octosporis, 33-37 × 1,5-2, filiformi-paraphysatis; sporidiis monostichis, oblonge fusiformibus, rectis, continuis, hyalinis, guttulatis vel eguttulatis, 8-9,5 × 1,5-2.

Hab. in caulibus emortuis Polygonati vulgaris, Luxemburg. — *Mollisiæ rufulæ* proxime affinis.

14. **Mollisia bromeliicola** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 22. — Ascomatibus sparsis, superficialibus, ceraceo-mollibus primo subgloboso-clausis, dein cupulato-discoideis, ca. 250-350 μ. diam., extus levibus flavo-brunneis, disco flavido, plano; ascis clavatis, apice obtusiusculis vel subacutiusculis, 35-45 × 5-6; paraphysibus filiformibus, hyalinis ca. 1 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, fusoideis, hyalinis, biguttulatis, 4-6 × 1. 3449

Hab. in foliis putridis Bromeliacearum, St. Catharina Brasiliæ austr.

15. **Mollisia Caricis** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 30. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, scutellatis, 800 μ. diam., carnoso-ceraceis, extus brunneis, siccis atro-brunneis, disco applanato griseo-brunneo, margine saturatiore verruculoso, undulato, cincto; ascis clavatis filiformi paraphysatis, octosporis 40-47 × 5-6; sporidiis mono-distichis, oblongis vel fusiformibus, eguttulatis v. biguttulatis, 5-6 × 2. 3450

Hab. in foliis putridis Caricis elongatæ, Luxemburg.

16. **Mollisia griseo-albida** Feltg. Vorstud. Pilz. Lux. 1901, Nachtr. II, p. 26 et I, p. 44. sub *Mollisia rufula*. — Ascomatibus sparsis vel gregariis, areis atratis insidentibus, 100-300 μ. diam., poculiformibus, margine distincte striatis, siccis atro-brunneis, disco in vivo griseo, sicco brunneolo; ascis tereti-clavatis, 40-60 × 3,5-4,5, filiformi-paraphysatis brevissime stipitatis; sporidiis tereti-fusoideis 8-10 × 1,5-2,5, distichis. 3451

Hab. in culmis et vaginis Moliniæ cæruleæ, Luxemburg. — Affinis *Mollisiæ rufulæ*, a qua differt ascomatibus pallidis, ascis sporidiisque majoribus.

17. **Mollisia ephemera** Rehm, Hedw. XLIV (1905). — Ascomatibus in utraque foliorum pagina immutata sessilibus, gregariis, primitus globosis, dein patellaribus, orbicularibus, disco subhyalino, fusco marginato, extus subfuscis, sicco nigris, glabris, parenchymatice contextis 150 μ. diam.; ascis clavatis, apice rotundatis 80-85 × 9-10, octosporis; sporidiis ovoideis, 1-cellularibus, hyalinis 12-14 × 5, distichis; paraphysibus filiformibus, septatis, hyalinis, 3 μ. cr. 3452

Hab. in foliis graminum, Blumenau Brasiliæ (E. Ule). —

Punctula nigra tantum oculo armato ut *Discomyceta* recognoscenda sunt.

18. **Mollisia crenato-costata** Feltg. Vorst. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 31. — Ascomatibus sparsis, sessilibus, scutellatis, 150-200 μ. diam., ceraceis, extus crenato-costatis, brunneo-nigricantibus, disco flavo-brunneo, margine crenulato-noduloso; ascis clavato-cylindraceis, subsessilibus 33-43 × 5-6, filiformi-paraphysatis, 4-8-sporis; sporidiis 1-2-stichis, oblongo-ellipsoideis vel clavulatis, continuis, hyalinis, eguttulatis, 10-12 × 1,5-2. 3453

Hab. in foliis emortuis Festucæ spec. Luxemburg.

19. **Mollisia adhærens** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 32. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, applanatis vel convexulis, 1 mm. lat., extus griseo-brunneis, disco griseo-cyaneo, pallidius crenulato-marginato; ascis tereti-clavatis, 46-58 × 3,5-4,5, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis oblongo-clavulatis, continuis, hyalinis, eguttulatis vel guttulatis 8-10 × 2-2,5. 3454

Hab. in culmis cerealium putrescentibus, Luxemburg. — *Tapesiæ adhærenti* affinis, sed subiculum nullum.

20. **Mollisia orbilioides** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 205, Ic. fung. Jav. tab. 48, f. 1. — Ascomatibus dense et late gregariis, mycelio tenuissimo filiformi araneoso insitis, disciformibus, sessilibus, fere immarginatis, glabris, glauco-cinereis, 600-650 μ. latis; excipuli contextu parenchymatico, brunneo-ochraceo, superne subparenchymatico; ascis cylindraceis, deorsum brevissime obtuse tenuatis, apice obtusis 24-28 × 3,5-4 octosporis; paraphysibus bacillaribus apice vesiculoso-inflatis, hyalinis; sporidiis oblique monostichis, perexiguis, cylindraceo-oblongis 3-4 × 0,7 hyalinis. 3455

Hab. in cortice plantæ Monocotyledoneæ putrescentis, Buitenzorg in insula Java. — Mycelii hyphæ filiformes, ramosæ, septatæ, subhyalinæ 4-5 μ. cr. Fructificatione *Orbiliam* æmulatur.

21. **Mollisia obconica** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 205, Ic. fung. Jav. t. 47, f. 4. — Ascomatibus confertis, obconicis brevissimeque stipitatis, carnoso-firmulis, brunneo-luteolis, extus basim versus obscurioribus, glabris, vix 1 mm. diam., disco plano, marginatulo; contextu excipuli fuligineo, parenchymatico, ad marginem pallidiore; ascis cylindraceis 80-85 μ. long., p. sporif. 40-45 × 4,5-5,5 deorsum longe tenuatis, apice rotundatis, octosporis; paraphysibus filiformibus, brevibus; sporidiis monostichis v. distichis, tereti-oblongis, rectis, utrinque obtusis 6.5-7 × 3 hyalinis. 3456

Hab. in ramis corticatis in stromate Eutypæ heteracan-

thæ, Tjibodas, in insula Java. — Ob formam ascomatis a typo generis desciscit.

PYRENOPEZIZA Fuck. — Syll. VIII p. 354, X p. 17, XI p. 409, XVI p. 732.

1. **Pyrenopeziza Pozzolinii** Baccarini in N. giorn. bot. ital. 1904, p. 420. 3457
— Sparsa, prominula, subsphæroidea, concava, nunquam planiuscula, sicca subsphæroidea, difformiter contracta, atra, disco cinereo-pallido, extus rugulosa; ascis 76 × 6,5 clavatis vel fusoideo-elongatis, apice jodo non cærulescentibus; sporidiis elongatis, simplicibus 10 × 6; paraphysibus numerosis filiformibus ramosis 3-4-septatis, ad septa ramulorum superiorum in conidia filiformia falcata, interdum catenulata, 23 × 4, productis.

Hab. in caulibus emortuis Centaureæ sp. M. Senario inter Vaglia et Bivigliano Ital.

2. **Pyrenopeziza dermatoides** Rehm — Syll. XI, pag. 409. — var. 3458
odontotremoides Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 38. — A typo differt margine disci denticulato colorato, disco rubescente, ascis paullo majoribus, 60-80 × 8-10; sporidiis inordinate monostichis 9-10,5 × 4,5-5 et ascomatibus minoribus.

Hab. in caulibus et foliis Ononidis spinosæ, Luxemburg.

3. **Pyrenopeziza Plantaginis** Fuck. — Syll. VIII, pag. 364. — var. 3459
Erythrææ Patouill. in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 256. — A typo differt colore obscuriore, uniformiter nigro et indumento externo tenuiore et matrice: cetera ut in typo.

Hab. in pag. inf. foliorum Erythrææ Centaurii, la Reghaia Algeriæ.

4. **Pyrenopeziza Cephalanthi** Fairm. Journ. of Mycol. 1904, p. 229. — 3460
Ascomatibus sparsis, minutis, sessilibus, extus nigris, disco albo, dein flavido, margine vulgo albo; ascis clavato-cylindraceis 60 × 6-7 filiformi-paraphysatis; sporidiis cylindraceis v. oblongo-fusoideis, 10-13 × 2-3, bi-quadri-nucleatis, hyalinis.

Hab. in trunco emortuo Cephalanthi occidentalis, Ridgeway N. Y. Amer. bor.

5. **Pyrenopeziza ligni** (Desm.) Sacc. — Syll. VIII, p. 366. — var. 3461
olivascens Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 88, sub *Cenangio*. — A typo differt disco olivascente, margine magis asperato; ascis majoribus 64-72 × 5; sporidiis quoque majoribus 8-10 × 2,5 hyalinis et paraphysibus magis coloratis et conglutinatis.

Hab. in ligno putrescente quercino, Luxemburg.

6. **Pyrenopeziza Alismatis** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, 1901, p. 32 et III, 1903, p. 39. — Ascomatibus sparsis, primo globulosis innatis, dein erumpentibus, scutellatis, sessilibus, extus brunneis 300–700 μ. diam., disco flavo- vel rufo-brunneo, margine crassiusculo, crenulato, inflexo, brunneo prædito; ascis clavatis longiuscule stipitatis, octosporis, filiformi-paraphysatis, 46-60 × 6-8; sporidiis distichis, oblongo-ellipsoideis, continuis, hyalinis crassiuscule biguttatis, v. bi-pluri-guttulatis, 8,5-13 × 2-2,5. 3462

Hab. in caulibus emortuis Alismatis Plantaginis. — Affinis *Pyren. compressulæ.*

Subgen. *Geasterina* Sacc. Ascoma margine radiatim laciniatum.

7. **Pyrenopeziza californica** Sacc. Ann. Mycol. 1904, p. 15, tab. III, f. IV. — Ascomatibus in caule late denigrato superficialibus, laxe gregariis, cyathiformibus, basi contractis, intus extusque nigris, glabris, tenui-membranaceis, siccis ore involuto urceolatis extusque striatis, $^1/_2$–1 mm. diam., margine conspicue in lacinias acutas plures radiantes satis profunde diviso, excipulo ex cellulis prosenchymaticis parallelis septatis fuligineis 5-6 μ. crassis in lacinias defluentibus contexto; ascis tereti-clavatis, breve tenuato-stipitatis, apice rotundatis, 56-68 × 5,5-6,5 octosporis; paraphysibus filiformibus apice clavulatis; sporidiis mono-distichis, obovato-ellipsoideis, deorsum attenuatis, continuis, hyalinis, eguttatis, 9-12 × 3,5-4,5. 3463

Hab. in caule emortuo Lini Lewisii, Mt. Eddy, Siskiyon Co. Californiæ (E. B. Copeland). — Ob marginem distincte radiatim laciniatum forte novi generis typus (*Geasterina*). Etiam *Pyren. fractæ* (B. et C.) Sacc. forte affinis species. Cellulæ seriatæ excipuli videntur pili seu hyphæ inter se conglutinatæ.

TAPESIA Pers. — Syll. VIII p. 371, X p. 18, XI p. 410, XIV p. 775, XVI p. 734.

1. **Tapesia derelicta** Morgan Journ. of Mycol. 1902, pag. 186. — Ascomatibus subcupulatis 1-2 mm. diam. plus minusve irregularibus, rufescentibus, externe furfuraceis, in subiculo albido exili insidentibus, stipatis, sæpe confluentibus; ascis cylindraceis, stipitatis 90-100 × 7-8, octosporis; paraphysibus filiformibus; sporidiis oblique monostichis, cylindraceo-clavatis, hyalinis, 1-septatis, 12-15 × 3. 3464

Hab. in ligno putrescenti et ad muscos, Preston, Ohio, Amer.

bor. — Cl. Morgan putat esse *Tap. Bloxami* (B. et Br.) Sacc. ab auctoribus incomplete descriptam.

2. **Tapesia fusca** (Pers.) Fuck. — Syll. VIII, p. 374. — var. **Fagi** 3465
Feltg. Vorst. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 11. — A typo differt ascomate extus pruinoso, margine denticulato; ascis minoribus 50-60 × 5-6; sporidiis quoque minoribus, 9,5-12 × 2,5.

Hab. in ramis decorticatis Fagi, Luxemburg. — Affinis quoque *Tapesiæ Rhois.*

ERIOPEZIA Sacc. — Syll. VIII p. 381 (ut subgenus), Rehm Disc. p. 695 (Etym. *erion* lana et *pezia* pro Peziza). — Ascoma pilosum vel puberulum, cetera (subiculum, contextus, fructificatio) ut in *Tapesia.* — Huc ducendæ sunt: *Eriopezia orbilioides* Rehm, *E. aureliella* (Nyl.) Rehm, *E. cæsia* (Pers.) Rehm, *E. porioides* (A. S.) Rehm, *E. Chavetiæ* (Lib.), *E. erratica* (Fr.), *E. fusco-umbrina* (Fr.), *E. prolifica* (Ellis), *E. Rehmiana* (S. B. R.), *E. prunicola* (Fuck.), *E. eriobasis* (Berk.), *E. pileo-crocata* (Crouan), *E. Corni* (Fuck.), *E. albo-viridis* (Gill.), *E. lutamentorum* (De Brond.). Quædam tamen ex his speciebus non prorsus genuinæ videntur. Cfr. Rehm Disc. p. 695.

1. **Eriopezia nectrioidea** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 3466
1902, p. 23. — Ascomatibus gregariis, hyphis arachnoideis, hyalinis, septatis, ramosis circumdatis, primo globosis clausis, dein hemisphæricis, flavo-brunneis, minutissimis, ca. 100-150 μ. diam., margine subtiliter pilosulis, disco concavo, ceraceo, succineo, levi; ascis clavatis, curvulis v. rectis apice obtuso-rotundatis, basi attenuato-stipitatis 50-65 × 9-11; paraphysibus filiformibus, guttulatis, circa 1,5 μ. cr.; sporidiis subdistichis v. oblique monostichis, ellipsoideis, utrinque obtusis vel subacutiusculis rectis, interdum 1-2 minute guttulatis, continuis, 8-11 × 3-3,5 hyalino-subflavidis.

Hab. in lignis putridis, St. Catharina Brasiliæ austr.

PIROTTÆA Sacc. — Syll. VIII p. 386, X p. 19, XIV p. 776.

1. **Pirottæa versicolor** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 210, 3467
Ic. fung. Jav. t. 51, f. 2. — Dense gregaria, obconico-cyathiformis, prima ætate breviter stipitato-angustata, demum dilatata, sed semper margine involuta et ore vix punctiformi aperta, 300-400 μ. lata et alta, setulosa, initio olivaceo-furfuracea, tandem extus omnino nigra, ceraceo-firmula, sicca corrugata; setulis filiformibus, rectis, apice obtusulis, 70-80 × 5, septulatis, fragilibus cyaneo-fu-

scis, primitus granuloso-asperulis; excipuli cellulis oblongis, sinuosis, atro-cyaneis; ascis tereti-clavatis, breviter stipitatis, octosporis, 45-50 × 5,5-7, apice obtusulis; paraphysibus filiformibus, minute guttulatis, hyalinis; sporidiis subdistichis, oblongo-fusoideis, utrinque obtusatis, 8-9 × 2,5 rectis, hyalinis.

Hab. in rhachide foliorum putrescente Zalaccæ, Tjibodas in insula Java. — Eximia species, tam habitu quam characteribus a typo generis non parum recedens.

2. **Pirottæa veneta** Sacc. — Syll. VIII, p. 386. — var. **marchica** P. Henn. Abhand. des Bot. Verein. Brandenburg XLV, 1903, p. XV. — Ascomatibus gregariis vel sparsis, primo innatis dein erumpentibus, molle ceraceis, subgloboso-clausis dein rotundato- vel sinuoso-cupulatis v. subdiscoideis 0,3-1,2 mm. diam., extus atris, margine sicco involuto, setuloso, setulis fasciculatis, atris, continuis vel 1-septatis, rectis, apice obtusiusculis, 20-30 × 2,5-3, disco convexo, atro-cinereo vel atro-fusco, contextu pseudoparenchymatico, atro-fusco, cellulis rotundato-polyhedricis; ascis subfusoideis, apice attenuato obtusiusculis, 32-42 × 3-4,5, octosporis; sporidiis subdistichis, interdum oblique monostichis, subfusoideis, rectis continuis, eguttulatis, 8-10 × 1,5-2. 3468

Hab. in caulibus Cirsii spec., Rheinsberg prope Warenthin Germaniæ.

3. **Pirottæa yakutatiana** Sacc. Harrim. Alaska Exp. Crypt. p. 25, t. II, f. 4. — Ascomatibus gregariis, urceolatis, basi-contracta superficialibus, majusculis, extus setulosis, siccis nigris, 1 mm. latis et altis, disco (madore tantum conspicuo) concavo cinereo-cæsio; excipuli contextu rigidulo, atro-fuligineo, ad marginem pallidiorem pilis filiformibus, pallide fuligineis, septatis, 40-70 × 5 in fimbrias subtriangulares laxe coalescentibus; ascis tereti-fusoideis, utrinque obtusiusculis, 40-45 × 5,5-6, octosporis; paraphysibus lanceolatis, crassiusculis, ascos superantibus; sporidiis oblique monostichis, fusoideis, rectis, 9 × 2-2,5, hyalinis. 3469

Hab. in ramis siccis decorticatis dejectis, Yakutat Bay Alaska (Trelease). — A *P. gallica* mox recedit, quia quadruplo major, basi coarctata, pilis marginalibus fimbriato-fasciculatis.

4. **Pirottæa longipila** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 41. — Ascomatibus innato-erumpentibus, scutellatis, 600-800 μ. diam., extus setulis nodosis, septatis, brunneis, 105-120 × 4,5 basique hyphis brunneis, ramosis vestitis, disco griseo; ascis longe clavatis 105 × 10, paraphysibus filiformi-clavulatis hyalinis; 3470

sporidiis monostichis, anguste ellipsoideis (an spurie?) bicellularibus, non constrictis, 4-guttulatis, hyalinis, 10,5 × 2,6.

Hab. in caulibus emortuis Silenes spec., Luxemburg.

ARENÆA Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 211 (Etym. a cl. ab. Philippo Arena professore siculo (1708-1789), de studio biologiæ florum præcursore meritissimo, licet hucusque fere oblito). — Ascomata minute stipitata, sursum in lobos varios (3-6) poculiformes divisa, ceraceo-membranacea, atra, setosa, contextu excipuli prosenchymatico. Asci elongati, paraphysati, octospori. Sporidia fusoideo-oblonga, continua hyalina. Genus pulchellum, ascomate lobato-fisso v., si mavis, pluri-cupulato insigne. Diceretur *Pirottæa* multiplex.

1. **Arenæa javanica** Penz. et Sacc. l. c. Icon. fung. Jav. t. 51, f. 3. 3471
— Gregaria, fusco-olivacea, breve stipitata, superficialis, duriuscula, fragilis; stipite cylindraceo, 0,3 mm. alto, sursum in lobos 3-6, arrectos, poculiformes 200-300 μ. diam. simulque 0,5 mm. diam. diviso; lobis infundibuliformibus, siccis corrugatis, subclausis, extus setulosis, contextu, æque ac stipitis, anguste prosenchymatico, dilute olivaceo; setulis cylindraceis, sursum anguste clavulatis, fragilibus, fuligineo-olivaceis, granuloso-asperulis, deorsum, parte immersa, tenuatis, pallidioribus, parce septatis, levibus, totis 40-45 × 4-5; ascis fusiformibus, brevissime stipitatis, apice acutulis 55-60 × 5,5; paraphysibus filiformibus, hyalinis vix 1 μ. cr.; sporidiis anguste fusoideis, utrinque acutis, rectis vel leniter curvulis 14-16 × 2, hyalinis, distichis.

Hab. in petiolis et caudicibus Palmarum e gen. Plectocomiæ, Tjibodas, Java.

2. **Arenæa macrospora** Penz. et Sacc. l. c. Ic. fung. Jav. t. 51, f. 4. 3472
— Gregaria, flavida vel flavido-isabellina, breviter stipitata, in lobos poculiformes 5-6 sursum fissa, 300 μ. diam., extus setulosa, setulis cylindraceis, apice obtusulis, flavo-olivaceis, leviter asperulis, parce septulatis, 4 μ. cr.; ascis fusoideo-clavatis, breviter stipitatis 100-110 × 11, apice obtusulis; sporidiis fusoideis, inæquilateris, utrinque acutis 36 × 3, hyalinis.

Hab. in petiolis putridis Palmarum, Tjibodas, in insula Java. — Affinis præcedenti, differt colore lætiore et in primis ascis sporidiisque duplo longioribus.

LACHNELLULA Karst. — Syll. VIII p. 390, XI p. 411.

1. **Lachnellula Ikenoi** P. Henn. F. japonici IV, in Bot. Jahrbücher vol. XXXI, 1902, p. 741. — Ascomatibus foliicolis, sparsis, ceraceo-carnosis, primo subconoideis, clausis, dein cupulatis, brevissime crasseque substipitatis v. sessilibus 1-1,5 mm. diam., extus pilosis, flavido-carneis, disco concavo, levi, carneo; ascis clavatis, apice obtusis, basi attenuato-stipitatis, octosporis, 100-120 µ. longis, p. sporif. 60-70 × 10-12; paraphysibus filiformibus, septatis, ad apicem paullo incrassatis, guttulatis 3,5-4 µ. cr.; sporidiis globosis, grosse 1-guttulatis, 8-10 µ. diam., hyalinis, levibus. 3473

   Hab. in foliis Juniperi sinensis, Tokyo Japoniæ.

LACHNELLA Fr. — Syll. VIII p. 391, X p. 19, XI p. 411, XIV p. 777, XVI p. 734.

1. **Lachnella rhoina** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi, p. 6. — Ascomatibus 1-2 mm. diam., in sicco 0,5-1 mm. diam., subimmersis dein superficialibus, nigris, contextu parenchymatico ex cellulis brunneo-nigris, 12 × 8 formato donatis, pilis continuis, cinnamomeis v. luteo-brunneis, rugosis, 150-200 × 4 vestitis; disco roseo-luteolo; ascis cylindraceis, breve stipitatis; paraphysibus filiforapice non incrassatis, asco subæquilongis; sporidiis subdistichis, cylindraceo-fusoideis, spurie 1-septatis, hyalinis vel pallide coloratis, 8-10 × 3. 3474

   Hab. in ramis decorticatis Rhois trilobatæ, Hermosa, Colorado, Amer. bor.

2. **Lachnella Kmetii** Rehm in Hedw. 1903, p. (174). — Ascomatibus gregariis v. dispersis, primitus immersis, per epidermidem erumpentibus et sessilibus, globosis, demum subcyathoideis, primitus clausis, dein disco urceolato, tenuiter marginato, albidulo, excipulo subhyalino, parenchymatice contexto, dense pilis longissimis 4 µ. cr., simplicibus, obtusis, subcurvatis, glabris, fuscidulis, septatis obsesso, 0,5-3 mm. lat., ceraceis, sicco involutis, fusce strigosis; ascis cylindraceis, apice rotundatis et incrassatis, 90-100 × 5, octosporis; sporidiis fusoideis 1-cellularibus, rectis 9-10 × 3 hyalinis, plerumque monostichis; paraphysibus cuspidatis, longe prominentibus 4 µ. cr. hyalinis. 3475

   Hab. in ramis emortuis Spireæ mediæ, Prencow; Schemnitz Hungariæ (Kmet).

3. **Lachnella virescens** (Alb. et Schw.?) Bres. Fungi Polonici in Ann. Mycol. 1903, p. 122, *Peziza virescens* Alb. et Schw. Consp. p. 330? — 3476

Ascomatibus minutis $^1/_3$-$^1/_2$ mm., sessilibus, concavis dense gregariis vel dense stipatis, furfuraceo-villosulis, læte ærugineis, hymenio pallido; ascis subfusoideis, 40-45 × 4, jodo poro cærulescentibus; paraphysibus filiformibus, $1^1/_2$-2 μ. cr.; sporidiis elongatis, subclavatis, 5-7 × 2; pilis ascomatis ærugineis, septatis, granuloso-scabris, 60-70 × $3^1/_2$-4.

Hab. ad ramos Salicis cinereæ, in Polonia. — Species hæc ascomate ærugineo discoque pallido videtur a genuina *Peziza virescente* Alb. et Schw. diversa, sed e diagnosi data nimium brevi vix aliquid certi eruere possumus. An eadem ac *Trichopeziza virescens* (Schum.) Sacc. — Syll. VIII p. 427 ?

4. **Lachnella bicolor** Peck, Rep. of the State bot. 1900, p. 157. — 3477
Ascomatibus minutis 0,3-0,5 mm. diam., in sicco minoribus, sessilibus, superne setulis luteis, molliusculis, inferne setulis albis vestitis, margine incurvo, ciliato; hymenio aurantiaco vel luteo-aurantiaco; ascis cylindraceis vel subclavatis, 75 × 6; sporidiis oblongis, rectis vel subcurvulis, hyalinis, 12,5-20 × 3-4; paraphysibus filiformibus, asco subæquilongis.

Hab. ad basim caulium Phytolaccæ decandræ, Snyders Corneos, Amer. bor.

LACHNUM Retz, Prodrom. 1795, p. 329, emend. Karst. Mycol. Fenn. I, pag. 14, *Dasyscypha* et *Trichopeziza* Fuck. p. p. et Sacc. Syll. Fung. (Etym. *lachne* lana). — Ascomata sessilia vel breve stipitata, initio globosa-clausa dein scutellata, ceracea, minuta v. mediocria, extus pilis variis vestita. Asci cylindraceo-clavati, octospori. Sporidia oblonga vel ellipsoidea vel fusoidea, continua, hyalina. Paraphyses lanceolatæ, hyalinæ, ascos longe superantes.

1. **Lachnum atro-purpureum** Durand in Journ. of Mycol. 1904, p. 100. 3478
— Solitarium v. gregarium stipitatum; ascomatibus subinde pluribus (1-6) in stipitis communis apice junctis; disco concavo, pallide purpureo, $^3/_4$-1 mm. diam, extus atro-purpureo-brunneis, marginem versus pallidioribus, pilis pallide purpureis, filiformibus levibus, crebre septatis sursum pallidioribus, 80 × 5; stipite tenui ascomatis diametrum subæquante; ascis tereti-clavatis, 40-50 × 5-6, apice rotundatis, rarius tenuatis, jodo non tinctis; sporidiis octonis, uniseriatis, hyalinis, levibus, continuis, ex ellipsoideo oblongis, 6-8 × 2,5-3; paraphysibus ascos paullo superantibus, sursum anguste fusoideis, acutis, 3-4 μ. cr.

Hab. in ramis Eucalypti, Standford Univ. California (Copeland et Baker).

2. **Lachnum Noppeneyanum** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 72. — Ascomatibus subgregariis, subcutaneo-erumpentibus, dein libere sessilibus, scutellato-applanatis, ambitu sæpe angulosis, ceraceis 0,5-2 mm. lat., extus brunneo-flavis, infra glabris, sursum pilis rectis, septatis, subclavatis 50-70 × 9,5-12, marginalibus vero 95-110 × 8-10 vestitis, disco griseo-flavo, sicco subochraceo; ascis tereti-clavatis, stipitatis, 55-75 × 4-5, octosporis; sporidiis 1-2-stichis, oblongo-ellipsoideis vel clavulatis, rectis, continuis, 7-8 × 2-3; paraphysibus lanceolatis, septatis, hyalinis ascos valde superantibus, 80-82 × 5. 3479

Hab. in ramis corticatis, emortuis Quercus, Luxemburg. — *Lachno Britzelmayriano* affine.

3. **Lachnum viridulum** Massee et Morgan, Journ. of Mycol. 1902, p. 187. — Ascomatibus gregariis clausis dein expansis, inferne conicis, subpedicellatis, 5 mm. diam., disco griseis, externe pallide viridulis lanuginosisque, margine setulis 60-80 × 3-4, septatis, donatis; contextu minute parenchymatico, e cellulis oblongis composito; ascis cylindraceis, apice rotundatis, octosporis, 45-50 × 6; sporidiis distichis, continuis, levibus, hyalinis, cylindraceis, sæpe subcurvulis, 7-9 × 2; paraphysibus filiformibus. 3480

Hab. in ligno emortuo Quercus albæ, Preston, Ohio Amer. borealis.

4. **Lachnum rugosum** Starb. Vet. Ak. Handl. 15, III, 2, p. 23, f. 9. — Ascomatibus sparsis solitariis vel 2-3 confertis, subsessilibus, cupulis concavis vel planiusculis, siccis urceolariter vel lateraliter contractis, pilis ochroleucis vel murino-ochroleucis, contra lucem fuscescentibus, apice sphæroideo-clavatis vel obtuse rotundatis, rugoso-verrucosis præditis, 400-600 μ. diam. disco lutescente vel lacteo-griseo; ascis tereti-cylindraceis, sessilibus, 40-50 × 4-6; sporidiis 8, fusoideis, leviter inæquilateralibus, continuis, 7-12 × 1-2; paraphysibus typicis lachneis ascos valde superantibus; pilis 4-5 μ. cr., apice incrassato 6-7 μ. 3481

Hab. ad ramulos corticatos Abietis excelsæ in Suecia. — *Dasyscyphæ fuscescenti* (Pers.) Rehm affine, notis allatis differt.

5. **Lachnum idæum** Rehm, Oest. Bot. Zeitschr. 1903, p. 13. — Ascomatibus plerumque sparsis, sessilibus, primo globosis, dein scutellaribus 1 mm. diam., disco tenuiter marginato, flavidulo, extus fuscis, excipulo prosenchymatico flavido, in primis margine hyphis 3482

filiformibus, obtusis, rectis, glabris, hyalinis, dein fuscidulis, septatis, 40 × 6-8, creberrimis obsesso, siccis complicatis, scabris; ascis clavatis, apice rotundatis, 40-50 × 7-8, filiformi-paraphysatis; paraphysibus longe superantibus, hyalinis, 4 μ. cr.; sporidiis fusoideis, rectis vel curvulis, continuis, biguttulatis hyalinis, distichis, 12 × 3.

Hab. ad ramulos emortuos Vaccinii Vitis-idææ, in Tirolia.

6. **Lachnum rigidipilum** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 74. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, scutellatis, siccis inflexis 1-1,5 mm. latis, extus brunneis, setis pluriseptatis, brunneis 104-150 × 3-4, rigidis vestitis, disco griseo-flavido; ascis clavato-cylindraceis, 45-54 × 5-5,5, octosporis; paraphysibus lanceolatis, obtusulis, ascos superantibus 5 μ. cr.; sporidiis distichis fusoideis vel subclavatis, rectis, continuis, eguttulatis, hyalinis 7-10 × 1,5-2. 3483

Hab. in caulibus emortuis Viciæ Craccæ, Luxemburg. — *Lach. badio* proxime affine.

7. **Lachnum albo-testaceum** (Desm.) Karst. Cfr. — Syll. VIII, p. 419. — var. **alpinum** Rehm, Ascom. n. 1528, Hedw. XLIII, 1904, p. (31). — A typo differt ascomatibus minoribus, nempe 0,5 mm. diam.; sporidiis paullo majoribus, 12 × 2-2,5. 3484

Hab. in foliis siccis Calamagrostidis variæ, Graubünden Helvetiæ (Volkart).

8. **Lachnum pygmæum** (Fr.) Bres. Fungi Polonici Ann. Mycol. 1903, p. 120, *Peziza* Fr. Syst. Myc. II, pag. 79, *Helotium rhizophilum* Fuck. Fung. rhen. n. 1598, *Ciboria pygmæa* Rehm, Disc. p. 760, *Dasyscypha pygmæa* (Fr.) Sacc. — Syll. VIII, p. 436.

Hab. ad radices herbarum in silvis, Suecia, Fennia, Britannia et Polonia. — Asci cylindraceo-clavati, 60-70 × 5-6, jodo poro cærulescentes; paraphyses cuspidatæ, 100 μ. circiter longæ, medio 3-4 μ. crassæ; sporidia oblonga vel clavata, 8-12 × 2-2 $^1/_2$; pili ascomatis septati, granulati, apice clavato, 5-6 μ. crasso.

9. **Lachnum Hedwigii** (Phill.) Bres. Fungi Polonici, in Ann. Mycol. 1903, p. 121, *Hymenoscypha* Phill. Disc. p. 130, *Phialea Hedwigii* (Phill.) Sacc. — Syll. VIII, p. 261.

Hab. in ramis Coryli in Britannia et ad ligna mucida in Polonia. — Asci 56-60 × 5-6, jodo poro leviter cærulescentes; paraphyses cuspidatæ, ascos superantes, medio 4-6 μ. crassæ; sporidia subfusoidea vel clavata, 7-9 × 2-2 $^1/_2$; pili ascomatis hyalini, septati, 45-60 × 3-5, apice æquali v. clavato aut etiam subcapitato.

TRICHOPEZIZA Fuck. — Syll. VIII p. 401, X p. 20, XI p. 412, XIV p. 777, XVI p. 1148.

1. **Trichopeziza Engelmanni** (Tracy et Earle) Sacc. et D. Sacc. *Lachnum Engelmanni* Tracy et Eale, Plantæ Bakerianæ I, p. 25. — Sparsa vel gregaria; ascomatibus subsessilibus vel breve stipitatis 1-4 mm. diam., planiusculis et expansis, in sicco recurvatis, externe filis fuscis, septatis, rigidis 200 × 5 vestitis; disco ceraceo pallide luteo-aurantiaco; ascis octosporis, clavatis, obtusis, fere sessilibus 50 × 6; paraphysibus minute guttulatis, filiformibus 60 × 2; sporidiis monostichis vel subdistichis, continuis, ovalibus, 6 × 4 hyalinis. 3485

   Hab. in ligno emortuo Abietis Engelmanni, Bob Creek, South Colorado, Amer. bor.

2. **Trichopeziza citrino-alba** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 208, Ic. fung. Jav. t. 49, fig. 3. — Laxe gregaria, sessilis, superficialis, disciformi-patellata, 0,3-0,7 mm. diam., disco pallide citrino, plano-concaviusculo, margine brevi extusque candido, tomentello; pilis flexuosis, simplicibus ramulosisque, subcontinuis hyalinis 2-4 μ. cr., nonnullis asperulis; contextu excipuli parenchymatico, flavido, margine anguste prosenchymatico; ascis cylindraceis brevissime tenuato-stipitatis, apice rotundatis 25-35 × 3,5-4,5 bacillari-paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis vel monostichis, sæpe inæquilateris, 4-5 × 1,5 hyalinis. 3486

   Hab. in ligno Xanthorrhœæ putri, Tjibodas, in insula Java.

3. **Trichopeziza hamata** Sacc. — Syll. XIV, p. 1137. — var. **bulbopilosa** (Feltg.) Sacc. et D. Sacc. *Dasyscypha hamata* (Sacc.) Feltg. var. *bulbopilosa* Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 68. — A typo differt pilis e basi bulbosa filiformibus, continuis acutis, hyalinis, 45-60 × 6-8, basi. 3487

   Hab. in ligno putrescenti salicino, Luxemburg. — Var. **coriicola** Feltg. l. c. — A typo differt ascomatibus brunneis, pilis quoque bulbosis, sed septatis, disco subclauso, ascis minoribus, 27-33 × 5-5,5; sporidiis 5-6,5 × 2,5-3, in asco quaternis. In corio putri, Luxemburg.

4. **Trichopeziza grisella** (Cke et Phill.) Sacc. — Syll. VIII, p. 413. — forma **Ilicis** (Feltg.) Sacc. et D. Sacc. *Dasyscypha grisella* f. *Ilicis* Feltgen Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 67. — A typo differt margine ascomatis albido-fibrilloso, disco brunneo et sporidiis 4-7 × 1-1,5. 3488

   Hab. in ramis corticatis Ilicis Aquifolii, Luxemburg.

5. **Trichopeziza earoleuca** (Berk. et Broome) Sacc. Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 24, pl. II, fig. 5.

Hab. in caule putri Lupini, Désenchantement Bay Alaska (Trelease). — Species Berkeleyana, brevissime descripta et ex insula Ceylon, videtur eadem. In nostrâ ascomata urceolata, minutissima, rosea, niveo-villosa; pili rigiduli cuspidati, 200-250 × 7-8, continui; asci fusoidei, 40-50 × 5-5,5, octospori; paraphyses aciculares, asco paullo longiores; sporidia allantoidea, 5-6 × 1,5-2, hyalina.

6. **Trichopeziza melleo-rufa** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 208, 3489
Ic. fung. Jav. t. 49, f. 4. — Laxe gregaria, superficialis, sessilis, suburceolata, 350 mm. diam. disco concavo extusque rufula, pallidius ciliata, pilis crispulis dilutissime melleis, septulatis 3-3,5 μ. cr., subinde ramosis in fasciculos junctis; excipuli cellulis inferioribus majusculis, dilute melleis, 14-16 μ. diam.; ascis fusoideis subsessilibus 56 × 11, teneris, octosporis, spurie paraphysatis; sporidiis distichis v. oblique monostichis, elongato-fusoideis, rectiusculis 16 × 3, initio 4-guttulatis, dein farctis hyalinis.

Hab. in petiolis putrescentibus Palmarum, Tjibodas, in insula Java. — Notis datis, species bene distincta.

7. **Trichopeziza porioides** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 209, 3490
Ic. fung. Jav. t. 50 fig. 1. — Ascomatibus gregariis et hinc inde pluribus contiguis (*Poriam* referentibus) depresse scutellatis 0,2-0,3 mm. diam., sessilibus, crasse obtuse marginatis; disco concavo minuto, subroseo, margine albo, pilosello, pilis flexuosis, septulatis, obtusulis, teneris 25-30 × 3; excipuli contextu parenchymatico; ascis fusoideis subsessilibus, apice obtuse tenuatis, 60-70 × 8, paraphysibus anguste fusiformibus (ascis immaturis?) obvallatis, octosporis; sporidiis oblique monostichis v. distichis, fusoideis, sæpe curvulis 22 × 5,5 initio pluriguttulatis, dein farctis, tenuissime longitrorsum striolatis.

Hab. in foliis putrescentibus Elettariæ, Tjibodas, in ins. Java. — Habitu eximie poriæformi mox dignoscenda species.

DASYSCYPHA (Fr.) Fuck. — Syll. VIII p. 432, X p. 21, XI p. 412, XIV p. 779, XVI p. 735.

1. **Dasyscypha javanica** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 209, 3491
Ic. fung. Jav. t. 50, f. 2. — Sordide flava, dein fulvo-isabellina, gregaria, breviter stipitata, obconico-cyathiformis, 400 μ. alta, 200-300 μ. lata, extus breviter pilosa; stipite glabro, cylindraceo, cu-

pulam dimidiam æquante; ascomatis pilis filiformibus, simplicibus, septulatis, asperulis, 50-80 × 4-5, fulvo-brunneis, apice subinde incrassatulis, materia brunnea initio incrustatis; ascis tereti-clavulatis, brevissime stipitatis, apice rotundatis, 60-70 × 5,5-6, octosporis; paraphysibus filiformibus, guttulatis 1,5 μ. cr. hyalinis; sporidiis anguste fusiformibus, 16-22 × 2-2,5, rectiusculis, hyalinis, distichis vel oblique monostichis.

Hab. in petiolis putrescentibus Filicum, Alsophilæ etc., Tjibodas Javæ. — Contextus cupulæ et stipitis prosenchymaticus. Affinis *D. tubiformi* Henn. et Nym., sed multo minor. — Var. **citrinula** a typo differt pilis flavidis, sporidiis paullo brevioribus 14-15 × 1,5-2. In petiolis putridis, Tjibodas, in insula Java.

2. **Dasyscypha isabellina** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 210, 3492
Ic. fung. Jav. t. 51, f. 1. — Gregaria, cyathiformis, stipitata, 350-400 μ. alta, 200 μ. lata, tota isabellina, extus præcipue margine pilosella, pilis filiformibus, subcontinuis, simplicibus, asperulis, 40-50 × 3,5-4, subochraceis; contextu excipuli marginem versus subprosenchymatico; ascis tereti-clavatis, breve sensim stipitatis, 50 × 5-5,5, apice obtusulis, octosporis, parce filiformi-paraphysatis; sporidiis oblique monostichis vel distichis, cylindraceo-oblongis, utrinque obtusulis 6,5-7 × 2, farctis, rarius guttulatis, hyalinis.

Hab. in ramulis putridis Tjibodas, in insula Java.

3. **Dasyscypha ochroleuca** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 210, 3493
Ic. fung. Jav. t. 50, fig. 3. — Subsparsa, superficialis, ochroleuca, disco saturatiore, breviter stipitata, cyathiformis 0,7 mm. lata, 1 mm. alta, extus villosula, pilis filiformibus tortuosis, obsolete septatis, ochraceo-olivaceis, 70-80 × 3-4, asperulis; contextu toto prosenchymatico; ascis tereti-clavatis, 80-90 × 7-8, deorsum sensim tenuatis, apice rotundatis, octosporis, obsolete paraphysatis; sporidiis subdistichis, fusiformibus, rectis vel leniter curvis, utrinque acutis, 27-28 × 3, hyalinis.

Hab. in ramis corticatis putrescentibus, Tjibodas, in insula Java.

4. **Dasyscypha rubrifulva** Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 3494
1903, p. 89. — Ascomatibus superficialibus, sessilibus, gregariis, carnoso-ceraceis, globoso-cupulatis, siccitate clausis, udis, apertis, extus præcipue margine læte fulvis, ætate brunneis, hymenio luteo, ochroleuco vel cremeo, pilis simplicibus, strictis, continuis, plerumque dense et minute tuberculatis, lilacinis vel purpureis, raro rufo-brunneis, 100-150 × 2-3, densissime præditis, 350-1000 μ.

diam.: ascis octosporis, oblongis, brevioribus, jodo non cærulescentibus 80 × 10; paraphysibus linearibus, simplicibus 2 μ. lat.; sporidiis distichis, botuliformibus, utrinque obtusis, valde curvatis, levibus, hyalinis, intus minute granulosis, 16-18 × 4.

Hab. in ramis vetustis, Minnehaha, Amer. bor.

5. **Dasyscypha dryina** (Karst.) Sacc. — Syll. VIII, p. 435. — forma **quercina** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 67. — A typo differt ascomatibus paullo majoribus 0,8-2 mm. lat., longius stipitatis, pallidioribus; ascis angustioribus 48-58 × 4 et paraphysibus tenuioribus. 3495

Hab. in radicibus putrescentibus quercinis, Luxemburg.

6. **Dasyscypha leucomelæna** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, pag. 67. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, extus et disco ex atro-brunneo nigricantibus, ceraceis 150-200 μ. diam., pilis albis, septatis, sursum acutis, infra 2,5 μ. cr. vestitis; ascis teretti clavatis 40-45 × 5, octosporis, filiformi-paraphysatis; sporidiis distichis, bacillaribus, plerumque eguttulatis 13 × 1. 3496

Hab. in ramis decorticatis Rhamni Frangulæ, Luxemburg.

7. **Dasyscypha succinea** (Phill.) Sacc. — Syll. VIII, p. 458, Rehm in Ann. Mycol. 1904, p. 354. — Ascomatibus dispersis vel congregatis, globoso-stipitatis, disco urceolato, demum expanso, pallide carneo, stipite brevi subcylindraceo, excipulo pilis creberrimis, subcurvatis, simplicibus, apice obtusis, asperulis, septatis 90-100 × 3, flavidulis obsesso, sulphureis, usque 2 mm. diam., 1 mm. alt., carnosis; ascis cylindraceis, apice subtruncatis 60-70 × 6-7, octosporis; paraphysibus filiformibus, septatis, 2 μ. cr., hyalinis; sporidiis ovatis, 1-cellularibus, monostichis, hyalinis 9-12 × 3-4.

Hab. in sarmentis exsiccatis Celtidis?, Utah, Amer. bor. (Harkness). — Ex errore cl. Rhem l. c. scripsit speciem deesse in Sylloge Fung.

8. **Dasyscypha resinifera** v. Höhnel, Annales Mycologici 1903, vol. I, pag. 396. — Ascomatibus parvis, albis vel partim resina rufescente obtectis vel sparsis vel paucis aggregatis, irregulariter patelliformibus, margine fimbriato, inflexo, sæpe solum 200-300 μ., rarius ad 500 μ. lat., deorsum coarctatis, subpedunculatis, sessilibus, extus pelle densa e pilis subparallelis formata obtectis, pilis massam resinosam, in spiritu vini solubilem, mollem, carneam exsudantibus et per hanc massam partim conglutinatis; ascomatis contextu in basi microcelluloso, sursum prosenchymatico-fibrilloso, hyphis in pilos septatos abeuntibus, pilis membrana tenuissima 3497

instructis, apicem plerumque capitulum parvum gerentem versus æqualiter angustatis, hyalinis, paulum compressis, circ. 40 × 2; ascis 40-60 × 6-8, poro jodi ope cærulescente, paraphysibus filiformibus, supra vix incrassatis, 1 μ. cr.; sporidiis distichis, oblongis, apicibus obtusis, hyalinis, continuis vel raro uniseptatis, 5-13 × $1^1/_2$-3.

Hab. in ligno dejecto Pini et Abietis ad montem Stuhleck in Styria superiore, Schneeberg Austriæ inferioris et in Wienerwald prope Rekawinkel.

9. **Dasyscypha incarnata** Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 3198
1903, p. 88. — Ascomatibus breviter stipitatis, sparsis, ceraceis, primitus globoso-clausis, dein hemisphærico-apertis, extus pallide incarnatis, sparse pilosis, ad marginem dense lanatis ciliatisque; pilis strictis, septatis, hyalinis, parallelis 80-100 × 2-3, deorsum brevioribus, ad stipitem ramoso-tortuosis, hymenio læte incarnato 350 × 1000 mm. diam., stipite pallidiore, 350 μ. long.; ascis octosporis, oblongis, late stipitatis, jodo cærulescentibus, 50-60 × 4; paraphysibus linearibus, simplicibus, numerosis, parce septatis v. continuis, granulis seriatis citrinulis præditis, 2-3 μ.; sporidiis distichis oblongis, rectis vel curvulis, 8-10 × 1,5-2, hyalinis.

Hab. ad lignum decorticatum Abietis Engelmanni, Dark Cañon Amer. bor. — Ad *D. subtilissimam* (Cooke) Sacc. spectat.

10. **Dasyscypha Heimerlii** v. Höhnel, Fragmente zur Mycologie 1903, 3499
p. 16. — Ascomatibus sparsis vel gregariis, sessilibus, infra coarctatis, primum globosis vel obconicis, in statu sicco clausis, dein post humectationem urceolatis, subtilissime albo-fimbriatis, 150 μ. usque 200 μ. latis, contextu in basi parenchymatico, marginem versus fere prosencymatico, extus fuligineis vel brunneis; pilis creberrimis, simplicibus, angustissimis, plerumque 40-50 × 3, membrana valde tenui, candidis, strictis, compressis, e basi sensim conico-attenuatis, tæniiforme applanatis, eseptatis vel rarius cum 1-2 septis subtilissimis onustis; ascis clavatis, octosporis, 48 × 7, ascorum poro jodo adiuvante cærulescente; sporidiis subdistichis, ellipsoideis, continuis, hyalinis, biguttulatis, 5-8 × 2,5-3, paraphysibus filiformibus, 1 μ. crassis, apice paululum vel vix incrassatis.

Hab. in partibus nigrescentibus ligni dejecti, subputridi, udi Carpini in silva « Viehöferin » dicta prope Pressbaum Austriæ inferioris.

11. **Dasyscypha densissima** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. 3500
III, 1903, pag. 70. — Ascomatibus plerumque dense cæspitulosis

et ob pressionem angulosis, plano-sessilibus, pilis septatis simplicibus, flexuosis, brunneo-flavis 180-250 ≈ 5 vestitis, extus brunneo-flavidis, disco griseo vel flavidulo, rotundis vel oblongis, siccis subclausis 0,5–1,2 mm. diam.; ascis clavatis 47-55 ≈ 5-5,5 filiformi-paraphysatis; sporidiis immaturis visis.

Hab. in ramis decorticatis putridis Fraxini, Luxemburg.

12. **Dasyscypha citricolor** (B. et Br.) Massee Fungus-flora IV, p. 356, 3501
Peziza citricolor B. et Br. Not. Brit. Fungi n. 1321, in Ann. Nat. hist. 1871, tab. XIX, f. 14. — Ascomatibus brevissime stipitatis vel subsessilibus, turbinatis lineatim tomentosis, citrinis, carnosis vel ceraceis; ascis tereti-clavatis deorsum tenuatis, octosporis, 86-100 μ. longis; sporidiis fusiformibus, oblique monostichis, sæpe curvulis oleoso-granulatis, 20–25 ≈ 5–6; paraphysibus linearibus.

Hab. ad lignum putridum in Anglia.

13. **Dasyscypha congregata** P. Henn. Fungi Paulens. III, pag. 208 3502
(Hedw. 1904). — Ascomatibus singularibus, sæpius 2-10 omnino in cæspitulos ca. 1 mm. diam. confluentibus, stipitatis, extus albo-farinaceis, cupulatis, margine involutis farinaceis, ca. 0,2–0,5 diam., disco aurantiaco; stipitibus brevibus, sæpe confluentibus, albo-farinaceis; ascis clavatis stipitatis, 8-sporis 30-40 ≈ 3-4, paraphysibus filiformibus, furcatis, ca. $^1/_2$ μ. crassis; sporidiis oblique monostichis vel distichis, fusoideis, hyalinis, 3-3$^1/_2$ ≈ 0,5-0,7.

Hab. in ligno corticato Serra da Cantareira Brasiliæ. — Species ob ascomata sæpius late concrescentia, involuta, habitum fere mæandricum præbentia peculiaris.

14. **Dasyscypha allantospora** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, 3503
fungi, p. 5. — Ascomatibus sessilibus, sparsis vel interdum gregariis, cyathiformibus, sphæroideis, setis 3-4 μ. diam. continuis dense vestitis, superne rugulosis fere nigris, disco pallide ochraceo, circ. 1 mm. diam.; ascis clavato-cylindraceis, stipitatis, 70–80 ≈ 8; paraphysibus filiformibus, minute guttulatis; sporidiis distichis vel irregulariter dispositis, hyalinis, cylindraceis, curvulis, utrinque obtusis, 18-20 ≈ 4.

Hab. in ramulis decorticatis Cratægi rivularis, Los Pinos, Colorado, Amer. bor.

15. **Dasyscypha concrispata** Rehm in Hedw. 1902, pag. (202). — 3504
Ascomatibus arcte congregatis, sessilibus, primitus globosis, clausis, dein patellaribus, tenuissime marginatis, versus basim subattenuatis, orbicularibus, disco plano, hyalinis, 100-250 μ. diam., ad

basim tenuiter parenchymatice contextis, ceterum pilis creberrimis, filiformibus, simplicibus, subspiraliter contortis v. hamulatis, septatis, hyalinis, 30-40 × 1,5 obsessis, in sicco cinerellis, vix conspicuis; ascis ovato-clavatis, apice rotundatis, octosporis 30 × 8; sporidiis subclavulatis, rectis, obtusis, 1-cellularibus, biguttulatis, hyalinis 6-8 × 1,5-2, distichis; paraphysibus raris, filiformibus, hyalinis 2 μ. crassis.

Hab. ad caules exsiccatos Solani tuberosi prope Monachium Bavariæ.

16. **Dasyscypha Bakeri** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi p. 6. — Ascomatibus dense sparsis, superficialibus, sessilibus cyathoideis, in sicco contractis 250-350 μ. diam., setulis rugosis, continuis, fuscis 100-200 × 3, vestitis, disco albo; ascis cylindraceis, substipitatis, 60-80 × 6; paraphysibus filiformibus; sporidiis distichis, fere ovalibus, utrinque subacutis, hyalinis, continuis, 12 × 3. 3505

Hab. in caulibus emortuis Corydalis Brandegei, prope Pagosa Peak, South Colorado, Amer. bor.

17. **Dasyscypha digitalincola** Rehm, Ann. Mycol. 1905, pag. 224. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, primitus globuloso-clausis, dein disco orbiculari explanato, hyalino, excipulo pseudoprosenchymatice flavidule contexto, pilis hyalinis, simplicibus, obtusis, subcurvatis, 1-2-septatis, nitentibus, facillime fragilibus, 25-30 × 4 obsessis, 150-180 μ. diam., sicçis corrugatis, subcinnamomeis, albide marginatis; ascis clavatis, apice rotundatis, 60-70 × 10-12, 8-sporis jodo immutatis; sporidiis oblongo-ellipsoideis, utrinque obtusis, 1-cellularibus, guttis 2 magnis oleosis præditis, hyalinis, 10-12 × 3,5, monostichis; paraphysibus filiformibus, 1 μ. cr., apicem versus dichotomis, ibique flavidulis et 2 μ. cr. 8506

Hab. ad caules emortuos Digitalis purpureæ in Hercynia prope Brasiliæ (H. Sydow). — Subaffinis *D. hyalotrichæ*, sed ascomatibus subcinnamomeis et multo brevius pilosis dignoscitur.

18. **Dasyscypha biduia** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 220, Ic. fung. Jav. t. 50, f. 4. — Sparsa, phyllogena, stipitata, alba, cupulata, 300-400 μ. lata, extus pilosa, pilis filiformibus, parce septatis, 40-50 × 3, vix asperulis, albo-hyalinis; stipite filiformi cupulam longitudine paullum excedente; ascis fusoideis, subsessilibus, apice obtusulis, 28-30 × 4-4,5 octosporis, paraphysibus (spuriis?) bacillari-fusiformibus obvallatis; sporidiis distichis angustissime fusoideis, rectis vel curvulis, 8-9 × 1, hyalinis. 3507

Hab. in foliis putrescentibus coriaceis, Tjibodas, in insula Java. — *D. virgineæ* subaffinis.

19. **Dasyscypha cærulescens** Rehm, Ascom. Lojk. n. 34, *Trichopeziza cærulescens* (Rehm) Sacc. — Syll. f. VIII, p. 412. — var. **dealbata** Rehm Ann. Mycol. 1905, p. 225. — A typo recedit ascomatibus dealbatis et distincte stipitellatis. 3508

Hab. ad corticem rimosum Betularum, Sonntagberg Austriæ inf. (P. Strasser) — Ascomata tota 0,5 mm. alt. et lat. e cæruleo albescentia; pili hyalini, 40-45 × 2,5; asci 45-50 × 5-6; sporidia 5-7 × 2; paraphyses filiformes hyaline.

20. **Dacyscypha fusco-sanguinea** Rehm — Sacc. Syll. VII I, p. 459. — var. **aurantiaca** v. Höhn. ap. Rehm, Ann. Mycol. 1905, p. 230. — A typo dignoscitur disco amœne vitellino 3509

Hab. in cortice Pini montanæ, Salzburg.

21. **Dasyscypha cyatheicola** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 25. — Ascomatibus gregariis, stipitatis, minutissimis, primo clavatis clausis, dein subgloboso-cupulatis, roseis v. flavidis, 200-250 μ. diam., extus stipiteque dense hirsutis, pilis 20-40 × 3,5-5 vestitis, disco concavo pallido, levi, stipite usque 250 μ. longo, 60-80 μ. cr., piloso; ascis clavatis apice obtusis octosporis, 32-40 × 3,5-4; paraphysibus filiformibus, hyalinis c. 1,5 μ. crassis; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, fusoideo-acicularibus, hyalino-flavidulis, continuis, utrinque acutis, 5-7 × 1,5-2. 3510

Hab. in petiolis emortuis foliorum Cyatheæ, St. Catharina Brasiliæ austr.

22. **Dasyscypha vitreola** (Karst.) Massee in the Naturalist 1901, p. 184, tab. II, fig. 12-16. — Ita vocandum est *Pseudohelotium vitreolum* (Karst.) Sacc. — Syll. VIII p. 291.

23. **Dasyscypha Richonii** (Boud.) Massee in the Naturalist 1901, p. 186. — Ita vocanda est *Trichopeziza Richonii* (Boud.) Sacc. — Syll. VIII p. 415.

HYPHOSCYPHA Bres. Fungi Lusitanici in Broteria 1903, vol. II, p. 89 (Etym. *hypha* et *scyphos* poculum). — Ascomata ceraceo-carnosula, stipitata, ex urceolato scutellata, textura prosenchymatica. sc. e cellulis cylindraceis, elongatis, extus ex hyphis terminalibus, contextis, prolongato-disjunctis villosa. Asci tereti-fusoidei, octospori. Sporidia hyalina, oblonga v. fusoidea. Paraphyses filiformes,

apice obtusæ plus minusve vel vix incrassatæ. A genere *Dasyscypha* differt defectu pili genuini in ascomate.

1. **Hyphoscypha virginea** Bres. l. c. — Ex integro alba, exsiccando substraminea; ascomatibus ceraceo-carnosulis, distincte stipitatis, candidis, urceolato-poculiformibus, dein scutellatis 1,5-2,5 mm lat., extus ex hyphis contextis in fibras desinentibus, dense pilosis; stipitibus teretibus concoloribus, puberulis 1-1,5 mm. circ. cr.; ascis subfusoideis, 55-60 × 4-5, jodo poro cærulescentibus; paraphysibus filiformibus, apice fere subattenuato, 1,5 μ. crassis; hyphis terminalibus filiformibus, 3-4 μ. cr., usque ad 80 μ. disjunctis, apice obtuso subattenuato. 3511

Hab. ad ligna et truncos vetustos Castaneæ vulgaris in Lusitania.

Sect. 2. Phæosporæ.

ALEURINA Sacc. — Syll. VIII p. 472 (ut subgen.), Syll. XVI, p. 738. Cl. Rehm in Ann. mycol. 1903, p. 515 dispositionem ordinatam specierum sequentem exposuit et subgenus *Trichaleurinam* condidit, quod verisimiliter in posterum autonomiam assequetur aliæque generis partitiones pro certo futuræ sunt sec. varios characteres excipuli, paraphysium etc.

I. **Aleurina**: ascoma calvum.

A. Ascoma sessile.

a) Sporidia levia.

A. marchica (Rehm) S. et Syd., *A. fuscocarpa* (Ell. et Hol.) S. et Syd., *A. applanata* (Rabh. et Gonn.) S. et Syd., *A. Novæ-Terræ* (Ell. et Ev.) S. et Syd., *A. lignicola* (Rostr.) S. et Syd., *A. orientalis* (Pat.) S. et Syd., *A. phæospora* (Hazsl) S. et Syd., *A. elastica* (Pat.) Sacc. et Syd., et var. *purpurea* Rehm, *A. Puiggarii* (Speg.) S. et Syd., *A. Empetri* (Rostr.) Sacc. et D. Sacc.

b) Sporidia verrucosa.

A. tasmanica Massee, *A. retiderma* (Cooke) S. et Syd., *A. vinacea* (Clem.) S. et Syd., *A. apiculata* (Cooke) S. et Syd., *A. Lloydiana* Rehm.

B. Ascoma stipitatum.

A. substipitata P. Henn. et Nym. et var. *pleuropoda* Penz. et Sacc., *A. olivacea* (Pat.) S. et Syd., *A. reperta* (Boud.) S. et Syd. (Potius Ascobolus, teste Rehm), *A. ochracea* (Mass. et R.) Sacc. et D. Sacc.

II. **Trichaleurina** Rehm.: ascoma pilosum.

a) Sporidia levia.

A. tahitensis (Pat.) S. et Syd., *A. splendens* (Pat.) S. et Syd.

b) Sporidia verrucosa.

A. crinita (Bull.) S. et Syd.

1. **Aleurina Lloydiana** Rehm in Ann. Mycol. 1904, II, pag. 35. — 3512
Ascomatibus gregariis, sessilibus, primitus globulosis dein patellaribus, disco plano tenuiter marginato, sæpe irregulariter contortis, extus glabris, flavidis, usque 1 cm. diam., excipulo parenchymatico contexto, carnosis; ascis cylindraceis, apice rotundatis, usque 150 × 10, octosporis; sporidiis ellipsoideis, 1-cellularibus, guttas oleosas 2 magnas includentibus, episporio crasse spinuloso-verruculoso, utrinque apiculatis, hyalinis dein cæruleo-cinerescentibus 9-10 × 5, monostichis; paraphysibus filiformibus, septatis, 2 μ. apice clavato usque 4 μ. crassis et subhamatis, hyalinis, J immutatis.

Hab. ad terram, Ohio, Amer. bor. (Lloyd). — Colore flavido a descriptis speciebus *Aleurinæ* diversa, quarum modo *Aleurina phæospora* (Hazsl.) Sacc. et Syd. – Syll. XVI, p. 739 — ascomatibus albo-flavidis gaudet, sed sporidiis 12-16 × 6-7 (an verruculosis?) differt. *A. substipitata* P. Henn. et E. Nym. ascomatibus stipitatis et sporidiis levibus separanda.

2. **Aleurina ochracea** (Mass. et Rodw.) Sacc. et D. Sacc. *Phœopezia* 3513
ochracea M. et R. in Kew Bull. 1901, pag. 159. — Ascomatibus cupulatis, substipitatis, marginalibus undulatis, extus albidis, glabris, 0,5-1 cm. latis; disco pallide ochraceo; ascis cylindraceis, octosporis 200 × 10; paraphysibus filiformibus, subclavatis; sporidiis oblique monostichis, ellipticis, utrinque subacutis, levibus, brunneo tinctis 15-18 × 6-7.

Hab. gregaria vel cæspitosa ad terram, Cascades, in Tasmania (Rodway).

3. **Aleurina substipitata** P. Henn. — Syll. XVI, pag. 738. — var. 3514
pleuropoda Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 212, Ic. fung. Jav. t. 52, f. 1. — A typo differt ascomatibus paullo minoribus 2-2,5 mm. lat., excentrice breviter stipitatis; ascis 80-110 × 13-17; sporidiis 16-18 × 7-9 fusco-atris, tenuissime longitrorsum striolatis.

Hab. ad caules putres Zingiberaceæ sp., Tjibodas in insula Java. — Discus non ubique fertilis, sed juxta sulcos mæandricos.

Sporidia non simultanee maturescunt, ita ut in eodem disco hinc immatura hyalina, illinc matura brunnea occurrant.

4. **Aleurina Empetri** (Rostr.) Sacc. et D. Sacc. *Phœopezia Empetri* Rostr. Island Svampe in Bot. Tidsskrift 1903, vol. 25, p. 317. — Ascomatibus sessilibus 250-500 μ. diam., epiphyllis, atro-fuscis coriaceis, glabris, disco concavo, margine integro; ascis cylindraceis 125-135 × 12-14; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, dilute fuscis, 20-22 × 12. 3515

Hab. in foliis Empetri nigri, in Dania.

PHÆOPEZIA Sacc. — Syll. VIII p. 471, X p. 24, XI p. 414, XIV p. 781.

1. **Phæopezia Chaignoni** (Pat.) Sacc. et D. Sacc. *Plicaria Chaignoni* Pat. in Contr. Hist. Nat. Tun. Autun 1904, p. 12, t. V, f. 1 (Bull. Soc. Hist. Nat. Aut. XVII). — Ascomatibus sparsis, sessilibus, 4-7 mm. diam., nigris, glaberrimis, carnosis, tenuibus, margine recto dein expanso, regulariter crenulato-dentato; ascis cylindraceis, 12-18 μ. cr., octosporis, apice operculatis; paraphysibus simplicibus v. furcatis, septatis, sursum brunneolis, subtorulosis, 4-5 μ. cr.; sporidiis globosis, levibus, brunneis, eguttatis, 9-10 μ. diam., monostichis v. subdistichis. 3516

Hab. in sabulosis Bir-M'Cherga Tunisiæ.

Sect. 3. Hyalodidymæ.

PERROTIA Boudier in Bull. Soc. Myc. de France 1901, XVII, p. 24 (Etym. a cl. M. E. Perrot Soc. Myc. gallicæ Secretario gener.), *Lachnellæ* spp. Auctorum. — Ascoma sessile, carnosum, firmum v. coriacellum, extus pilis septatis, coloratis, granulosis vestitum. Asci clavati, octospori, operculatis ad apicem obtusi, ad basim attenuati, paraphysibus filiformibus, septatis, intus parce granulosis, ad apicem vix crassioribus, non acuminatis, obvallati. Sporidia achroa, oblonga, hyalina, recta aut leniter curvula, primo continua, denique medio 1-septata. — Species minores, sessiles, pilosæ, primo clausæ, dein aut Jove pluvio apertæ.

1. **Perrotia flammea** (Alb. et Schw.) Boud. l. c. — Huc ducenda est *Peziza flammea* Alb. et Schw. *Lachnella flammea* (Alb. et Schw.) Fr. — Syll. VIII p. 392.
2. **Perrotia croceo-maculata** (v. Höhn.) Sacc. et D. Sacc. *Lachnella* 3517

croceo-maculata v. Höhnel in Annal. Mycolog. 1903, I, p. 398. — Ascomatibus superficia[illegible] sessilibus; hyphis lutescentibus, radiantibus insidentibus, 1/4 mm. latis, ex urceolato patelliformibus, in statu sicco difformibus, pallidis, extus rufo-croceo-maculatis, contextu prosenchymatico, extus pilis teneris, strictis, levibus, pluriseptatis, hyalinis, supra obtusiusculis, non incrassatis, usque 100 × 2 1/2-4., sæpe in massam croceam conglutinatis, dense obtectis; ascis clavatis, 80 × 7, poro jodi ope cærulescente, paraphysibus numerosis, subtilibus, filiformibus, 1-1 1/2 μ. crassis, supra non incrassatis obvallatis; sporidiis oblique distichis, octonis, semper uniseptatis, longiusculis, utrinque rotundatis, plerumque rectis, 13 × 2 1/2-3.

Hab. in ligno putri Fagi?, Jaize Bosniæ, in silvis vallis Schedinaz.

3. **Perrotia commixta** (Bres.) Sacc. et D. Sacc. *Lachnella commixta* Bres. Fungi Polonici in Ann. Myc. 1903, p. 122, *Peziza albo-lutea* Pers. pr. p.? — Ascomatibus gregariis, sessilibus, plano-concavis, 1/2-1 mm. latis, flavido-aureis, extus furfuraceo-villosulis, margine dentato, hymenio saturatiori vel concolore; ascis clavato-subfusoideis, 70-100 × 7-9, jodo poro cærulescentibus; paraphysibus filiformibus, sæpe apice furcatis, 1 1/2 μ. crassis; sporidiis fusiformibus, 1-septatis, 14-18 × 3-4; pilis fasciculatis, aureis, septatis, 2-3 μ., apice granuloso-scabro, subattenuato, obtuso; contextu prosenchymatico. 3518

Hab. ad truncos Alni, in Polonia.

LANZIA Sacc. — Syll. VIII p. 479, X p. 24.

1. **Lanzia helotioides** Rehm in Ann. Mycol. 1904, II, pag. 36. — Ascomatibus arcte gregariis, fere e basi communi enatis, rarius solitariis, sessilibus, primitus cyathoideis, dein plus minusve patellariformibus, disco dilute rubro-flavescente, tenui marginato, demum irregulariter explanatis et complicatis crassiusque marginatis, 2 mm. 1 cm. diam. 0,5 mm. altis, excipulo in stipitem cylindraceum, usque 1 mm. longum, 0,2-0,3 mm. latum elongato, irregulariter ruguloso, flavescente, ex hyphis ramosis, septatis, 4-5 μ. latis contextis, ceraceis; ascis cylindraceis, apice rotundatis, 100-120 × 7-9, octosporis; sporidiis oblongis, utrinque obtusis, rectis, medio septatis, haud constrictis, utraque cellula guttam magnam oleosam includentibus, hyalinis 12 × 4 distichis; paraphysibus 3519

filiformibus, hyalinis, 2 μ. crassis. Jodi ope porus ascorum cæruleo tinctus.

Hab. ad lignum cariosum U. St. Amer. bor. (Atkinson). — Pulchra species a ceteris *Lanziæ* speciebus et magnitudine et colore plane diversa.

2. **Lanzia flavo-aurantia** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hew. 1902, pag. 26. — Ascomatibus ceraceis, stipitatis, primo clausis, dein cupulato-explanatis, discoideis ca. 2-2,5 mm. diam., luteo-aurantiis, levibus, glabris, disco luteo, plano; stipite tereti 1-3 mm. longo, 0,5 mm. cr., flavo; ascis clavatis apice obtusis vel subacutiusculis, basi attenuatis, octosporis 150-190 × 13-18; paraphysibus repetito-dichotomis, filiformibus obvallatis, guttulatis hyalinis 1,5-2 μ. cr.; sporidiis oblonge fusoideis, rectis v. curvulis, utrinque acutiusculis, hyalino-subflavidulis, pluriguttulatis dein medio 1-septatis, 26-33 × 5-8. 3520

Hab. in lignis et in corticibus, St. Catharina Brasiliæ austr.

3. **Lanzia reticulata** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 213, Ic. fung. Jav. t. 53, f. 1. — Sparsa, majuscula, infundibuliformibus, stipitata, ubique brunnea, margine minutissime denticulata, usque 7 mm. diam., extus reticulato-costulata; excipuli contextu parenchymatico, dilute fuligineo-fulvescente; costularum in denticulos abeuntium contextu prosenchymatico, saturatiore; ascis cylindraceis, deorsum leniter tenuatis, apice rotundatis, 135-145 × 7-8, octosporis; paraphysibus filiformibus, brunneolis; sporidiis recte v. oblique monostichis, ellipsoideis, utrinque rotundatis 6,5-7,5 × 4-4,5, medio 1-septatis, non vel vix constrictis hyalinis. 3521

Hab. in aculeis fructuum Castanopsidis, Tjibodas, in ins. Java. — Costulis ramosis, prominulis in denticulos marginales abeuntibus atque ascomatibus majusculis prædistincta species et forte novi generis typus.

4. **Lanzia? blumenaviensis** P. Henn. Fungi blumen. II, in Hedw. 1902, p. 26. — Ascomatibus ceraceis, sparsis, stipitatis cupulato-discoideis, roseo-flavidis 600-700 μ. diam., disco levi, plano, roseo; stipite levi, pallido 400-500 μ. longo, 120-150 μ. cr.; ascis clavatis apice obtuse rotundatis, basi attenuatis, octosporis, 75-95 × 9-12, paraphysibus obvallatis, filiformibus, septulatis, hyalinis; sporidiis oblique fusoideis, utrinque acutiusculis, medio 1-septatis, haud constrictis 13-17 × 3. 3522

Hab. in caulibus herbarum, St. Catharina Brasiliæ austr.

5. **Lanzia cantareirensis** P. Henn. Fungi Paulenses III, pag. 208 3523

(Hedw. 1904). — Ascomatibus carnoso-ceraceis, stipitato-cupulatis vel discoideis, extus flavis, pruinosis, disco flavo-aurantiaco, ca. 1 mm. diam., stipite $^1/_2$-$2^1/_2$ mm. longo, 0,2 mm. crasso, tereti, flavobrunneo, pruinoso; ascis cylindraceo-clavatis, obtusis, 8-sporis, 100-110 × 10-11; paraphysibus filiformibus, septatis, hyalinis $1^1/_2$-2; sporidiis subdistichis oblonge fusoideis, rectis v. curvulis utrinque acutiusculis, 25-32 × 4-5, hyalinis, continuis, dein 1-septatis, haud constrictis.

Hab. ad fibras Palmarum, Serra da Cantareira Brasiliæ. — *L. blumenaviensi* P. Henn. affinis.

HELOTIELLA Sacc. — Syll. VIII p. 474, XI p. 415, XIV p. 782, XVI p. 740.

1. **Helotiella myoleuca** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 212, Ic. fung. Jav. t. 52, f. 3. — Gregaria et hinc inde confluens, obconica, sessilis 0,5-0,7 mm. diam., raro amplior, glabrescens, margine brevissime fimbriatula, ceracea, sicca, crispata, disco plano-concaviusculo, glauco, brevissime albo-marginato, extus præcipue basi atro-murina; excipuli cellulis elongatis, marginalibus relaxatis, septulatis 4-5 µ. cr., chlorinis; ascis cylindraceis, longiuscule stipitatis, apice rotundatis, filiformi-paraphysatis 100-115 × 7, octosporis; sporidiis oblique monostichis, utrinque tenuatis 16-18 × 5-6, rectiusculis, 1-septatis, hyalinis, non v. vix constrictis. 3524

Hab. in culmis Bambusæ putridis, Tjibodas in insula Java.

2. **Helotiella aurea** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 213, Ic. fung. Jav. t. 52, f. 2. — Sparsa, minuta, superficialis, sessilis v. subsessilis disciformis, glaberrima, aurea, ceraceo-carnosula 0,7-1 mm. diam., disco plano vel convexulo, fere immarginato; ascis clavato-cylindraceis, 115-125 × 8-11, deorsum tenuato-stipitatis, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis oblique monostichis, breve fusoideis, utrinque acutis, 1-septatis, non constrictis, rectiusculis 16-18 × 3,5-4,5, hyalinis. 3525

Hab. in caulibus putridis Elettariæ, Tjibodas, in insula Java. — Ab *Hel. citrinella* differt ascis brevioribus, jodi ope non cærulescentibus, sporidiis brevioribus et crassioribus etc. Ob glabritiem ad subg. *Helotiniam* spectat.

3. **Helotiella trabinelloides** Rehm, Ann. Mycol, 1904, p. 36. Ita vocandum *Helotium trabinelloides* Rehm, Hedw. 1887, pag. 2, seu *Solenopezia trabinelloides* (Rehm) Sacc. — Syll. VIII p. 477. — 3526

cujus valde affinis, sed tamen non identica, est *Helotiella Nuttallii* E. et Ev. — Syll. XI p. 415.

NIPTERA Fr. em. — Syll. VIII p. 480, X p. 24, XI p. 416, XIV p. 782, XVI p. 741.

1. **Niptera Lagerstrœmiæ** P. Henn. in Ergebn. der Kunene Sambesi Exped. p. 166 (1902). — Ascomatibus epiphyllis, sparsis, sessilibus, primo subclausis dein patellariformibus, ceraceis, extus atris ca. 200-250 μ. diam., disco pallido; ascis clavatis, vertice rotundatis, rectis vel curvulis, octosporis, 28-40 × 7-9; paraphysibus filiformibus, hyalinis, apice haud incrassatis, ca. 0,5-0,8 μ. cr.; sporidiis oblique mono-distichis vel distichis, oblonge ellipsoideis vel subclavatis, utrinque rotundatis, 1-septatis, haud constrictis, hyalinis 7-10 × 3-4. 3527

   Hab. in foliis Lagerstrœmiæ indicæ in insula St. Tomé Afr. austr.

2. **Niptera? coccinea** Earle, Plantæ Bakerianæ fasc. II, fungi p. 7. — Ascomatibus sparsis vel gregariis irregulariter applanato-concaviusculis 350-500 μ. diam., subgelatinosis, rubro-coccineis, interdum linea albida marginatis; ascis ovalibus, stipatis, 40-50 × 4-6; paraphysibus filiformibus, indistinctis paullo asco longioribus; sporidiis subcylindraceis, hyalinis 1-septatis, non constrictis, 8 × 3. 3528

   Hab. in caulibus emortuis Corydalis Brandegei, Pagosa Peak Colorado, Amer. bor.

3. **Niptera Garciniæ** P. Henn in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 52. — Ascomatibus sparsis vel gregariis sessilibus, ceraceis, primo clausis, dein cupulato-explanatis 0,5-1 mm. diam., extus pallidis vel flavescentibus, pruinosis, disco flavo-corneo, levi, margine granulato-subcrenato; ascis clavatis, apice obtusiusculis vel acutiusculis, octosporis, 40-50 × 4-4,5; paraphysibus filiformibus, hyalinis, ca. 1 μ. cr., apice globoso-clavatis, ca. 3 μ. cr., carnescentibus; sporidiis oblique monostichis vel distichis, oblonge clavatis, medio 1-septatis, hyalinis 7-10 × 2-2,5. 3529

   Hab. in foliis Garciniæ, Ost. Usambara Africæ orientalis (Engler).

4. **Niptera Calatheæ** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 271 (Hedw. 1901). — Ascomatibus sessilibus epiphyllis sparsis, ceraceis, flavide brunneis, cupulato-discoideis, margine fimbriatis, extus pallidis levibus, ca. 200-300; ascis clavatis vel subfusoideis, 45-60 × 6-8, 8-sporis; paraphysibus filiformibus, apice 1 $^1/_2$ μ. incrassatis, obtusis; spori- 3530

diis oblique monostichis vel distichis, oblonge fusoideis utrinque acutis, rectis vel curvulis, medio 1-septatis, 13-20 × 3-3 $^1/_2$.

Hab. in foliis Calatheæ ex Marantaceis, Leticia, Perù Amer. meridionalis.

5. **Niptera Caricis** P. Henn. Hedw. 1902, pag. 136. — Ascomatibus interdum basi pilis hyalinis circumdatis, molli-ceraceis, minutis, sparsis, primo subgloboso-cupulatis, dein explanato-subdiscoideis, marginatis, extus pruinosis viridulo-cinereis, sicco obscurioribus 0,2-0,4 mm. diam., disco levi, subcyaneo; ascis subfusoideis, clavatis, apice attenuato-acutiusculis vel subobtusiusculis, basi attenuato-curvulis, 56-65 × 6-8, octosporis; paraphysibus filiformibus septulatis, ca. 2 μ. cr.; sporidiis distichis, oblonge fusoideis, rectis v. curvulis, utrinque acutiusculis, 1-septatis haud constrictis, 18-20 × 2, hyalinis. 3531

Hab. in foliis Caricis japonicæ, in horto bot. Berolinensi, Germaniæ.

6. **Niptera Macromitrii** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, pag. 52. — Ascomatibus sparsis, sessilibus, ceraceis, primo clausis, dein cupulatis, marginatis, ca. 0,5-1,5 mm, diam., extus pallidis vel flavidulis, pruinosis; disco aurantio, levi concavo, margine flavidulo; ascis cylindraceis, vertice rotundatis, octosporis, 60-70 × 4-5; paraphysibus filiformibus, apice haud incrassatis, hyalinis, septulatis 1,5-2 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis, oblonge ellipsoideis, bi-guttulatis, dein medio 1-septatis, hyalinis, 9-11 × 3,5. 3532

Hab. in Macromitrii spec., West-Usambara Africæ orient. (Engler).

7. **Niptera Pilotrichi** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 272 (Hedw. 1904). — Ascomatibus ceraceis, sparsis sessilibus, primo cupulatis, dein explanatis, marginatis, flavide cinnabarinis, margine fimbriatis ca. 300-450 μ., contextu flavidis; ascis subfusoideis, 8-sporis, 35-45 × 4 $^1/_2$-5 $^1/_2$; paraphysibus filiformibus 1 $^1/_2$ μ. crassis, apice globulosis, 3 μ. incrassatis, flavidis; sporidiis subdistichis, oblonge fusoideis, subacutis, medio 1-septatis, 7-9 × 2 $^1/_2$-3. 3533

Hab. in Pilotricho spec. (ex Bryaceis) Cerra de Escaler, Perù, Amer merid. — *N. Macromitrii* P. Henn. affinis.

LINHARTIA Sacc. et Syd. — Syll. XVI p. 744. — Observante cl. Rehm in litt. genus *Biatorinopsis* Müll. (Lich. epiphyll. novi, 1890) p. p. huc spectat.

1. **Linhartia Höhnelii** Rehm Hedw. XLIV, p. 11 (1904). — Asco- 3534

matibus in medio macularum epiphyllarum dispersarum, orbicularium, 1 mm. lat., prosenchymatice e cellulis centrifugis c. 10 × 4-5, dilute flavidulis contextis, membranaceis, 2-4 sessilibus, primitus globoso-clausis mox apertis patellaribus orbicularibus, disco hyalino, margine tenuissimo fuscidulo, e cellulis elongatis fuscis composito cincto, 220-250 μ. diam., in sicco globulosis fuscis; ascis clavatis apice rotundatis, 60-90 × 8-10, 8-sporis; sporidiis elongato-fusoideis, medio septatis et valde constrictis, strato mucoso tenui obvolutis, hyalinis, 15-18 × 3, distichis; paraphysibus filiformibus, 5 μ. hyalinis.

Hab. in foliis Psidii, Petropolis, Rio de Janeiro, Brasiliæ (Doct. v. Höhnel).

SOLENOPEZIA Sacc. — Syll. VIII p. 477, XIV p. 784, XVI p. 741.

1. **Solenopezia Symphoricarpi** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1903, p. 165. — Ascomatibus sparsis, 1 mm. diam., subconcavis v. fere planis, in sicco subclausis, setulis intense brunneis, septatis, 3-4 μ. diam., dense vestitis; ascis clavato-cylindraceis, subsessilibus 50-60 × 6-7; paraphysibus filiformibus; sporidiis distichis, fusoideo-oblongis vel subclavato-oblongis, sub 1-septatis, non constrictis. 3535

   Hab. in ramis decorticatis emortuis Symphoricarpi spec. Steamboat Springs, Colorado, Amer. bor. — Sessilis, centro adnata, colore *Dasyscyphæ aridæ* (Phill.) Sacc. in sicco similis, sed non hysterioidea.

2. **Solenopezia fimbriata** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 174. — Ascomatibus semierumpentibus, urceolatis, dense sparsis, fibrillis albidis, liberis, ex ligno emergentibus cinctis, 500–750 μ. diam., intus et extus griseo-nigris, margine fimbriatis; ascis cylindraceis, sessilibus 50–55 × 7-8; paraphysibus filiformibus; sporidiis distichis, oblongo-ellipticis, 1-septatis, non constrictis 7-8 × 2,5-3 hyalinis. 3536

   Hab. in ligno decorticato Populi tremuloidis, Steamboat Springs, Colorado, Amer. bor. (E. Bethel).

3. **Solenopezia corticalis** (Pers.) P. Henn. — var. **rossica** P. Henn. Hedw. 1904, p. 72, Cfr. *Lachnella corticalis* (Pers.) Fr. — Syll. VIII, p. 393. — Ascomatibus sparsis, minutis, ovoideis, urceolatis, clausis, apice humido poro rotundato apertis, basi attenuato-substipitatis, ca. 300 μ. long., 200 μ. latis, extus dense pilosis, pallide cinereis, pilis rigidis usque ad 150 μ. longis, 3,5 μ. crassis, septatis, brunneis, apice obtusis; disco pallido subbrunneolo, con- 3537

cavo, contextu brunneolo; ascis clavatis vel fusoideis, apice acutiusculis, octosporis, 60-75 × 6-9; paraphysibus filiformibus, septatis ca. 2 μ. crassis, apice haud incrassatis; sporidiis subdistichis v. oblique monostichis, oblonge fusoideis v. subclavatis, hyalinis, cyanescentibus, interdum 4-guttulatis, medio 1-septatis, 12-19 × 3-3,5.

Hab. in radicibus putrescentibus Michailowskoje, in ditione Mosquensi, Rossiæ. — Ob sporidia bilocularia species et varietas ad genus *Solenopeziam* transferendæ sunt.

4. **Solenopezia grisea** Annie L. Smith, Journ. Limn. Soc. XXXV, 3538
p. 14, tab. II, fig. 8-9 (extr.). — Syll. XVI, pag. 1148 (nomen). — Ascomatibus sessilibus, circa 1 mm. diam., griseis, disco paullum nigrescente, extra hyphis subflexuosis, hyalinis, apice obtusis, circa 3 μ. diam. vestitis; ascis cylindraceis, curvatis, deorsum attenuatis 120 × 10; paraphysibus filiformibus; sporidiis oblongis 1-septatis, hyalinis, oblongo-monostichis, 15-17 × 10.

Hab. in caule et in foliis cujusdam Monocotyledoneæ in insula Dominica Indiæ occid.

5. **Solenopezia mellina** Penz. et Sacc. in Malpighia 1902, pag. 213, 3539
Ic. fung. Jav. t. 52, f. 4. — Sparsa superficialis, sessilis, scutellata, mellea, pilosa 0,5 mm. diam., pilis filiformibus, simplicibus, asperulis e melleo hyalinis 4-5 μ. cr., apice obtusis; ascis tereti-clavatis, apice rotundatis, breve crassiuscule stipitatis, parce filiformi-paraphysatis 60 × 8, octosporis; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, fusiformibus, curvatis, utrinque acutulis, 18-20 × 2,7-3, medio 1-septatis, non constrictis, hyalinis.

Hab. in foliis emortuis Pandani, prope Buitenzorg, in insula Java. — Septum sporidiorum non genuinum, tamen constans. A *Trichopeziza melleo-rufa* satis diversa.

6. **Solenopezia aureo-coccinea** (Berk. et C.) Rehm, Ann. Mycol. 1904, 3540
p. 352, *Patellaria aureo-coccinea* Berk. et C in Ellis et Ev. N. Amer. Fungi n. 63. — Syll. XI, p. 434 (nom.). — Ascomatibus dispersis, sessilibus primo globoso-clausis, dein urceolatis, demum disco explanato, albidulo, excipulo dilute fuscidulo parenchymatico in primis ad marginem pilis creberrimis, rectis, simplicibus, obtusis, septatis, flavidulis, scabris, usque 100 × 4-5, obsesso, siccis complicatis, aureo-flavido-floccosis, ceraceis 0,5-2 mm. diam.; ascis clavatis apice rotundatis 60-70 × 7-8, octosporis, paraphysibus filiformibus obtusis, septatis hyalinis, usque 3 μ. cr., obvallatis; sporidiis distichis, fusoideis, rectis medio 1-septatis hyalinis 15 × 2-2,5.

Hab. ad culmos putridos Andropogonis, Newfield N. Y. Amer. bor. (Ellis).

PSOROTHECIOPSIS Rehm — Syll. XVI p. 746. — Observante cl. Rehm in litt., gen. *Asterothyrium* Müll. (Lich. epiphylli novi, 1890) partim huc spectat et partim ad *Marchaliam* Sacc. 1889.

1. **Psorotheciopsis decipiens** Rehm — Syll. XVI, p. 746. — var. **bispora** Rehm, Hedw. XLIV, (1905) fig. 9. — Ascis piriformibus, sessilibus, versus apicem elongatis 80 × 40, bisporis; sporidiis demum 50-60 × 25-30. 3541

Hab. in foliis Guatteriæ australis, Blumenau Brasiliæ (E. Ule).

Sect. 4. Hyalophragmiæ.

PUTTEMANSIA P. Henn. Fungi S. Paulenses I in Hedw. 1902, p. 112 (Etym. a Puttemans, præfecto soc. geographicæ et geologicæ S. Paulensis Brasiliæ). — Ascomata cæspitose erumpentia, carnosa, subglobosa dein cupulata, colorata, villo omnino vestita. Asci clavati, paraphysati, octospori, sporidia fusoidea 3-septata, basi rostrata, hyalina subflavidula.

1. **Puttemansia lanosa** P. Henn. l. c. cum tab. fig. *a. b. c.* — Cæspitulis epiphyllis, epidermide fissa velatis, erumpentibus, villo albo omnino tectis, 0,5-1 mm. diam., ascomatibus 2-10, subglobosis, clausis, dein subcupulatis, carnosulis, flavo-aurantiis, ca. 200 μ. diam., pilis simplicibus, rigidis, hyalinis, septatis, apice obtusis, 200-400 × 5-6 vestitis; ascis clavatis, apice rotundato-obtusis, crasse tunicatis, basi attenuato-stipitatis, octosporis, 120-140 × 18-20; paraphysibus filiformibus, ramosis, hyalinis 1,5-2 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, oblongo-fusoideis, 3-septatis, 40-50 × 7-8, hyalinis vel minute flavidulis, basi curvato-rostratis 15-20 × 3. 3542

Hab. ad folia Lauraceæ cujusdam prope S. Paulo, Brasilia.

MASSEEA Sacc. — Syll. VIII p. 488, XVI p. 746.

1. **Masseea albo-pruinosa** Rick in Ann. Mycol. 1904, pag. 246. — Ascomatibus gregariis, sessilibus vel substipitatis, ceraceis, disco molli, primitus globosis, totaliter pruina alba conspersis, deinde apertis, flavo-virescentibus, usque 3 mm. latis, crassis, pulvinatis, 3543

margine semel aut iterum inciso-lobato; ascis 150 × 20, sessilibus, octosporis; sporidiis primitus multi-guttulatis, dein protoplasmate separato splendentibus, denique pluriseptatis, non constrictis (sed videntur constricta ob plasmatis formationem) denique viridulis, circa 25-30 × 10, obtuse fusoideis; paraphysibus filiformibus, flavo-viridulis, cum ascis abortivis, paraphysibus valde similibus mixtis.

Hab. in cortice sicco arboris adhuc stantibus, S. Leopoldo, Amer. merid.

2. **Masseea Johannis-Meyeri** Rehm, Hedw. XLIV (1904) pag. 13. — 3544
Ascomatibus in mycelio hypharum ramosarum, septatarum, hyalinarum, 3 μ. cr., maculas plus minusve orbiculares, arachnoideas, albas formante sessilibus, sparsis v. congregatis, primitus globoso-clausis dein urceolatis, demum disco orbiculari explanato, tenuiter marginato, vitellino vel dilute aurantiaco-rubescente, extus flavo-vitellinis demum albescentibus, glabris excipulo parenchymatice e cellulis angulosis c. 9 μ. diam. contexto, hyalino, crasso, ceraceo-carnosis, 2-4 mm. diam.; ascis clavatis, apice rotundatis, 50-60 × 5-7, 8-sporis; sporidiis oblongo-fusoideis, rectis, primitus 1-dein 3-septatis, ad septa haud constrictis, strato tenui mucoso obductis, hyalinis, 10-12 × 2-2,5, distichis; paraphysibus filiformibus septatis, hyalinis, 2 μ. cr.

Hab. ad corticem, Ecuador, regio Paramo Vulcani El Altar, 4000 m. alt. (Prof. Doct. Joh. Meyer.)

TRICHOBELONIUM Sacc. — Syll. VIII p. 495 (ut subgenus), XVI p. 747.

1. **Trichobelonium tomentosum** Feltg. Vorstud. Lux. Nachtr. III, 3545
pag. 12. — Ascomatibus gregariis, subiculo ex hyphis ramosis, brunneis, 6-8 μ. cr. formato, insidentibus e globoso tandem scutellatis, extus brunneis, pruinoso-pilosulis, 1-2 mm. lat. carnoso-ceraceis, disco lacteo vel griseo sicco infuscato, albido-marginato; ascis clavatis 70-80 × 7-8, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis 1-2-stichis, ellipsoideo-fusiformibus, sæpe clavulatis, obtusis, continuis dein 1-septatis, rarius demum 3-septatis 8-12 × 3, hyalinis.

Hab. in radicibus putridis Quercus, Luxemburg. — *Trichobelonio obscuro* affine.

2. **Trichobelonium Rehmii** Feltg. Vorstud. Lux. Nachtr. III, 1903, 3546
p. 13. — Ascomatibus gregariis vel cæspitulosis, subiculo plus minus evoluto ex hyphis brunneis, septatis 2,5-4 μ. cr. insidenti-

bus, scutellato-poculiformibus, sessilibus, extus glabris, tenuiter striatis, brunneis, 250–500 μ. diam., ceraceo-membranaceis, disco griseo, brunneolo, albido-marginatis; ascis clavatis stipitatis 68–87 × 9,5–11, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis, oblongo-fusoideis, utrinque rotundatis, rectis curvulisve, initio 4–6-guttulatis, dein 2–4-cellularibus, 13–16 × 2,5-3.

Hab. in cortice interiore putri Quercus, Luxemburg. — *Belonio Carestiano* subaffine.

3. **Trichobelonium hercynicum** Lindau in Verhandl. Bot. Ver. Brandenb. 1903, p. 154. — Ascomatibus subiculo albido, siccitate vix conspicuo insidentibus, gregariis, udis e griseo atris, siccis albidis, 0,5-1 mm. diam., sessilibus, interdum confluentibus et crustam planam formantibus, extus nigricantibus; ascis cylindricis apice acutulis, vix incrassatis et jodo immutatis, demum longe stipitatis 110–135 × 8-12; sporidiis filiformibus, utrinque obtusis, interdum, 30-40 × 2, in articulos quaternos vel plures, c. 8 μ. longos partitis; paraphysibus pluriseptatis, e basi ramosis, apice non incrassatis, epithecium nullum formantibus, ascos superantibus. 3547

Hab. in squamis strobilorum vetustorum pr. Braunlage Harz Germaniæ.

4. **Trichobelonium piloso-marginatum** Feltg. Vorstud. Pilz. Fl. Luxemb. 1901, Nachtr. II, p. 16. — Ascomatibus sparsis vel gregariis initio globosis, dein planiuscule scutellatis lata basi sessilibus, 2 mm. latis, subiculo pannoso, albo, ex hyphis septatis ramosis, albis 2–4 μ. cr. radiantibus, conidia viridula secedentibus formato, insidentibus, carnoso-ceraceis, extus glabris, levibus, pallidis siccis subnigricantibus, disco dilute cyaneo vel rubescente, sicco flavido, crassiuscule marginato, margine pilis flavidis subfasciculatis obsito, sicco inflexo, 50-80 × 3,5-5; ascis elongato-clavatis vel fusoideis, breve stipitatis, 50-75 × 4,5-5, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis, elongatis 10-12 × 2-2,5, crasse bi-quadriguttatis, hyalinis. 3548

Hab. in caulibus emortuis Lampsanæ communis, Luxemburg. — Paraphyses ramosæ 2–3,5 μ. cr. ascos conspicue superantes.

5. **Trichobelonium flavidum** Rehm, Hedw. XLIV (1905) fig. 8. — Ascomatibus hypophyllis, in mycelio vix conspicuo hypharum rectangulariter ramosarum, septatarum, hyalinarum 3 μ. cr., late diffuso dispersis, sessilibus, primitus globosis, dein patellariis, disco orbiculari, plano, tenuissime marginato, excipulo tenuiter prosen- 3549

chymatice contexto, glabro, flavescentibus circ. 250 μ. diam.; ascis clavatis, apice rotundatis 40-45 × 10-12, octosporis; sporidiis fusiformibus, rectis v. subcurvatis, hyalinis 1-3-septatis, haud constrictis 15-18 × 3-3,5 tristichis; paraphysibus filiformibus 1,5 μ. ad apicem subglobosum 5 μ. cr., hyalinis; hymenio jodo cærulee tincto.

Hab. in foliis Papilionaceæ, Maûa Ria Brasiliæ, (E. Ule).

6. **Trichobelonium blumenavienses** P. Henn. Fungi blumen. II, in 3550
Hedw. 1902, pag. 22. — Ascomatibus ceraceis, hyphis castaneis, septatis, ramosis 3-6 μ. cr. circumdatis, sparsis sessilibus primo crasse marginatis, subcupulatis, dein discoideis emarginatis, disco albido pruinoso, convexo, interdum undulato, 1-2 mm. diam., extus brunneo levi; ascis clavatis v. fusoideis, apice attenuato-subacutiusculis, stipitatis, octosporis, ca. 90-110 × 8-9; paraphysibus filiformibus, hyalinis, guttulatis; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, longe fusoideis rectis, v. curvulis, hyalino-subflavidulis, pluri-guttulatis, dein 3-9-septatis, haud constrictis.

Hab. in culmis putridis Bambusarum, St. Catharina Brasiliæ austr.

DAVINCIA Penz. et Sacc. in Malpighia 1902, p. 215 (Etym. ab immortali viro Leonardo Da Vinci, rerum quoque botanicarum acerrimo scrutatore). — Ascomata ceraceo-membranacea, stipitata v. sessilia (*Davinciella*), læticoloria, margine eximie dentato-fimbriata. Asci paraphysati, octospori. Sporidia oblonga, 2-pluriseptata, hyalina. Contextus totius fungilli anguste prosenchymaticus, tenacellus. Est *Cyathicula* hyalophragmia et inter Pezizaceas occupabit n. 189. Cfr. Sacc. Tab. comp. p. 31.

I. *Eu-Davincia:* ascoma stipitatum.

1. **Davincia Helios** Penz. et Sacc. l. c. Ic. fung. Jav. 54, t. 2. — 3551
Ascomatibus laxe gregariis, tenuiter ceraceo-membranaceis, conico-cupulatis, breviter stipitatis; stipite gracili, albo, 0,7 mm. longo; disco concavo, flavo, 1 mm. diam., margine eximie dentato-fimbriato; dentibus subtriangularibus albis granulisque calcareis copiosissimis obductis; ascis tereti-clavatis, breviter stipitatis, apice obtusulis 55-70 × 6,5-8, octosporis; paraphysibus filiformibus, nucleolatis, 1 μ. cr. hyalinis; sporidiis oblongo-fusoideis, utrinque acutulis 12-13 × 3-3,5 mox tenuiter, sed distincte 3-septatis, ad septa tenuissime tandem constrictis, hyalinis.

Hab. ad ramos putres corticatos pr. Buitenzorg, in insula Java. — Pulchella species, vere distincta. Excipuli dentium stipitisque contextus eximie angustissime prosenchymaticus, albo-hyalinus, sat tenax.

II. *Davinciella:* ascoma sessile.

2. **Davincia tenella** Penz. et Sacc. l. c. Ic. fung. Jav. t. 54, fig. 3. 3552
— Laxe gregaria, superficialis, ceraceo-carnosula, depresse scutellata, sessilis, 0,4 mm. diam., disco flavo-viridulo, demum (in sicco) sæpe convexulo, extus denticulis albis ciliata; denticulis anguste subtriangularibus, 110–140 × 30-50, ex hyphis filiformibus 3-4 μ. cr., continuis, coalitis formatis; excipuli contextu prosenchymatico pallido; ascis fusoideis, utrinque acutulis 40-44 × 8, subsessilibus, octosporis; paraphysibus nullis v. obsoletis; sporidiis distichis v. oblique monostichis, tereti-fusoideis, rectis curvulisve, utrinque acutulis, 16 × 3, initio guttulatis, dein tenuiter sed distincte 3-septatis, ad septa non v. lenissime constrictis, hyalinis.

Hab. in petiolis putridis Palmarum? in horto bot. Bogor, in insula Java. — Pusilla species, acarum minutum referens. Dentibus et sporidiis cum præcedente convenit, sed est multo minor et sessilis.

DERMATELLA Karst. — Syll. VIII p. 489, XI p. 416, XIV p. 785.

1. **Dermatella scotina** Morgan in Journ. of Mycol. 1904, p. 98. — 3553
Ascomatibus erumpenti-cæspitosis, carnoso-fragilibus, subturbinatis, albidis vel alutaceis, disco plano vel convexo, farinaceo; ascis cylindricis, breve stipitatis, paraphysatis, 4–8-sporis, 150–170 × 15-20; sporidiis oblique monostichis, initio oblongis, hyalinis, continuis, demum inæquilateris v. leviter curvatis et transverse 1–3-septatis tandem brunneolis et interdum septis uno-ternis obliquis v. longitudinalibus auctis, 25-30 × 10-12.

Hab. in cortice Carpini americanæ, Preston O. Amer. bor. — Ascomata 0,5–1 mm. diam., e mutua pressione sæpe irregularia. E stirpe *Derm. Fagi.*

2. **Dermatella succinea** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, p. 7 (Vidensk. 3554
Skrift.). — Ascomatibus gregariis, subsessilibus, carnoso-ceraceis, siccis corneis, rubro-succineis, 0,5–1 mm. latis; ascis clavatis 90-110 μ. long.; sporidiis ellipsoideis, leniter curvatis, hyalinis, 3-9-septatis, guttulis compluribus transverse seriatis farctis, 20-24 × 8-10.

Hab. in ligno abietino in Norvegia.

3. **Dermatella Hamamelidis** (Peck) Durand in Bull. of the Torr. Bot. Club. 1902, p. 464, *Patellaria Hamamelidis* Peck (1880) *Lecanidion Hamamelidis* (Peck.) Sacc. — Syll. VIII, p. 800, *Dermatella Hamamelidis* Ell. et Ev. (1893). — Syll. XI, p. 417.

Hab. in cortice truncorum Hamamelidis virginianæ, New York, Pensilvania et Virginia, Amer. bor. — Ascomata rufo-brunnea, 300-500 μ. diam., disco plano vix marginato; asci clavati subsessiles 65-110 × 15-20; paraphyses filiformes, sursum flavidæ inter se cohærentes; sporidia disticha ex hyalino flavida, oblongo-ellipsoidea vel subfusoidea, triseptata, 15-21 × 4-6.

BELONIDIUM Mont. — Syll. VIII pag. 496, X p. 27, XI p. 417, XIV p. 786, XVI p. 749.

I. *Eu-Belonidium.*

1. **Belonidium fusco-pallidum** Bres. in P. Strasser, Zweiter Nachtr. zur Pilzfl. des Sonntagberges, in Verhandl. d. K. K. zool. bot. ges. in Wien 1902, p. 434. — Ascomatibus superficialibus, fuscis, subturbinatis, sessilibus, contextu parenchymatico, margine hyphoso 0,25-0,66 mm. latis; hymenio pallido vel tinctura subolivacea; ascis clavato-subfusoideis 70-100 × 10-12, jodo poro leviter cæruleo-tinctis; paraphysibus filiformibus; sporidiis 3-septatis 18-21 × 4-5. 3555

Hab. in corticibus Salicis capreæ, Sonntagsberg, Austria boreali.

2. **Belonidium ochroleucum** Bres. in Zahlbruckn. Sched. ad Crypt. exs. n. 722 (Ann. Naturhist. Hofmus. XVII, p. 263). — Ascomatibus erumpentibus, gregariis vel cæspitosis, sessilibus, pulvinatis, ochroleucis, ceraceis, 0,25-0,5 mm. lat., contextu parenchymatico, hymenio concolore; ascis clavato-subfusoideis, 80-115 × 14-22, jodo haud tinctis; paraphysibus ramosis, 2,5 μ. latis, apice clavatis vel subcapitatis ibique 4-6 μ. cr.; sporidiis diu hyalinis, demum lutescentibus, oblongis, 3-septatis, loculo medio septo uno longit. diviso, 24-32 × 8-11, rarius usque 12 μ. cr. 3556

Hab. in cortice Abietum juniorum emortuarum prope Seitenstetten Austriæ inf. (P. Strasser). — Teste cl. Bresadola in litt., species hæc non differt a *Dermatea eucrita* Karst. — Syll. VIII p. 491 — et tunc *Bel. eucritum* (Karst.) Bres. vocanda est.

3. **Belonidium fusco-hyalinum** Rehm, Hedw. XLIV, p. 10. — Ascomatibus epiphyllis, sessilibus, plerumque 2-6-gregariis, primitus globoso-clausis, dein urceolatis, disco orbiculari plano, hyalino, crasse marginato, excipulo parenchymatico, fusco, glabro, 300 μ. diam.; ascis 2-8-sporis, clavatis, apice rotundatis, 50-55 × 12-15; sporidiis oblongis, utrinque obtusis, subcurvatis, 3-5-septatis, hyalinis, 20-22 × 4-6, distichis; paraphysibus ramosis conglutinatis. 3557

Hab. in foliis Calatheæ, Blumenau Brasiliæ (E. Ule). — Forma et colore ascomatum sporidiisque a ceteris speciebus foliicolis omnino diversum.

4. **Belonidium collemoides** Rehm, Hedw. XLIV, p. 10. — Ascomatibus sparsis, sessilibus, primitus globoso-clausis, dein patellariformibus, disco orbiculari, tenuiter marginato, excipulo glabro, parenchymatice contexto, subtus coarctato, vitellinis, ceraceis 0,5-1,5 mm. diam.; ascis cylindraceis, apice rotundatis 50-55 × 5-8, octosporis; sporidiis fusoideis, utrinque acutatis, rectis 1-3septatis, hyalinis, 7-9 × 2-2,5 monostichis vel distichis; paraphysibus filiformibus, septatis, hyalinis 2,5 μ. cr., versus apicem obtusum 4 μ. cr. I. 3558

Hab. in Jungermaniæ sp. Acaciam arabicam incolente, Sao Francisco Brasiliæ (E. Ule). — Habitus *Collematis;* sporidiis minutis, septatis, a ceteris speciebus jungermanniicolis diversum.

5. **Belonidium Clarkei** Mass. et Crossl. in the Nat. 1901, pag. 181, fig. 1-6. — Syll. XVI, p. 1148 (nomen). — Ascomatibus gregariis, sessilibus, pulvinatis v. convexis pallide viridi-luteolis, molliusculis 1 mm. circ. altis; ascis clavatis, apice rotundatis 90 × 8, contextu parenchymatico e cellulis 8-12 μ. diam. formato, octosporis, jodo non tinctis; sporidiis distichis, oblongo-ellipticis, 4-guttulatis, dein 3-septatis, ad septa paullo constrictis, 12 × 3, hyalinis; paraphysibus filiformibus paullo collapsis. 3559

Hab. in ligno putri Whitby, in Anglia (A. Clarke). — A *Mollisia* seu *Bel. ventoso* ascomatibus pulvinatis, immarginatis, viridulis, sporidiis minoribus differt.

6. **Belonidium glauco-fuligineum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 214, Ic. fung. Jav. t. 53, f. 4. — Sparsum v. subgregarium, superficiale, depresse scutellatum, sessile, ceraceo-carnosulum, glabrum, glauco-fuligineum 0,5-0,7 mm. diam., disco concavo-plano, margine brevissimo obtuso; ascis tereti-cylindraceis, breve crasseque stipitatis, 85-100 × 12-13, octosporis; paraphysibus crassiuscule bacillari-clavulatis; sporidiis distichis, fusoideis, curvulis, utrinque 2560

obtusulis, 32-35 × 6-7, hyalinis, 6-8-guttulatis tenuiterque 5-7-septatis, ad septa non vel vix constrictis.

Hab. in vaginis foliorum putrescentium Palmarum, in horto Bogoriensi, Java.

7. **Belonidium tabacinum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 214, 3561
Ic. fung. Jav. t. 53, f. 3. — Sparsum v. subgregarium, superficiale, scutellatum, brevissime stipitatum vel subsessile 1,5 mm. diam., tabacinum, disco concaviusculo, fulvo-pruinoso; contextu excipuli prosenchymatico, ochraceo; ascis tereti-clavatis, apice subtruncatis breviter stipitatis 100-112 × 8-8,5 octosporis; paraphysibus bacillaribus 2 μ. cr., obsolete guttulatis, subhyalinis; sporidiis subdistichis, oblongo-fusoideis, rectis curvulisve, utrinque obtuse tenuatis, 26-30 × 4 (spurie?) 6-8-septatis nucleatisque, non v. vix constrictis, hyalinis.

Hab. in ramis corticatis, emortuis, Goenoeng Pantjar in insula Java (Raciborski). — Asci, paraphyses, sporidia coacervata dilutissime fulvescunt.

8. **Belonidium albo-cereum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 215, 3562
Ic. fung. Jav. t. 54, f. 1. — Sparsum, subgregarium, exiguum, superficiale, sessile, globuloso-cupulatum, glaberrimum, totum albocerinum 350 μ. diam., margine inflexo; excipuli contextu anguste prosenchymatico, albo-flavido; ascis cylindraceo-clavatis, brevissime crassiuscule stipitatis, apice angustatis truncatisque 115-120 × 14, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis fusoideis, rectis curvulisve, utrinque obtuse tenuatis, 30-40 × 4-4,5 hyalinis, initio 7-9-guttulatis, dein tenuiter 7-septatis, ad septa non constrictis.

Hab. ad ligna putrida, Tjibodas in insula Java.

II. *Arachnopeziza.*

9. **Belonidium pineti** (Feltg.) Sacc. et D. Sacc. *Arachnopeziza pineti* 3563
Feltg. Vorstud. Pilz Luxemb. Nachtr. II, p. 38 et III, p. 47. — Ascomatibus sparsis, mycelio tenui, niveo, laxo, valde effuso ex hyphis hyalinis, septatis 2-3,5 μ. cr. formato, insidentibus, e globoso-poculiformibus, dein scutellatis, 1,2 mm. diam., extus brunneo, pilis albis, septatis obtusis, levibus dense vestito, disco flavido dein aurantiaco; ascis clavatis, longiuscule stipitatis 50-68 × 6-7, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis polystichis, fili-

formibus, rectis curvulisve, eguttulatis vel 8-10-guttulatis, obsolete 6-8-septatis, hyalinis vel flavidulis 31–42 × 0,7–1,5.

Hab. in ramis corticatis putridis Pini silvestris, Luxemburg. — An potius *Erinellæ* affinior?

III. *Lasiobelonium.*

10. **Belonidium Sclerotii** Annie L. Smith, Journ. Linn. Soc. XXXV, p. 14, t. II, fig. 10-12 (extr.). — Syll. XVI, p. 1148 (nomen). — Ascomatibus gregariis v. sparsis, ochraceis; pilis ochraceis, septatis, asperulis vestitis, disco concavo, dein leviter convexo, ad 1 mm. diam., e sclerotio parvulo ortis; ascis subclavatis 75 × 7; paraphysibus filiformibus, septatis; sporidiis fusiformibus 20 × 3 hyalinis 3-septatis. 3564

Hab. in ramo decorticato in ins. Dominica Indiæ occid.

11. **Belonidium villosulum** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, pag. 35. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, rotundis vel angulosis, depresso-scutellatis, ceraceis, 0,5-1 mm. lat. extus setulis 4-6-septatis, brunneis, 20-30 × 2,5, vestitis, disco atro-griseo, sicco, nigricante, margine inflexo; ascis tereti-filiformibus 66-77 × 8, filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis 1-2-stichis, fusiformibus, clavulatis, hyalinis, bicellularibus non constrictis, eguttulatis vel 4-guttulatis, probabiliter demum 4-cellularibus, 13-19 × 2,5–3. 3565

Hab. in ramis corticatis emortuis Cratægi Oxyacanthæ, Luxemburg. — *Belonio amœno* affine.

PODOBELONIUM Sacc. Syll. VIII pag. 503 (1889) (ut subgenus). — *Belonioscypha* Rehm. Disc. p. 743 (1892) ex parte.

1. **Podobelonium Campanula** (Nees) Sacc. et D. Sacc. *Belonidium Campanula* (Nees) De Not. — Syll. VIII, p. 503. — var. **dentatum** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, 1901, pag. 56. — A typo differt ascomatibus margine crenato-dentatis et paraphysibus sursum flavis. 3566

Hab. in caulibus emortuis Silenes inflatæ, Luxemburg.

2. **Podobelonium citrino-album** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 214, Ic. fung. Jav. t. 53, f. 3. — Gregarium, superficiale, longiuscule stipitatum, glabrum, majusculum; stipite gracili flexuoso, 5–6 mm. long. pallido; disco leviter concavo, breve marginato, citrino, 3-4,5 mm. lat.; ascis cylindraceis, apice rotundatis, filiformi-para- 3567

physatis, deorsum leniter tenuatis 150-160 × 11, octosporis; sporidiis distichis fusiformibus, curvulis 36 × 4-5, utrinque obtuse tenuatis, 7-9-septato-guttulatis, ad septa non constrictis, hyalinis.

Hab. in lignis putridis, Tjibodas, in ins. Java. — Asci jodi ope non tinguntur.

3. **Podobelonium hirtipes** (A. L. Smith) Sacc. et D. Sacc. *Belonidium hirtipes* Annie L. Smith. Journ. Linn. Soc. XXXV, p. 14. t. II, f. 13-15 (extr.). — Syll. XVI, p. 1149 (nomen). — Ascomatibus sparsis, stipitatis, aurantiacis, disco nigrescente, cupulis circa 2 mm. latis, leviter tomentosis, subplanis, stipite 2 mm. longo, 500 μ. crasso, dense tomentoso, basi dilatato; ascis cylindraceis 130 × 10; paraphysibus filiformibus, septatis; sporidiis oblongo-fusiformibus, 3-septatis, 20-25 × 5, hyalinis. 3568

Hab. ad ligna, in ins. Dominica Indiæ occid.

4. **Podobelonium Dulcamaræ** (Feltg.) Sacc. et D. Sacc. *Belonioscypha Dulcamaræ* Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, pag. 56. — Ascomatibus sparsis, scutellatis, stipite albo pruinoso, sursum sensim ampliato 800-1200 × 200 præditis; disco aurantiaco tenui marginato, extus flavido-glabro, sicco striato ceraceo; ascis longe clavatis 62-70 × 5-7, filiformi paraphysatis octosporis; sporidiis distichis, fusoideis, cylindraceis, utrinque rotundatis, sæpius filiformi-appendiculatis, continuis crasse 2-4-guttulatis, 10,5-15,5 × 2,5-4. 3569

Hab. in caulibus emortuis Solani Dulcamaræ, Luxemburg.

BELONIUM Sacc. — Syll. VIII p. 492, X p. 26, XI p. 417, XIV p. 785, XVI p. 1149.

1. **Belonium blumenaviense** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 23. — Ascomatibus ceraceo-carnosis, subsessilibus vel brevi crassoque stipitatis, sparsis vel gregariis, primo clausis dein explanatis, subdiscoideis emarginatis, 1,5-3 mm. diam., disco levi, pallido, subtiliter incarnato; ascis clavatis apice rotundatis, basi attenuato-stipitatis 100-120 μ., p. spor. 60-75 × 13-15, octosporis; paraphysibus filiformibus apice vix incrassatis, brunneolis, ca. 2 μ. cr.; sporidiis fusoideis v. fusoideo-clavatis acutiusculis, intus granulosis, 1-dein 3-septatis, haud constrictis, flavidulis. 3570

Hab. in truncis putridis, St. Catharina Brasiliæ austr.

2. **Belonium consanguineum** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 70. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, ad basim leviter constrictis, nigris, circ. 0,5 mm. diam., mollibus, carnosis, disco cir- 3571

cularі, rugoso, margine constricto, leviter denticulato, madore convexo (turgido) luteolo, in sicco concavo fere nigro, sub lente carne intense lutea; ascis clavato-cylindraceis, breve-stipitatis 45-55 × 6-8; paraphysibus simplicibus, rigidis asco subæquilongis; sporidiis distichis, fusoideis, hyalinis, curvulis, 4-nucleatis, dein 3-septatis, parce ad septa constrictis, 15-20 × 3,5-4.

Hab. in ligno decorticato Ilicis spc., Alabama, Amer. — A *B. bicolori* magnitudine minori, basi sessili et contextu cellulari-fibroso differt et sporidiis dimidio constrictis.

3. **Belonium ericincolum** Rehm, in Hedw. 1901, p. (103). — Ascomatibus sparsis, sessilibus, primitus subglobosis, dein patellaribus, disco plano tenuissime marginato, extus glabris, 200-300 μ. diam., ceraceis, in sicco carneo-flavidulis extus albescentibus, contextu pseudoparenchymatico flavidulo; hyphis marginalibus distantibus c. 3 μ. cr.; ascis clavatis, apice rotundatis et incrassatis 60-80 × 9, octosporis; sporidiis fusiformibus, rectis, hyalinis 3-5-septatis, 15-18 × 3, distichis; paraphysibus filiformibus 2-3 μ. cr., apice rotundatis, hyalinis, jodi ope cærulescente. 3572

Hab. ad ramulos siccos Ericæ carneæ in alpibus Bavariæ (Doct. Rehm).

4. **Belonium Piceæ** P. Henn. in Hedw. 1905, p. 71. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, ceraceis, primo subgloboso-clausis, dein cupulatis, margine involutis, albidis vel subflavidulis, pruinosis, 250-300 μ. diam., disco pallido; ascis clavatis, vertice obtuse rotundatis, 9-sporis, 60-70 × 10-12; paraphysibus filiformibus, hyalinis, septatis 1,5-2 μ. crassis, apice 2,5-3 μ. incrassatis, obtusis; sporidiis distichis oblonge ellipsoideis, utrinque obtusiusculis, 2-guttulatis, medio 1-septatis, haud constrictis, 18-12 × 3-4. 3573

Hab. in radicibus Abietis (Piceæ) excelsæ, Michailowskoje in ditione Mosquensis Rossiæ.

5. **Belonium bicolor** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, pag. 69. — Ascomatibus sparsis v. gregariis, sessilibus, mollibus carnosis, luteolis, convexis, in sicco concavis, fere nigris 500-800 μ. diam., margine constricto, subdenticulato; carne sub lente lutea; ascis clavato-cylindraceis, breve-stipitatis, 80-90 × 12; paraphysibus simplicibus, firmis, superne paullo incrassatis; sporidiis monostichis, raro subdistichis, oblongo-ellipticis, 15-20 × 6-8, initio 3-4 nucleatis, dein 3-septatis, hyalinis, dein intense luteis, maturitate plus minusve constrictis. 3574

Hab. in caulibus emortuis Eupatorii, Alabama Americæ.

6. **Belonium Polygonati** (Feltg.) Sacc. et D. Sacc. *Beloniella Polygonati* (Feltg.) Vorst. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, p. 33 et III, 1903, p. 40. — Ascomatibus sparsis vel gregariis rimose erumpentibus et discum scutellatum oblongum flavo-brunneum ostendentibus, extus flavo-brunneis, rugulosis, margine denticulato atro-brunneo, dein fibroso-laciniato albido præditis, ceraceo-mollibus, 1-1,5 mm. alt., 0,3-0,4 mm. lat.; ascis clavatis, breve stipitatis, 50-70 × 8-10, octosporis; paraphysibus filiformibus, septatis ascos paullo superantibus, apice capitulatis, hyalinis; sporidiis elliptico-fusiformibus rectis curvulisve, hyalinis, 4-cellularibus, minute pluri-guttulatis, 15,5-23 × 2,5-4. 3575

Hab. in caulibus emortuis Polygonati vulgaris, Luxemburg. — Ascomatibus hysterioideis peculiaris species, a typo generis desciscens.

7. **Belonium Kriegeranium** Rehm, in Hedw. 1903, p. (174). — Ascomatibus in calami superficie longe lateque subfuscatis, gregariis, sessilibus, primitus globosis, clausis, dein patellaribus, disco plano, albo-marginato, rosello, excipulo pallide albo, glabro tenui, prosenchymatice hyalino, ad basim subfuscidule contexto, ceraceis 0,2-0,7 mm.; ascis clavatis, apice obtuse acutatis, 50-60 × 9-10, octosporis; sporidiis fusiformibus, rectis vel subcurvatis, 1-septatis, hyalinis, distichis 12-15 × 2,5-3; paraphysibus filiformibus, hyalinis, haud clavatis 3,5 µ. lat. 3576

Hab. ad culmos siccos Scirpi lacustris prope Pirna Saxoniæ (Krieger).

8. **Belonium difficillimum** Rehm, Ann. Mycol. 1905, p. 226. — Ascomatibus plerumque dispersis, sessilibus, primitus globoso-clausis, dein patellaribus, versus basim angustatis, c. 180 µ. lat, 150 µ. alt., disco orbiculari, plano, excipulo glabro, albidulis, excipulo ad basim dilute fuscidule parenchymatice e cellulis amplis contexto, versus marginem prosenchymatico hyalino, seriebus cellularum distantibus, obtusis, scabriusculis c. 4 µ. lat., siccis contractis; ascis clavatis, apice rotundatis, 50-55 × 9-10, 8-sporis, jodo coloratis; sporidiis obtuse fusoideis, rectis, primitus 1-cellularibus, guttis magnis oleosis 2 instructis, demum medio septatis, haud constrictis, hyalinis, 15-17 × 4-4,5, distichis; paraphysibus filiformibus, ad apicem subacutatis, haud prominentibus, 4 µ. cr., hyalinis. 3577

Hab. ad folia putrescentia Caricis prope Königstein a. E. Saxoniæ (W. Krieger).

DIPLOCARPA Massee British Fungus Flora IV p. 307 (1895) Sacc. — Syll. XIV p. 31 (Etym. *diploos* duplex et *carpos* fructus). — Ascomata minuta in stipitem brevissimum contracta initio clausa dein subplana duriuscula, extus dense pilosa, pilis septatis; asci clavati octospori; sporidia oblonga hyalina demum tri-septata. paraphyses tenues septatæ, conidia fusiformia septata apice gerentes. Est quasi *Lachnella* hyalophragmia.

1. **Diplocarpa Curreyana** Massee l. c. et in the Naturalist 1901, p. 181. — Huc ducenda est *Encœlia Bloxami* Phil. (1887) *Cenangium Bloxami* (Phill.) Sacc. — Syll. VIII, pag. 568, *Peziza diplocarpa* Currey (1873), *Lachnella diplocarpa* (Currey) Phill. — Syll. VIII, p. 398.

   Hab. ad terram in Britannia. — Ascomata 3 mm. lata et 2 mm. alta; pili rufi, septati, 100-200 × 5-7; sporidia 10-12 × 3, ellipsoidea diu continua, biguttata, demum triseptata; paraphyses filiformes, ascum æquantes, conidia fusiformia, 3-5-septata, hyalina 30-50 × 5-6 ferentes.

Sect. 5. **Dictyosporæ.**

STICTOCLYPEOLUM Rehm Hedw. XLIV (1904) p. 9 (Etym. *Stictis* et *Clypeolum,* quos fungos in mentem revocat). — Ascomata in mycelio membranaceo tenuissimo sessilia, primitus lata basi conoidea, poro minutissimo pertusa, dein semiglobosa, disco urceolato, excipulo crasso, glabro, laterali parenchymatice contexto, hypothecio hyalino. Asci clavati octospori. Sporidia fusiformia, medio septata, hyalina, districha. Paraphyses versus apicem ramosæ. Ascomata juniora, poro perexiguo donata, *Clypeolum* simulant, provectiora *Stictidem* memorant. Generi *Pazschkeæ* proxime affine.

1. **Stictoclypeolum decipiens** Rehm l. c. p. 10, f. 6. — Ascomatibus in 3578
centro macularum suborbicularium, albarum, tenuissime parenchymatice contextarum, 3-4 mm. lat., demum confluentium singularibus, sessilibus conoideis dein semiglobosis, primitus clausis poro minutissimo pertusis dein ore rotundo, tenuissime albido-marginato apertis, demum urceolatis, disco roseolo orbiculari plano, stictiformiter marginato, excipulo laterali subfusco, glabro, parenchymatice crasse contexto, ceraceis, 0,5-1 mm. diam.; ascis oblongo-clavatis apice rotundatis, 100-120 × 20-40, 8-sporis; sporidiis fusiformibus, medio septatis et subconstrictis, hyalinis, strato tenui

mucoso obductis, 40-45 × 10-12, 2-3-stichis; paraphysibus filiformibus septatis, versus apicem ramosis, epithecium hyalinum formantibus.

Hab. in ramulis Myrtaceæ Blumenau Brasiliæ, (E. Ule).

MELITTOSPORIOPSIS Rehm — Syll. XVI pag. 751. — Observante cl. Rehm in litt., gen. *Heterothecium* Müll. (Lich. epiphylli novi 1890) pro parte huc spectat et pro parte ad gen. *Pazschkeam* Rehm.

1. **Melittosporiopsis roseola** Rehm, Hedw. XLIV (1905). — Asco- 3579
matibus epiphyllis in mycelio albescente, stellatim expanso, c. 8 mm. lato hypharum rectangulariter ramosarum, hyalinarum, septatarum, c. 3 μ. lat., dispersis sessilibus, patellaribus, orbicularibus, disco roseolo vix marginato excipulo glabro, 0,4 mm. diam.; ascis clavatis apice rotundatis, 80-90 × 25, 1-sporis; sporidiis oblongis, fere cylindraceis, utrinque obtusis, rectis, transverse 17-19, longitudinaliter pluries divisis, hyalinis, 50-70 × 15-18; paraphysibus conglutinatis, ramosis, epithecium flavidulum formantibus, hypothecium dilute fuscidulum; jodi ope asci valde cærulee tinctis.

Hab. in foliis Psychotriæ, Blumenau Brasiliæ (E. Ule). — Proxime affinis *Melitt. Drymidis* sed forma et colore ascomatum et præcipue sporidiis longioribus et copiosius septatis dignoscitur.

2. **Melittosporiopsis pseudopezizoides** Rehm — Syll. XVI, p. 751. — 3580
var. **Psychotriæ** Rehm, Hedw. XLIV (1904), p. 11. — Ascomatibus in mycelio crustaceo hypharum rectangularum hyalinarum 2 μ. cr. sessilibus, fere urceolatis, crasse marginatis, disco hyalino; ascis subglobosis 45 × 30-40 monosporis; sporidiis oblongis, obtusis, biscoctiformibus, transverse 11, longitudinaliter pluriseptatis, strato mucoso lato obductis 25-33 × 18; jodi ope asci vinose rubescunt.

Hab. in foliis Psychotriæ, Blumenau Brasiliæ (E. Ule).

3. **Melittosporiopsis pachycarpa** Rehm, Hedw. XLIV, p. 11 (1904). 3581
— Ascomatibus epiphyllis in mycelio irregulariter orbiculari, arachnoideo, albo-cinerescente hypharum rectangulariter ramosarum, hyalinarum, 3 μ. cr, sessilibus, primitus globoso-clausis dein patellaribus, disco orbiculari, fuscidulo-carneo, plano, demum convexulo, tenuissime albide marginato, excipulo crasso, subhyalino, versus basim fusco, 2 mm. diam., ceraceis, glabris; ascis clavatis, apice rotundatis, 120-140 × 20-25, 2-4-sporis; sporidiis oblongo-cylindraceis, superne rotundatis, versus basim subacutatis, rectis,

hyalinis, transversim c. 29, longitudinaliter 3-4-septatis, 80-120 × 10-15, parallele positis; paraphysibus filiformibus 2 μ. ad apicem fuscidule conglutinatis; jodi ope hymenium valde cærulescit.

Hab. ad folium? Calatheæ in Brasilia (E. Ule). — A *M. violacea* var. *gigantospora* magnitudine ascomatum et forma et magnitudine ascorum et sporidiorum mox dignoscenda species. *Bombyliospora pachycarpa* (lichen) quoque affinis est.

Sect. 6. Scolecosporæ.

GORGONICEPS Karst. — Syll. VIII p. 504, X p. 30, XI p. 419, XVI p. 753.

1. **Gorgoniceps Kalmiæ** Rehm in Ann. Mycol. 1904, p. 353 *Dermatea Kalmiæ* Ellis N. Ann. Fungi n. 147, nec *Pezicula* (Dermatea) *Kalmiæ* Peck. — Syll. VIII, p. 314. — Ascomatibus gregariis, primo cyathoideis, breve stipitatis, dein disco orbiculari explanato, margine erecto, tenuissimo cincto, demum irregulariter convexulo, undulato, fere immarginato, udo sordide flavidulo, excipulo glabro, rufo-brunneo, crasse ceraceo, parenchymatico, siccis, totis rufo-brunneis, margine albescente cinctis 0,3-1,3 mm. lat.; ascis tereti-clavatis, apice rotundatis, 40-50 × 5-8, octosporis; paraphysibus filiformibus apice interdum subhamatis, obvallatis; sporidiis filiformi-vermicularibus, continuis, hyalinis 25-30 × 1, parallelis. 3582

   Hab. in ramis emortuis Vaccinii corymbosi, in Amer. bor. — Hymenium fere gelatinosum et tunc forte *Bulgariaceærum* novum genus.

2. **Gorgoniceps kuitoënsis** P. Henn. in Ergebn. der Kunene-Sambesi Expedit. p. 167 (1902). — Maculis fuscis dein pallescentibus exaridis, zona brunneola cinctis; ascomatibus hypophyllis, ceraceo-membranaceis, sessilibus, lenticularibus ca. 180-230 μ. diam., extus atro-brunneis, glabris, disco convexo, sicco collapso cinereo; ascis clavatis, vertice tunicato-rotundatis, basi attenuatis, curvulis, octosporis 60-70 × 5-8; paraphysibus filiformibus, 1-2 μ. cr. hyalinis; sporidiis conglobatis, filiformibus ca. 50-60 × 1, pluriseptatis, hyalinis. 3583

   Hab. in foliis Monotis africani, Kuito prope Kutue et Sobi Africæ austr.

3. **Gorgoniceps Moelleriana** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, pag. 23. — Ascomatibus carnoso-ceraceis, gregariis, breve stipitatis, primo clausis dein cupulatis marginatis, demum 3584

subscutellatis extus margineque granuloso-subfurfuraceis, flavido-alutaceis; disco concavo v. plano, levi, flavo-brunneolo 0,8-0,12 mm. diam.; stipite usque ad 5 mm. longo crassoque, concolori furfuraceo; ascis clavatis, apice obtusis v. subacutiusculis, octosporis, basi attenuatis 95-110 × 1-8; paraphysibus filiformibus pluriseptatis ca. 2-2,5 μ. cr., apice haud incrassatis; sporidiis conglobatis, fusoideo-filiformibus, utrinque acutis, hyalinis 40-50 × 2,5-3, 3-5-pluriseptatis.

Hab. in corticibus, St. Catharina Brasiliæ austr.

ERINELLA Sacc. — Syll. VIII p. 507, X p. 30, XI p. 419, XIV p. 789, XVI p. 753.

1. **Erinella subcorticalis** Pat. in Duss Enum. Champ. Guadel. 1903, p. 67. — Gregaria, 1 mm. diam., sessilis v. in stipitem brevissimum tenuata, carnoso-firma cupuliformis, margine integro introrsum incurvo, extus ochraceo-pallida, tenuiter tomentosa v. furfuracea ob pilos cylindraceos simplices, apice obtusos incrustato-rugulosos, septatos, sparsos fasciculatosve 100 × 3-4; disco plano v. concavo, levi, flavo-aureo; ascis cylindraceis 8-sporis, 80-85 × 6-8; sporidiis rectis, fusoideis, 3-septatis, rarius 2-septatis, chlorinis, 25-28 × 3; paraphysibus linearibus, simplicibus, 3 μ. cr. 3585

   Hab. ad lignum putre Symploci martinicensis et in cortice Richeriæ grandis in silvis Bains-Jaunes Guadalupæ (Duss).

2. **Erinella cognata** Pat. in Duss Enum. Champ. Guadel. 1903, p. 67. — Sessilis, cupuliformis, carnoso-firma, 1-2 mm. diam., margine inflexo, integro, extus ochraceo-grisea, pallida, pilis simplicibus ruguloso-incrustatis, hyalinis, 30 × 3,5 furfuracea; disco plano v. concavo, flavo-aureo, levi; ascis clavatis 96-130 × 8, octosporis; sporidiis distichis, hyalinis, chlorinis, continuis, utrinque acutulis, 35-40 × 3; paraphysibus hyalinis filiformibus, æqualibus, 3 μ. cr. 3586

   Hab. in ramulis emortuis Calyptranthis Dussii et Myrsines coriaceæ in silvis Rivière Saint-Louis et Camp-Jacob Guadalupæ (Duss). — *E. subcorticali* affinis.

3. **Erinella carneola** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 217, Ic. fung. Jav. t. 55, f. 4. — Laxe gregaria, scutellato-hemisphærica, brevissime stipitata vel subsessilis 0,5-0,7 mm. diam., ceracea, sordide incarnata, extus pruinulosa nec pilosa; disco concavo, margine inflexo; excipuli contextu anguste prosenchymatico; ascis cylindraceis, brevissime crasse stipitatis, apice rotundatis, 78 × 8, 3587

octosporis, bacillari-paraphysatis; sporidiis polystichis, bacillari-fusoideis 42 × 2,5-3, rectiusculis, continuis, hyalinis.

Hab. in ramis corticatis putrescentibus Tjibodas, in insula Java. — Forte affinis *E. javanicæ* Henn. et Nym., sed discus carneus.

4. **Erinella bogoriensis** Henn. et Nym. — Syll. XVI, p. 756. — var. **candida** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 216, Ic. fung. Jav. t. 54, f. 4. — Sparsa, ceracea, patellata, sessilis, candida, extus villosula, 1-1,5 mm. diam., margine vix ullo, disco subplano; ascis tereti-clavatis, breviter crasse stipitatis, 70-80 × 8-9, octosporis, filiformi-paraphysatis; sporidiis 2-3-stichis, bacillaribus, rectiusculis 37-40 × 2, pluri-guttulatis, hyalinis, utrinque obtusulis. 3583

Hab. in cortice arborum viventium, Tjibodas, in insula Java. — A typo differt ascomatibus candidis paullo majoribus, sporidiis paullo brevioribus.

5. **Erinella citrino-alba** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 216, Ic. fung. Jav. t. 55, f. 2. — Sparsa v. hinc inde binata, sessilis, scutellata 1,5-2 mm., disco plano-concaviusculo, citrino, margine breviter elevato albo, extus villosula; pilis filiformibus, septulatis, asperulis, dilute ochraceis 90-100 × 4; ascis clavatis, deorsum sensim tenuato-stipitatis, apice obtuse tenuatis, 112-125 × 10-12, octosporis; paraphysibus acicularibus, asco longioribus, septatis; sporidiis polystichis, filiformibus, rectiusculis 10-14-septulatis, non constrictis 70-80 × 1-1,3 hyalinis. 3589

Hab. in ramulis putrescentibus, Tjibodas, in insula Java. — Affinis videtur *E. byssaceæ* Henn. et Nym., sed paraphyses distinctæ, septatæ, sporidia angustiora etc.

6. **Erinella Pritzeliana** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (86). — Ascomatibus membranaceo-ceraceis, cupulatis, stipitatis, extus albidis, breve pilosis, pilis curvulis 10-20 × 3,5, flavidulis; disco pallide flavo 0,6-0,8 mm.; stipite tereti, ca. 0,3-0,5 × 0,1; ascis cylindraceo-clavatis, apice obtusis, octosporis 80-90 × 5-7; paraphysibus filiformibus, septatis, guttulatis 2 μ. crassis; sporidiis conglobatis, filiformibus, flexuosis, utrinque obtusis, pluriguttulatis v. obsolete septatis 40-60 × 0,5-0,6. 3590

Hab. in ramis, ad flumen Russel, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

7. **Erinella vernoniicola** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 272 (Hedw. 1904). — Ascomatibus ceraceis, hypophyllis sparsis, primo clausis dein cupulato-discoideis, breve stipitatis, extus albido-subvillosis, disco aurantiaco levi, margine subfimbriato ca. 200-250 μ.; ascis 3591

cylindraceo-subclavatis, apice rotundatis, 8-sporis, 80-120 × 4 $^1/_2$–5 $^1/_2$; paraphysibus filiformibus, hyalinis, ca. 0,8 μ. crassis; sporidiis parallelis filiformibus utrinque subacutis, ca. 60-90 × 1-1 $^1/_2$, pluriguttulatis vel pluriseptatis, haud dilabentibus, hyalinis.

Hab. in foliis Vernoniæ spec., Tarapoto, Perù Amer. merid. — Socia adest *Parmulariella Vernoniæ* P. Henn.

8. **Erinella nivea** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 216, Ic. fung. Jav. t. 55, f. 1. — Sparsa, phyllogena, scutellato-hemisphærica, brevissime stipitata v. subsessilis, tota nivea, 400 μ. diam., ceracea, pilis tenerrimis longis, hyalinis vestita, disco concavo; ascis cylindraceo-clavatis, 55-60 × 6-8, brevissime stipitatis, apice obtusulis, bacillari-paraphysatis, octosporis; sporidiis 2-3-stichis, cylindraceis, subinde curvulis, 5-7-septulatis, non constrictis, utrinque obtusulis, 26-28 × 2,5. 3592

Hab. in foliis emortuis v. subvivis Calami in horto botanico Bogoriensi, in insula Java.

9. **Erinella albo-flaveola** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 217, Ic. fung. Jav. t. 55, f. 3. — Subsparsa, phyllogena, sessilis, scutellata, 0,2 mm. diam., margine extusque pilis teneris albis in fasciculos junctis vestita; disco concaviusculo, albo-flavido; ascis tereti-clavatis, breve stipitatis, apice obtusulis, 150 × 9 octosporis; paraphysibus bacillaribus, minute guttulatis; sporidiis polystichis, bacillaribus, rectis v. lenissime curvis, obsolete 11-13-septulatis, utrinque obtusulis 110-120 × 2,5-3 hyalinis. 3593

Hab. in foliis emortuis Pandani, Tjibodas, in insula Java. — Affinis *E. bicolori* Pat., sed asci crassiores, discus flaveolus nec aurantius, pili diversi etc.

10. **Erinella albida** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 218, Ic. fung. Jav. tab. 56, f. 2. — Gregaria, infundibuliformi-urceolata, stipitata, tota alba, 0,5 mm. lata, 0,3 mm. lata, extus margineque breviter tomentella, pilis asperulis, 4 μ. cr.; stipite cupulæ diametrum subæquante, cylindraceo; excipuli contextu prosenchymatico, sordide albo; ascis clavatis, longiuscule sensim stipitatis, apice rotundatis, 135-140 × 10-12, octosporis, breviter filiformi-paraphysatis; sporidiis polystichis, bacillaribus, utrinque obtusulis, rectiusculis 120-125 × 2-2,5 pluriguttulatis, hyalinis. 3594

Hab. in culmis putridis Bambusæ?, Tjibodas, in insula Java. — Ob ascoma stipitatum ad subgenus *Erinopsis* pertinet.

11. **Erinella tomentella** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 217, Ic. fung. Jav. t. 56, f. 1. — Gregaria, scutellato-hemisphærica, 3595

basi coarctata sessilis, majuscula, 0,8-1 mm. diam., isabellina, pilis brevissimis asperulis margine extusque tomentella; contextu excipuli prosenchymatico, subochraceo; ascis cylindraceis, apice obtusatis, brevissime stipitatis, 120-150 × 8-9, octosporis, obsolete vel non paraphysatis; sporidiis polystichis bacillaribus, rectiusculis, utrinque obtusulis 120 × 2 hyalinis, continuis.

Hab. in culmis putrescentibus Bambusæ, Tjibodas, in insula Java.

Fam. 4. Ascobolaceæ Boud.

Sect. 1. Hyalosporæ.

ASCOPHANUS Boud. — Syll. VIII p. 528, X p. 32, XI, p. 421, XIV p. 793, XVI p. 758.

1. **Ascophanus immersus** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, pag. 10. — Ascomatibus gregariis, erumpentibus, globosis, sæpe basi piriformibus, pallide luteis; disco ochraceo vel luteo-viridulo 0,5–0,8 mm. diam.; ascis conico-ellipsoideis vel irregularibus, superne late rotundatis 175-195 × 75-85, octosporis vel 4-6-sporis; sporidiis inordinatis ellipsoideis vel cylindraceis utrinque rotundatis, hyalinis, eguttulatis 48-52 × 26; paraphysibus filiformibus, hyalinis, septatis, 3-3,5 µ. crassis. 3596

Hab. in fimo ovino, Luxemburg. — *Asc. Holmskioldii* affinis; habitu *Ascoboli immersi* sed sporidia jugiter hyalina.

2. **Ascophanus bellulus** Boud. in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 196, tab. 8, fig. 5. — Ascomatibus convexo-applanatis, dein undulatis et sublobatis, extus levibus; carne pallida, sub hymenio rubra; paraphysibus sæpius ad apices vix incrassatis, septatis 5-13 µ. cr.; ascis amplis, clavatis, operculatis, jodo usque ad basim cærulescentibus, octosporis 200-300 µ. latis; sporidiis elliptico-ovatis, levibus, 24-27 × 15-16, hyalinis, sed granulis protoplasmaticis conglomeratis ad apices repletis, medio vacuolis parum conspicuis donatis. 3597

Hab. ad corium putridum, Arbois, Jura Galliæ (Hetier). — Minutus sed pro genere major, 4-6 mm. latus, roseus aut rufescens convexo-undulatus, sublobatus.

3. **Ascophanus sarcobius** Boud. in Bull. Soc. Myc. de France 1902, 3598

n. 2, tab. VIII, fig. 2. — Ascomatibus gregariis, hemisphæricis, glabris, albidis; hymenio convexo immarginato; ascis operculatis, amplis, clavatis 250-300 × 35-38; paraphysibus septatis, hyalinis, ad apicem crassioribus 10-12 μ. diam., simplicibus aut rarius appendiculatis, intus vix granulosis; sporidiis ovatis aut ellipticis, episporio verruculoso, 25-30 × 18-20, hyalinis.

Hab. ad carnem exsiccatam putridam, Arbois Jura Galliæ (Fr. Hétier). — Minutus 1-2 mm. latus. *Ascoph. carneo* affinis.

4. **Ascophanus isabellinus** Clem. in Bot. Surv. Nebr. 1901, p. 9. — 3599
Ascomatibus humicolis, carnosis, convexo-explanatis, nudis, albido-isabellinis, doliiformibus 1-3 mm. diam.; ascis octosporis, stipitatis 250 × 30-40; paraphysibus asco longioribus linearibus vel æquilongis et clavatis, 3 μ. cr.; sporidiis distichis, ellipticis, hyalinis, levibus, crasse 2-3,5 μ., tunicatis, 27-30 × 12-13.

Hab. in terra stercorata, in silva Octowania, Nebraska Amer. borealis.

5. **Ascophanus testaceus** (Moug.) Phill. — Syll. VIII, pag. 535. — Huc, teste v. Höhnel ex autopsia (Fragm. Myk. I, 1902, p. 19) ducenda est *Peziza Antonii* Roum. seu *Humaria Antonii* (Roum.) Syll. VIII, p. 121.

LASIOBOLUS Sacc. — Syll. VIII p. 536, XIV p. 792.

1. **Lasiobolus dubius** Starb. in Arkiv for botan. 1904, Band 2, p. 2, 3600
fig. 4-7. — Ascomatibus gregariis, plerumque dense aggregatis, crustam fere formantibus, patellaribus vel applanatim convexulis, margine indistincto, crassiusculo, ochroleucis vel ochraceo-melleis, textura laxissime intricata, pilis sparsis, septatis, pellucidis, flavis, basi incrassatis, acutis 125-250 μ. longis, ad basim usque ad 12 μ. cr. obsitis, 0,5-1 mm. diam.; ascis cylindraceis, sursum rotundatis, fere sessilibus 210-212 × 25-30; sporidiis octonis, recte vel transversim, plerumque oblique monostichis, ellipsoideis, hyalinis, 25-30 × 14-16,5; paraphysibus sparsis, filiformibus, parce septatis, superne ellipsoideis vel fere capitulatim incrassatis, 5-8 μ. crassis.

Hab. in fimo bovino, in Delta fluminis Paraná Argentinæ. — *L. raripilo* (Phill.) Sacc. quam maxime affinis, colore autem ascomatum pilisque diversa species videtur. Jodo asci conspicue cærulescunt.

Sect. 2. Phæosporæ.

BOUDIERA Cooke — Syll. VIII p. 512, XVI p. 759.

1. **Boudiera Claussenii** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (182) cum icone. 3601
— Ascomatibus gregariis, sessilibus, hemisphæricis, dein discoideis, pallidis ca. 200-280 μ. d.; hyphis ramosis, septatis, hyalinis circumdatis, extus levibus, disco plano, pallido; ascis oblonge ovoideis v. late clavatis, apice rotundato-obtusis, octosporis, 40-60 × 20-30; paraphysibus filiformibus, 3 μ. crassis, septatis, ad apicem 3,5-4 incrassatis, obtusis, hyalinis; sporidiis subconglobatis v. subdistichis, sphæroideis 10-13 μ. diam., episporio atrofusco, areolato, aculeato subasperato.

Hab. in excremento cuniculorum, Freiburg, Baden (Doct. P. Claussen).

ASCOBOLUS Pers. — Syll. VII p. 514, X p. 31, XI p. 420, XIV p. 793, XVI p. 760.

1. **Ascobolus testaceus** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 3602
1902, p. 32. — Ascomatibus carnosis primo hemisphæricis, dein explanato-scutellatis emarginatis, 2-3 mm. diam., extus levibus testaceis, disco plano, levi concolori; ascis clavatis apice applanatis, basi attenuato-stipitatis 140-160 × 20-33; paraphysibus filiformibus apice clavatis, 7-9 μ. cr., pluriguttulatis, flavidis; sporidiis monostichis subglobosis v. late ellipsoideis, 1-guttulatis, hyalino-brunneolis 15-19 × 14-16 levibus.

Hab. in fimo equino putrescente, St. Catharina Brasiliæ austr.

2. **Ascobolus perplexans** Mass. et Salm. Copr. fungi I, p. 328, f. 52- 3603
55. — Ascomatibus sparsis, luteo-virentibus, extus minutissime furfuraceis, mox glabris, piriformibus, disco initio concavo, demum plano v. subconvexo, acute marginatis 0,5-1 mm. latis; ascis cylindraceis basi attenuatis, octosporis, 190-210 × 16-20; sporidiis oblongo-ovatis monostichis 18-19 × 9-10, episporio longitudinaliter rimuloso et parce reticulato, demum verruculoso-violaceo; paraphysibus filiformibus, interdum ramosis, sursum incrassatis septatis, sæpe nodulosis, muco flavo-virente obvolutis.

Hab. in fimo Baphiceri melanotidis, Elephantis a-

fricani, Macropodis gigantei, Cervi elaphi, Ovis Vignei, Kew et in fimo equino S. Kensington Britanniæ.

3. **Ascobolus latus** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 218, Ic. fung. Jav. t. 56, f. 3. — Gregarius, majusculus, glaber, suborbicularis, applanatus, atro-brunneus, margine quoque plano pallidiore, usque 1 cm. latus; ascis cylindraceis v. cylindraceo-clavatis, brevissime noduloso-stipitatis 170-190 × 18-23, octosporis; paraphysibus bacillaribus, sursum clavulatis 6-7 μ. cr. luteolis; sporidiis in ascorum parte sup. inæqualiter distichis, ellipsoideis, levibus, 20-23 × 10-12, brunneis, demum atro-violaceis. 3604

Hab. in fimo bubalino Tjidahoe, ad meridiem M. Salak, in insula Java. — Ab affini *Asc. sarawacensi* Ces. differt ascomate duplo majori, sporidiis minoribus etc.

4. **Ascobolus Gollani** P. Henn. F. Indiæ orient. II, in Hedw. 1901, p. 338. — Ascomatibus gregariis, interdum confluentibus, sessilibus, ceraceo-carnosis, subcupulato-discoideis, extus rugosis, furfuraceis, pallidis, disco plano, undulato, brunneo, pruinoso, margine revoluto-repando, 0,5-1 cm. diam.; ascis clavatis, apice obtuso-rotundatis, basi attenuatis, octosporis, 80-120 × 20-23, paraphysibus, filiformibus, hyalino-flavidulis 2,5-3 μ.; sporidiis oblonge ellipsoideis, utrinque obtuso-rotundatis, cinnamomeis, 16-22 × 9-11, levibus, oblique monostichis v. subdistichis. 3605

Hab. ad terram, in silvis, Saharanpur-Garden Indiæ orient.

5. **Ascobolus stercorarius** (Bull.) Schroet. *A. furfuraceus* Pers. — Syll. VIII, p. 516. — var. **retisporus** Clements, Bot. Surv. Nebr. 1901, p. 9. — Ascomatibus initio luteo-olivaceis, dein brunneis, planis; sporidiis dense minuteque reticulatis, oblongo-ellipticis, 12-13-20-22. 3606

Hab. in stercoratis, Otowania, Nebraska, Amer. bor.

6. **Ascobolus Moellerianus** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, pag. 31. — Ascomatibus carnosis sessilibus, primo clausis subglobosis, dein cupulatis, extus levibus, brunneis ca. 2,5-3 mm. d., disco concavo, brunneo, margine crasso, levi; ascis clavatis apice applanatis v. obtuso-rotundatis, basi attenuatis curvulis, 170-200 × 18-22, octosporis; paraphysibus filiformibus apice paullo clavatis 3,5-4 μ. cr., flavidulis; sporidiis oblonge ellipsoideis utrinque obtusis, primo flavis, dein castaneis, 20-28 × 15-18, levibus. 3607

Hab. prope S. Catharina Brasiliæ austr.

DASYOBOLUS Sacc. — Syll. VIII p. 523, XI p. 421.

1. **Dasyobolus serbicus** (P. Henn.) Sacc. et D. Sacc. *Ascobolus serbicus* P. Henn. et Ranojevic Hedw. 1902, p. 103. — Sessilis, sparsus vel subgregarius, carnoso-ceraceus, cupuliformis, extus viridulo-flavus, sicco-ferrugineus, furfuraceo-subtomentosus, basi mycelio byssino flavidulo circumdatus, ca. 1-2 mm. diam.; disco concavo, flavo-brunneo, dein fusco-atro, margine subciliato; ascis clavatis, vertice rotundato-obtusis, ad basim attenuato-stipitatis, ca. 90-110 µ. longis, p. spor. 60-75 × 15-20, octosporis; paraphysibus filiformibus, septulatis 2-3 µ. crassis, hyalinis obvallatis, hypothecio flavo-viridulo; sporidiis subdistichis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, longitudinaliter dense flexuoso-striatis, primo hyalinis, dein fulvis vel cinnamomeis, 11-15 × 7-8. 3608

Hab. ad ramulos siccos corticatos Rubi, in silva Topcider prope Belgrad Serbiæ.

SACCOBOLUS Boud. — Syll. VIII p. 524, X p. 31, XVI p. 761.

1. **Saccobolus granulispermus** Sopp. et Crossl. in The Naturalist 1899, p. 30, fig. 14-16. — Ascomatibus sparsis aggregatisve, perminutis, 0,3-0,5 mm. diam. sessilibus, carneis, glabris, luride luteis, siccis fuscescentibus, subglobosis demum expansis, disco planis ex ascis protrusis nigro-punctatis; ascis late clavatis v. tereti-clavatis, 100-110 × 35, in stipitem brevem subito contractis, apice rotundatis incrassatisque, octosporis; sporidiis ellipsoideis utrinque obtusis, primo hyalinis levibus, tum roseo-lilacinis, demum violaceis et fuscescentibus, minute granulosis, 20-22 × 9-10, sacculo oblongo intra membranam propriam inclusis; paraphysibus simplicibus v. ramosis, septatis, luteis, 4 µ. cr., apice clavatis, curvatis, 6 µ. cr. 3609

Hab. in fimo vaccino pr. Leeds Britanniæ.

2. **Saccobolus quadrisporus** Mass. et Salm. Copr. fungi I, p. 329, fig. 48-51. — Ascomatibus 500-730 µ. diam., primo plus minus convexulis diaphanis aquoso-violaceis, demum planis opacis atro-violaceis vel nigrescentibus, maturitate disco ob ascos exsilientes brunneo-punctato; ascis subcylindraceis sursum truncatis, deorsum breviter stipitatis sæpe curvatis, 95-110 × 18-20, jodo cærulescentibus quadrisporis; paraphysibus simplicibus v. furcatis filiformibus apice clavulatis septatis; glomerulis sporidiorum ellipticis 40-45 × 15-16, sacculo communi hyalino inclusis; sporidiis in una v. duabus seriebus ordinatis, atro-violaceis, 20 × 8-10, præsertim ad margines verrucis minutis præditis. 3610

Hab. in fimo anserino, Royal Gardens Kew Britanniæ.

Fam. 5. Dermateaceæ Fr.

Sect. 1. Hyalosporæ.

MIDOTIS Fr. — Syll. VIII p. 547, XI p. 422.

1. **Midotis brasiliensis** Rick in Ann. mycol. 1904, p. 246. — Ascomatibus breve stipitatis, primitus otideiformibus, dein expanso-auriculariæformibus usque ad 5 cm. diam., coriaceis, stramineis, extus pallidis et leviter tomentoso-rugosis, secus glabris; ascis 160 × 10-12 octosporis; sporidiis ovoideis, levibus, monostichis, hyalinis, unilocularibus, biguttulatis 16 × 10; paraphysibus filiformibus, simplicibus, subhyalinis, non curvatis, 2 μ. latis. 3611

Hab. in ramis corticatis gregatim *Boniam flavam* imitans, Bom Jardim, Amer. merid. — Genus *Midotis* non quidem hymenio separabili (quamvis et hoc inveniatur) sed contextu coriaceo et vegetatione epixyla et paraphysibus non curvatis ab *Otidea* differt.

MIDOTIOPSIS P. Henn. Fungi blumenaviensis II, in Hedw. 1902, p. 17 (Etym. a *Midotis*, cui affinis). — Ascomata erumpenti-superficialia, coriacea plus minus stipitata, primo clausa dein subcupulata extus tomentosula. Asci cylindraceo-clavati, octospori, paraphysati. Sporidia globosa, hyalinæ, continua. — Ab affini gen. *Midotis* præcipue differt sporidiis sphæricis.

1. **Midotiopsis bambusicola** P. Henn. l. c. — Ascomatibus coriaceis, superficialibus, stipitatis, primo clavatis, clausis dein excentrice cupulatis, marginatis 3-5 mm. diam., extus subluteis granuloso-furfuraceis, stipite tereti 1-2 mm. longo, 0,5-0,8 μ. crasso, squamoso-furfuraceo, concolori, squamulis polyhedricis brunneolis 8-12 μ. diam.; disco convexo ochroleuco, levi; ascis cylindraceo-clavatis, vertice obtuso-rotundatis, basi attenuatis, octosporis, 50-60 × 4; paraphysibus filiformibus, hyalinis ca. 2,5-3 μ. cr.; sporidiis monostichis, globosis, hyalinis, levibus 3-4 μ. diam. 3612

Hab. in culmis putridis Bambusarum, St. Catharina Brasiliæ austr.

URNULA Fr. — Syll. VIII p. 548, XI p. 422, XVI, p. 762. — Cl. Kupper in Bull. of the Torrey bot. Club 1902, p. 142 pro *Ur-*

nula Geastere Peck — Syll. XI p. 422 — condidit novum genus *Chorioactis,* præcipue ob ascomatis dimensiones majusculas et structuram interiorem, de quibus confer loco citato.

SCYTOPEZIS Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, p. 87 (Etym. *scytos* corium et *pezis* pro *Peziza*). — Ascomata superficialia, sessilia, ceraceo-coriacea, hemisphærico-cupulata, atra, pilosa, margine stellatim fisso, epithecio nullo. Paraphyses præsentes. Excipulum crassum, nigro-brunneum, pseudoparenchymaticum, pilis longis, atris, dense obsitum; hypothecium crassum, hyalinum, prosenchymaticum. Asci octospori, cylindracei, inoperculati, jodo tincti; sporidia continua, hyalina, elliptica, levia. Est *Urnula* sessilis, excipulo parenchymatico.

1. **Scytopezis stellata** Clem. l. c. — Ascomatibus sessilibus, cæspi- 3613
tosis, hemisphærico-cupulatis, margine incurvo, in 6-8 lobos alte stellatim fisso, hymenio umbrino-atro, paraphysibus 1-3 ramosis, septatis, apice dilute umbrinis, vix incrassatis 3 μ. lat., 1 cm. lat. et alt.; excipulo nigro-tomentoso, cellulis brunneis 10-12 × 20, seriatim dispositis, ad marginem subfuscescentibus minoribusque in pilos confertos, contortos, septatos, umbrinos, plerumque simplices 250-350 × 4 productis, 150-250 μ crasso; hypothecio hyphis hyalinis 4-6 μ. intricate intertextis 400 μ. cr.; ascis octosporis anguste cylindraceis, longe stipitatis, inoperculatis, 350 × 12; sporis recte monostichis, ellipticis, levibus, hyalinis 22 × 11.

Hab. ad ramum vetustum in terra muscosa sepultum, Minnehaha, Amer. bor.

DERMATEA Fr. — Syll. VIII p. 550, XI p. 422, XIV p. 794, XVI p. 762.

1. **Dermatea puberula** Durand in Journ. of Mycol. 1904, p. 101. — 3614
Erumpens, plerumque in series elongatas, usque 2-3 cm. disposita; ascomatibus 0,7-1 mm. diam., 2 v. pluribus e communi stromate oriundis, omnino cinereis, extus pilosulo-pulverulentis, pilis conidia cylindrico-clavata, hyalina v. curva, continua, 30 × 6 sæpe gerentibus; ascis clavatis, apice rotundatis vel sæpius truncatis, poro jodo cærulescente, 150 × 12, octosporis; sporidiis oblique 1-seriatis, ellipsoideis, continuis, hyalinis, levibus, 15-20 × 9-10; paraphysibus filiformibus, hyalinis.

Hab. in trunco putri Vitis, Ithaca N. Y. Amer. bor. — Spo-

ridia forte tandem 1-3-septata et tunc species ad gen. *Dermatellam* referenda; tamen a *D. viticola* diversa.

2. **Dermatea cratægicola** Durand in Journ. of Mycol. 1904, p. 100. 3615
— Solitaria v. cæspitosa, erumpens; ascomatibus 2-4 e communi stromate crasse stipitiformi orientibus, 0,5-1 mm. diam., orbicularibus vel mutua pressione irregularibus, disco pruinoso-olivaceo, extus farinoso-pruinoso rhabarbarino, margine obtuso; carne fracta rhabarbarina; ascis obtuse clavatis, apice rotundatis, jodo non tinctis, breve stipitatis, 150-165 × 25-30; sporidiis 6-8 oblique uniseriatis v. biseriatis, hyalinis, levibus, continuis, oblongo-ellipsoideis, vacuolo amplo centrali, 35-48 × 15-17; paraphysibus hyalinis, ramosis filiformi-clavatis, flavo-olivaceis, 6-8 μ. cr.

Hab. in ramis Cratægi sp. London Ontario Amer. bor. (J. Dearness).

3. **Dermatea macrospora** Clements in Bull. of the Torr. Bot. Club. 3616
1903, p. 87. — Ascomatibus sparsis, numquam cæspitosis, sessilibus, innato-erumpentibus, cortice elevata marginatis, ceraceo-coriaceis, scutellatis v. disciformibus 0,8-1,2 mm diam.; epithecio distincto tenui, brunneo, hymenio brunneo-fulvo, 150 μ. cr.; paraphysibus linearibus, vix clavulatis, parce ramosis, insuper dilute fulvis 3 μ. lat.; hypothecio prosenchymatico, fere parenchymatico, fulvo 100 μ. cr.; excipulo cum hypothecio continuo simili que, pallide fulvo, extus pilis fasciculatis ochraceis 100 × 5, minute tuberculato, margine libero, elevato lobato; ascis octosporis, late clavato-oblongis, non stipitatis, jodo non tinctis; sporidiis farctis 110-130 × 25-30; sporidiis crebre et irregulariter distichis, raro oblique monostichis, elliptico-oblongis, rectis vel curvulis, levibus, intus granulatis, 33-45 × 8-12.

Hab. ad lignum Salicis, Placer, montibus Sangre de Christo, Amer. bor. — *D. inclusæ* Peck affinis, sed colore, sporidiis majoribus margineque differt.

4. **Dermatea tijucensis** P. Henn. Hedw. 1904, p. 91. — Ascomatibus 3617
sparse vel subaggregato-sessilibus, subcoriaceis primo subglobosis, dein cupuliformibus, extus verrucoso-rugulosis, subcinnabarino-pulverulentis, atro-olivaceis vel rufo-brunneis 5-6 mm. diam., disco concavo levi, cinereo fuscidulo; ascis cylindracco-clavatis, apice obtuso rotundatis ca. 200 μ longis, p. sp. 130-150 × 14-17, octosporis; paraphysibus filiformibus, apice dichotomis vix incrassatis, ca. 2-3 μ crassis, hyalinis; sporidiis oblique monostichis oblongis v. subfusoideis, utrinque rotundatis, eguttulatis, hyalinis, 19-23 × 8-11.

Hab. in ramis, Tijuca, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

5. **Dermatea pulchra** Starb. in Arkiv for botan. 1904, Band 2, p. 6, f. 10-13. — Ascomatibus stromate basilari conjunctis, densissime aggregatis, deorsum plane confluentibus, primo variiformibus, tuberculiformibus v. plerumque cylindrice attenuatis, mutua pressione difformibus, sursum paullum sphærice dilatatis, absolute clausis, deinde cylindraceis, sursum ostiolo umbilicato donatis, denique cupulatim apertis, in sicco amœne ferrugineis vel aureo-rubiginosis, extus verruculis polygonis, ex hyphis globulosim v. rectangulariter vel irregulariter articulatis, dense conglobatis compositis, seriatim ordinatis obsessis, margine involuto, plus minusve crasso, humectatis obscure fuscis, margine acutissimo, expanso, urceolatis e stipite crasso obconico-turbinatis, disco primo castaneo, deinde pallide umbrino vel isabellino-umbrino, 1-2 cm. latis, 0,5-2 cm. altis; articulis pilorum 6-20 μ. diam.; textura coriaceo-suberosa, intricatim porrecta; ascis cylindraceo-clavatis, sursum rotundatis, vix pedicellatis 80-90 × 7,5-9; sporidiis octonis, monostichis vel superne distichis, ellipsoideis vel oblongatis, rectis vel interdum curvulis, hyalinis, continuis vel medio 1-septatis, 10-12 × 3-3,5; paraphysibus filiformibus, hyalinis, ascos paullulo superantibus 2-3 μ. cr. 3618

Hab. ad truncos putrescentes, in silva primæva, pr. Cachoeira et in Silveira Martius Brasiliæ. — Perpulchra species *D. aureotinctæ* Rehm affinis.

6. **Dermatea endoneura** Har. et Pat. Champ. rec. an Jap. in Bull. du Mus. d'hist. nat. 1902, n. 2, pag. 132. — Stromate 6-10 × 5 mm. corneo, ex 2-4 lobis inferne juntis, superne liberis composito, extus atro, pruina fusca consperso, intus farcto, albido, lineis brunneis radiantibus plus minus ramosis anastomosantibusque stipatis undique marmorato, inferiore parte nigricante; cupulis primitus clausis, dein apertis, ad apicem cujusque lobi solitariis, concavis, atris, margine crasso, obtuso, rigido, integro v. inciso e patenti erecto; ascis clavatis, parte sporif. 50 × 10, longe stipitatis, octosporis; paraphysibus filiformibus, copiosissimis vix 2 μ. crass. hyalinis, ramulosis, apice non incrassatis; sporidiis subdistichis, initio hyalinis, dein brunneis uni-cellularibus, ellipsoideis, 12 × 6. 3619

Hab. ad ramos, Tokyo Japoniæ (Harmand).

7. **Dermatea blumenaviensis** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 18. — Ascomatibus coriaceis, cæspitose erumpentibus, stipitatis, primo clavatis, clausis, dein aperto-cupulatis, sti- 3620

pitibus basi fasciculatis v. ramosis, 1-3 mm. long. 0,5-0,8 mm. cr., furfuraceo-squamosulis, fuscis v. ferrugineis; cupulis extus concoloribus, furfuraceis; disco subatro, levi, 2-4 mm. diam.; ascis cylindraceo-clavatis, obtusis, octosporis 30-36 × 4-5; paraphysibus filiformibus, hyalinis, apice fuscidulis 1,5-2 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, rectis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, 5-7 × 3,5, eguttulatis.

Hab. in truncis putridis, St. Catharina Brasiliæ austr.

8. **Dermatea sparsa** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, pag. 19. — Ascomatibus coriaceis, stipitatis, sparsis, primo clausis, dein cupulatis marginatis, demum applanatis 1,5-2,5 mm. diam., extus subfurfuraceis, brunneis, disco plano marginato, flavo-brunneo, levi; stipite breve ca. 1 mm. longo, 0,6 mm. cr.; ascis clavatis, obtusis v. subacutiusculis, basi attenuatis, 100-110 × 8-10; paraphysibus filiformibus 2-2,5 μ. cr., hyalinis; sporidiis oblique monostichis v. distichis, oblongis utrinque obtusis, bi-guttulatis, 8-10 × 3-3,5, hyalinis. 3621

Hab. in foliis Palmarum, St. Catharina Brasiliæ austr.

CENANGIUM Fr. — Syll. VIII p. 556, X p. 36, XI p. 423, XIV p. 795, XVI p. 763.

1. **Cenangium salicellum** v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, II, p. 46. — Ascomatibus 1-3 mm. latis, erumpentibus, plerumque 6-12 dense cæspitoso-aggregatis, ramis solitariis, peridermio secedente superficialibus, sessilibus v. substipitatis, carnoso-coriaceis, primo cupulatis demum late apertis et e mutua pressione difformibus, extus fuscis, subfarinaceo-asperulis, disco concavo, flavo-brunneo, denique cinerescente; contextu intus et in hypothecio crasso, fibroso-parenchymatico, pallido, extus parenchymatico, brunneo; ascis clavatis breve stipitatis, 80-100 × 8-11; paraphysibus filiformibus 2-4 μ. cr., sursum clavulatis, 5 μ. cr., brunneis; sporidiis distichis, hyalinis continuis, rarius medio 1-septatis, cylindraceis, utrinque rotundatis, plerumque leviter curvulis, 13-20 × 3-4,5. 3622

Hab. in ramulis Salicis purpureæ prope Jaize Bosniæ, Apr. 1903. — Ab affini *C. populneo* ascomatibus multo minoribus et aliter coloratis differt; a *C. Salicis* sporidiis cylindraceis nec ellipsoideis.

2. **Cenangium Rehmii** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 84. — Ascomatibus gregariis, ceraceo-mollibus, 0,5-1,6 3623

mm. diam. initio globosis, subtectis, basi dilatata demum laciniatim erumpentibus, albo-pruinosis, disco orbiculari scutellato-applanato, pallido vel flavidulo, sicco atro-brunneo albo-pruinoso; ascis tereti clavatis, longe stipitatis 127-200 × 12-15 p. spor. 76-115 μ. long., plerumque octosporis; sporidiis 1-2-stichis, tereti-ellipsoideis, hyalinis, continuis 14-16 × 7,5, farctis; paraphysibus ramosis, septatis ascos multo superantibus, apice inflatis plerumque flavido-rubescentibus.

Hab. in ramis corticatis putridis Carpini Betuli, Luxemburg. — Socius adest stat. conidioph., de quo confer l. c.

3. **Cenangium botryosum** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 18. — Ascomatibus botryose cæspitoseque erumpentibus, coriaceis, primo clausis, clavatis dein stipitato-cupulatis, demum discoideo-explanatis, emarginatis, usque ad 1 cm. diam., extus alutaceo-ferrugineo-tomentosis, disco plano, undulato, levi flavo-brunneo, stipite brevi crassoque cuneato, tomentoso; ascis clavatis, obtusis, basi attenuato-stipitatis, 60-80 × 6-8, octosporis; paraphysibus filiformibus, septulatis, 1,5-2 μ. cr.; sporidiis monostichis, oblongis, utrinque obtusis, rectis vel curvulis, bi-guttulatis 7-10 × 4-4,5. 3624

Hab. in ramis corticatis, St. Catharina Brasiliæ austr.

4. **Cenangium pallide-flavescens** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 86. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, subdiaphanis, trochiformibus, subclausis, disco minuto, concavo, subincolori, sicco flavido, crasse marginato, extus stipiteque pallidis, pruinosis, firmo-ceraceis, non collabascentibus 300-500 μ. diam.; ascis tereti-clavatis, longe stipitatis, octosporis, 76-90 × 6-7,5; sporidiis distichis, oblongis, obtusis, rectis curvulisve, continuis, hyalinis, pluriguttulatis, 12-15 × 2,5-3; paraphysibus filiformibus, sursum clavatis et 2-3 μ. cr., citrinis, ascos paullo superantibus. 3625

Hab. in ramis decorticatis Ligustri vulgaris, Luxemburg. — *Cen. stictico* et *Cen. helotioidi* affine. — var. **Eupatorii** Feltg. l. c.: ascomatibus impellucidis, ascis longioribus et angustioribus 100 × 5-5,2 et paraphysibus hyalinis. — In caulibus Eupatorii cannabini, ibidem. — var. **Atropæ** Feltg. l. c. pag. 87: ascomatibus crassiuscule breve stipitatis, pallide flavis, ascis clavatis, longe et tortuose stipitatis; sporidiis elongatis, obtusis; paraphysibus nodulosis, sursum crassioribus, hyalinis. In caulibus Atropæ Belladonnæ ibidem.

TYMPANIS Tode. — Syll. VIII p. 578, X p. 36, XI p. 424, XIV p. 798, XVI p. 764.

1. **Tympanis confusa** Nyl. Obs. Pez. fen. pag. 69, *Patellaria atrata* Fr. Sclerorn. suec. 336. — Ascomatibus nigris, applanatis, 0,5-8 mm. lat., sparsis, margine obtuso aut nullo; ascis clavato-oblongis, 125-150 × 16-18, frequentioribus myriosporis 125-150 × 24-25; microsporis cylindraceo-oblongis, curvulis, 3-4 × 1; sporidiis in quoque asco 8-24, fusiformibus, simplicibus vel 1-3-septatis, 16-25 × 3-4; paraphysibus gracilibus adspersis apice sensim incrassato, fuscescenti luteo. 3626

Hab. ad lignum Pini in Suecia. — Potius *Scleroderris* v. nov. genus.

Sect. 2. **Phæosporæ.**

PHÆANGIUM Sacc. — Syll. VIII p. 570 (ut subgenus) XVI p. 764.

1. **Phæangium Sebastianæ** (P. Henn.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangium Sebastianiæ* P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 18. — Ascomatibus subcarnosis coriaceis, sparsis v. cæspitose erumpentibus, primo clausis, dein discoideis, sessilibus vel brevissime crassoque stipitatis flavo-olivaceis, pruinosis, disco plano, marginato luteo, pruinato-granuloso, ca. 0,5 mm. diam.; ascis clavatis, apice rotundato-obtusis, octosporis, 100-120 × 22-28; paraphysibus filiformibus septatis, 3-3,5 μ. cr., apice clavulatis 5-6 μ. incrassatis; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis oblonge ellipsoideis, rectis v. curvulis, utrinque obtuso-rotundatis, intus olivaceo-granulatis, 22-33 × 10-14. 3627

Hab. in ramulis corticatis Sebastianæ, St. Catharina Brasiliæ australis.

Sect. 3. **Didymosporæ.**

CENANGELLA Sacc. — Syll. VIII p. 587, X p. 37, XI p. 424, XIV p. 798.

1. **Cenangella Syringæ** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 89. — Ascomatibus solitariis vel gregariis, areis denigratis insidentibus, puncto centrali affixis, scutellatis, extus brunneis parcis cinctis, disco griseo- v. flavido-brunneo, margine gra- 3628

nuloso; ascis clavatis, substipitatis, octosporis, 57 × 10; sporidiis 2-3-stichis, oblongis vel fusoideis, rectis curvulisve plerumque bicellularibus, hyalinis, sæpius guttulatis, 10-16 × 2,5-3; paraphysibus filiformibus, sursum paullo crassioribus, fuscidulis.

Hab. in ramis corticatis emortuis Syringæ vulgaris, Luxemburg. — Ubi ascomata sint superficialia, species potius ad *Nipteram* referenda.

2. **Cenangella alnicola** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 89. — Ascomatibus sparsis, superficialibus, centro punctiformi-affixis, plano-scutellatis 1 mm. latis, fere diaphanis flavo-brunneolis, disco crenulato-marginato, flavo-brunneolo, rarius rubescente; ascis clavato-cylindraceis, breve stipitatis, octosporis, 64-78 × 7,5-10; sporidiis 1-2-stichis, ellipsoideis v. ovoideis, rectis curvulisve, medio 1-septatis, hyalinis, eguttulatis, 10-15 × 5; paraphysibus filiformibus septatis, sursum paullo crassioribus. 3629

Hab. in ramis corticatis emortuis Alni glutinosæ, Luxemburg. — An ob situm superficialem potius *Nipteræ* spec.?

PHÆANGELLA Sacc. — Syll. VIII p. 592 (ut subgenus), X p. 37, XI p. 424, XIV p. 798 (Etym. a *Phœangio,* cui affinis). Est *Cenangella* phæodidyma.

Huc ducendæ sunt species sequentes: *Phœangella Aceris* (Hazsl.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangium Aceris* Hazsl. - *Ph. Morthieri* (Fuck.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangium Morthieri* Fuck. - *Ph. Ulicis* (Cooke) Sacc. et D. Sacc. *Dermatea Ulicis* Cooke - *Ph. deformata* (Peck.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangium deformatum* Peck. - *Ph. Cesatii* Sacc. et D. Sacc. *Patellaria? Tympanis?* Ces., - *Ph. quercina* (Hazsl.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangium quercinum* Hazsl. - *Ph. Potentillæ* (Hazsl.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangium Potentillæ* Hazsl. - *Ph. aggregata* (Hazsl.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangium aggregatum* Hazsl. in Syll. VIII - *Ph. Pinastri* (Tul.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangella Pinastri* (Tul.) Sacc. in Syll X p. 37 - *Ph. pruinosa* (Rostr.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangella pruinosa* Rostr. in Syll. XI pag. 424 - *Ph. abietina* (Ell. et Ev.) Sacc. et D. Sacc. *Cenangella abietina* Ell. et Ev. - *Ph. lachnoides* (Rehm) Sacc. et D. Sacc. *Cenangella lachnoides* Rehm, in Syll. XIV p. 798.

1. **Phæangella socia** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 271, cum icone (Hedw. 1904). — Ascomatibus foliicolis sparse vel subgregarie erumpentibus, sessile cupulatis, extus rufo-brunneo- vel lateritio-furfuraceis, squamosulis, ca. 1 mm. diam., disco concavo, levi, 3630

fusco-brunneo; ascis clavatis, apice rotundatis, basi stipitatis, 8-sporis, 120-140 μ. longis, p. sp. 60-80 × 10-13; paraphysibus filiformibus, hyalinis, vix incrassatis, 2-2½ μ. crassis; sporidiis monostichis ellipsoideis, rotundatis, primo hyalinis dein fusco-olivaceis medio hyalino-1-septatis constrictis, 7-9 × 5-6½.

Hab. in foliis Lauraceæ cujusdam, Cerra de Escaler, Perú, Amer. merid. — Simul adest status conidiophorus conidiis sporidia omnino æmulantibus.

ANGELINIA Fr. — Sacc. Syll. II, p. 739. — Sec. cl. J. Durand in Journ. of Mycol. 1902, oct. p. 109, ad *Cenangiaceas* ducendum est hoc genus.

1. **Angelinia rufescens** (Schw.) Duby. — Syll. l. c. p. 740 et Dur. l. c. — Ascomata 1-3 mm. longa, 750 μ. crassa; asci 90-100 × 4-8; sporidia 8-15 × 3-4; paraphyses apice subincrassatæ.

Hab. quoque ad ligna putrida, præsertim Quercus et Castaneæ in Americæ bor. pluribus locis.

Sect. 4. Phragmosporæ.

CRUMENULA De Not. — Syll. VIII p. 600, XVI p. 764.

1. **Crumenula Sarothamni** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 3631
1903, pag. 91. — Ascomatibus sparsis, basi insculptis, scutellatis, extus atro-brunneis, griseo-pruinosis, ceraceo-membranaceis, 200-500 μ. lat. et. 200-300 μ. alt., siccis contracto-plicatis, substipitatis, disco plano-concavo, brunneo-viridi, tenui marginato; ascis late clavatis, subsessilibus, 60-76 × 16, octosporis; sporidiis tristichis, elongato-fusoideis, rectis curvulisve, demum 2-4-cellularibus ad septa non constrictis, hyalinis, minute pluri-guttulatis, 22-33 × 5-6; paraphysibus ramosis, septatis, sursum clavatis subcoloratis.

Hab. in ramis decorticatis Sarothamni scoparii, Luxemburg.

SCLERODERRIS Fr. — Syll. VIII pag. 594, X p. 37, XI p. 425, XIV p. 799, XVI p. 765.

1. **Scleroderris Padi** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, p. 7 (Vidensk. 3632
Skrift.). — Ascomatibus sessilibus vel substipitatis in series approximatas dispositis, fuscis, circ. 1 mm. lat., per epidermidem

erumpentibus, globoso-depressis; ascis cylindraceis, 80-100 μ. long., octosporis; sporidiis elongatis, 3-septatis, fuscis, 18-20 × 7-8; paraphysibus filiformibus, apice incrassatulis.

Hab. in cortice Pruni Padi, Skoien Norvegiæ.

2. **Scleroderris equisetina** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, p. 91. — Ascomatibus cæspitose erumpentibus, innatis, maculis nigris insidentibus, breve et crasse stipitatis, vertice rotundatis, dein concavis, disco flavido vel rubescenti-flavido, margine denticulato, coriaceo-mollibus, siccis corneis, 100-300 μ. diam.; ascis tereti-clavatis crasse et breve stipitatis vel subsessilibus 68-100 × 10-12, octosporis; sporidiis 2-3-stichis, tereti-fusoideis, rectis curvulisve, subinde biscurvis (5-formibus) tenuiter 3-5-septatis, non vel vix constrictis, hyalinis, eguttulatis vel minute guttulatis 15-17 × 3-4; paraphysibus filiformibus flavidis. 3635

Hab. in caulibus Equiseti spec. Luxemburg.

3. **Scleroderris Treleasei** Sacc. Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 24, pl. III, fig. 7. — Dense gregaria v. hinc inde cæspitulosa e basi innata punctiformi omnino superficialis, bicolor; ascomatibus initio urceolatis, clausis, mox laciniato-dehiscentibus, majusculis, 2,5-3 mm. diam., scutellatis, extus margineque lacero aterrimis, carbonaceis, rugosis, disco plano-concavo, levissimo isabellino-carneo, ceraceo; ascis clavatis, apice obtuse acutatis, deorsum tenuato-stipitatis, 140 × 12-14, octosporis; paraphysibus filiformibus, apice interdum incurvis furcatisque, totis hyalinis; sporidiis in asci parte superiore fasciculatis, cylindraceo-clavatis, deorsum acutatis, 50-60 × 2, continuis, hyalinis, interdum curvatis. 3634

Hab. in cortice Coniferarum, Sitke Alaska (Trelease et Kincaid). — Eximius fungus, quem miror nullum mycologum observavisse. Affinitas non parum dubia, hinc ad *Clithrem*, illinc ad *Coccophacidium* nutans et tunc forte novi generis typus, aptius forte inter Scolecosporas collocandum prope *Godroniam*. A *Scleroderri* sporidiis continuis et paraphysium natura differt. Obturaculum ascorum jodi ope non tingitur. Contextus excipuli indistincte cellulosus, subcarbonaceus, fragilis. Ascomata, cum secedunt, areolam albam in cortice matricis relinquunt.

Sect. 5. Scolecosporæ.

GODRONIA Mont. — Syll. VIII p. 601, X p. 37, XI p. 425.

1. **Godronia Andromedæ** P. Henn. Verh. Brandb. 1901, XXXXIII, 3635

p. 103. — Ascomatibus sparse epidermide erumpentibus, superficialibus, subcoriaceis, primo subglobosis, clausis, dein vertice rotundato-apertis, urceolatis, margine acuto fimbriatis, demum subcupulatis, extus subsulcatis flavo-olivaceo-brunneis vel ferrugineis, furfuraceo-pilosis, ca. 0,5-0,8 mm. diam., disco concavo, dein subplano, levi, atro-cinereo; ascis cylindraceis, apice obtuso-rotundatis tunicatis, basi attenuatis curvulis, octosporis, 70-100 × 7-9; paraphysibus copiosis, filiformibus, septatis, hyalinis ca. 2 μ. cr.; sporidiis longitudinaliter parallelis, acicularibus v. fusoideo-filiformibus, utrinque subacutis, primo pluriguttulatis, dein 5-septatis, haud constrictis, hyalinis 35-45 × 2,5-3.

Hab. ad ramulos emortuos Andromedæ polifoliæ, in horto bot. Berolinensi Germaniæ.

2. **Godronia rugosa** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 70. — 3636
Ascomatibus sparsis, erumpentibus 1-1,5 mm. diam., sessilibus subcutaneis dein erumpentibus, subgelatinosis, turgidis, glanduloso-rugosisque, ferrugineo-nigris, hymenio pallidiore; ascis clavato-cylindraceis, 70-75 × 8-10, paraphysatis; epithecio fuligineo-olivaceo; sporidiis elongatis, fusoideis, nucleatis, utrinque arcuatis, hyalinis v. pallide luteolis 45-55 × 3-3,5.

Hab. in ramis emortuis Oxydendri arborei, Alabama Americæ.

Fam. 6. Bulgariaceæ Fr.

Sect. 1. Hyalosporæ.

LEOTIA Hill. — Syll. VIII p. 609.

1. **Leotia chlorocephala** Schwein. — Syll. VIII, pag. 609. — var. 3637
Lloydii Rehm in Ann. Mycol. 1904, II, pag. 33. — Ascomatibus sparsis, 2-6 cm. altis; pileo orbiculari, convexo, undulato, demum repando, limbo libero, sæpe revoluto, subtus pallidiore, hymenio flavido vel viridulo obtecto, 1-1,5 cm. lato; stipite centraliter innato, subcylindrico, versus basim sublatiore, haud nisi sub pileo sulcato, glabro, flavide æruginoso 1,5-5 cm. alto, 3-6 mm. crasso; ascis clavatis, usque 150 × 10, octosporis; sporidiis oblongo-fusoideis, rectis vel subcurvatis, utrinque acutatis, hyalinis, demum bicellularibus, strato mucoso tenui obtectis, 18-20 × 4,5-5 distichis; paraphysibus filiformibus, septatis 2 μ., versus apicem usque 4 μ. latis, fuscidule mucosis.

Hab. ad terram Ohio, Amer. bor. (Morgan). — ***Leotia chlorocephala*** Schwein colore e viridi æruginoso probe diversa. Exs. Ell. et Ev. N. Amer. F. n. 2032 præbet sporidia utrinque subobtusa, haud guttulata, interdum medio septata, strato mucoso tenuissimo obducta.

SARCOSOMA Casp. — Syll. X p. 42, XI p. 427, XIV p. 804, XVI p. 771.

1. **Sarcosoma carolinianum** Durand in Journ. of Mycology 1903, vol. 9, p. 102. — Ascomatibus gelatinosis solitariis, sessilibus, e tomento brunneo oriundis, initio clausis, dein apice pertusis, maturitate fere planis 4 cm. diam., brunneo-ochraceis, in parte exteriore brunneis, tomentoso-hirsutis; setis septatis, lucidis, paullo curvatis 7-8 μ. cr. carne albida; excipulo ex toto ex hyphis intricatis septatis, 5-6 μ., diam. composito; ascis clavato-cylindraceis, apice rotundatis, tenui pedicellatis, 400-500 × 18; sporidiis monostichis, continuis, hyalinis, ellipticis, 25-30 × 15; paraphysibus cylindraceis, septatis, hyalinis 3 μ. diam. 3638

   Hab. in ramulis foliisque emortuis, Blowing Rock, N. Carolina Amer. bor.

2. **Sarcosoma cyttarioides** Rehm in Journ. of Mycol. 1903, vol. 9, p. 104. — Ascomatibus spongioso-gelatinosis, sessilibus, solitariis vel 2-3 congestis, initio clausis, dein apertis, planis, convexis v. biconvexis, interne nigris, consuete centro concavo, externe nigris, plus minusve rugosis vel furfuraceis 1,5-3,5 cm. diam. 1-2 cm. alt.; carne griseo-luteola; excipulo ex hyphis tenuibus composito 8-10 μ. diam.; ascis octosporis tenuibus, cylindraceis, apice rotundatis 300-350 × 15; sporidiis monostichis, continuis, ellipticis, hyalinis, 25-30 × 12-14; paraphysibus filiformibus, divaricatis luteolis. 3639

   Hab. in caulibus Kalmiæ et in foliis Castaneæ, Rhododendri etc., Blowing Rock, N. Carolina, Amer. bor.

GLŒOCALYX Massee in Kew. Bull. 1901, p. 155 (Etym. *gloios* viscosus et *calyx*). — Ascomata subgelatinosa, sessilia, cupulata, extus reticulata, glaberrima. Asci cylindracei, apice truncati, octospori. Sporidia continua hyalina, elliptica, monosticha. Paraphyses filiformes. — Est *Bulgariella* Sacc. hyalospora.

1. **Glœocalyx Bakeri** Massee l. c. — Ascomatibus sessilibus, cupulatis, subgelatinosis, glabris, sicco corneis, corrugatis, extus reticulato-venosis, utrinque atris vel disco pallidis, 1-2 cm. latis; ascis cy- 3640

lindraceis 320-330 × 17-18; sporidiis monostichis, cylindraceis, continuis, curvulis, 30 × 10, hyalinis.

Hab. in lignis emortuis, Tumbulgum, Queesland Australiæ (Baker).

OMBROPHILA Fr. — Syll. VIII p. 613, X p. 38, XI p. 425, XIV p. 801, XVI p. 766.

1. **Ombrophila fusca** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 52. — 3641
Ascomatibus sparsis, ramicolis, turbinato-discoideis, sessilibus, fuscis, ca. 0,3 mm. diam., disco levi, fusco, margine pallidiore; ascis clavatis, vertice rotundato-obtusis, octosporis 80-90 × 14-16; paraphysibus copiosis, obvallatis, filiformibus 2,5-3 μ. crassis, apice fusciduli; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, ellipsoideis, utrinque obtusis, bi-guttulatis, hyalinis, 13-17 × 7-9; hypothecio fusco.

Hab. in ramis, West Usambara Africæ orient. (Engler).

2. **Ombrophila nigrescens** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in 3642
Hedw. 1902, pag. 20. — Ascomatibus gelatinoso-carnosis, sicco corneis, breve cuneato-stipitatis, primo cupulatis marginatis, dein explanato-convexis emarginatis, 3-5 mm. diam., extus griseo-violaceis, disco undulato, violaceo-nigrescente; ascis clavatis apice rotundato-obtusis, basi attenuatis, 80-90 × 8-10, octosporis; paraphysibus filiformibus ca. 2-3 μ. cr., hyalinis; sporidiis oblongo-ellipsoideis, utrinque rotundato-obtusis, 10-12 × 4-5, eguttulatis.

Hab. in ligno putri, St. Catharina Brasiliæ austr.

3. **Ombrophila flavens** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 3643
1903, p. 76. — Ascomatibus gregariis vel cæspitosis, sessilibus v. substipitatis, albo-flavidis, 0,5-3 mm. lat., disco plano vel convexulo, dilute flavo, sicco concavo, undulato, subcorneo; ascis tereticlavatis 55-60 × 7-9, octosporis, filiformi-paraphysatis; sporidiis 1-2-stichis, oblongo-ellipsoideis, obtusis, rectis, continuis, hyalinis, eguttulatis, 8-10 × 3-4.

Hab. in ligno putri Salicis cinereæ, Luxemburg.

4 **Ombrophila Archangelicæ** Rostr. Fungi Groenl. orient. 1904, p. 119 3644
(Meddel. Groenl. XXX). — Ascomatibus gregariis, carnosis, siccis corneis, sessilibus, concavis, rufo-violaceis, extus subtiliter furfuraceis, margine paululum crenulato, 2-4 mm. lat; ascis cylindraceis, 110-120 × 8-9, parte sporifera 90-100 μ. longa; sporidiis monostichis, ellipsoideis, 13 × 7; paraphysibus filiformibus.

Hab. ad caules emortuos Archangelicæ officinalis, Kingorsuak Groenlandiæ.

5. **Ombrophila violacea** (Hedw.) Fr. — Syll. VIII, p. 613. — var. **rossica** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (115). — Ascomatibus gregariis, cæspitosis, sessilibus, turbinatis, lilacinis, ad basim attenuatis, ceraceo-gelatinosis, ca. 1,5-2 mm. diam., disco convexo vel plano, pallide lilacino, levi; ascis cylindraceo-clavatis, apice subobtusis, 8-sporis 50-60 × 3,5-4; paraphysibus filiformibus, apice vix incrassatis, hyalinis 1-1,5 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis utrinque obtusis, 2-guttulatis, hyalinis, 5-6 × 2,5-3. 3645

Hab. in ramis dejectis, Michailowskoje Rossiæ. — (Comitissa Scheremetjeff).

6. **Ombrophila subcerinea** Rehm in litt. *Ombrophila subspadicea* Rehm Ascom. n. 1368, non Karst. — Ascomatibus gregariis sessilibus, primitus globoso-clausis, dein disco urceolato, demum irregulariter explanato, marginato, excipulo glabro, sensim in stipitem crassum, 0,5-2 mm. long. producto, ad basim hyphis hyalinis obsesso, 0,5-5 mm. diam., albo-cerineis, gelatinosis; ascis clavatis, apice rotundatis, 80-90 × 8-10, 8-sporis, poro jodo cærulescente; sporidiis oblongis, utrinque obtusis, rectis vel subcurvatis, 1-cellularibus, hyalinis, 10-12 × 4-4,5 subdistichis; paraphysibus filiformibus 1,5 μ., versus apicem 2 μ. cr., hyalinis. 3646

Hab. ad ramulos Pinorum in locis inundatis, Fichtelberg, Erzgebirge Saxoniæ. — Differt ab *O. subspadicea* (Nyl.) Karst. ascomatibus majoribus, demum stipitatis, colore albo-cerineo, forma sporidiorum minorum.

7. **Ombrophila pellucida** Annie L. Smith, Journ. Linn. Soc. XXXV, pag. 14 (extr.). — Syll. XVI, pag. 1150 (nomen). — Ascomatibus gregariis, sessilibus, basi mycelio radiculiformi instructis, subplanis, circa 8 mm. latis, tenuibus, siccitate violaceis, rugosis, humidiate albidis, margine anguste brunneo-violaceo; excipulo ex hyphis teneris contexto, extra e cellulis elongatis brunneis composito; ascis octosporis, cylindraceis 55 × 5, deorsum attenuatis; sporidiis oblique monostichis, hyalinis, biguttulatis 5 × 2,5; paraphysibus tenuibus, rectis. 3647

Hab. ad ligna, Dominica Indiæ occid.

8. **Ombrophila blumenaviensis** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 20. — Ascomatibus gelatinosis, in sicco corneis, breve cuneato-stipitatis, cupulatis dein scutellatis emarginatis, undulato-crispis, griseis 2-5 mm. diam., disco subviolaceo-griseo; 3648

ascis cylindraceo-clavatis, obtusiusculis 30-40 × 4-5, octosporis; paraphysibus filiformibus flavidulis ca. 1-1,5 μ. crassis; sporidiis monostichis, ovoideis vel ellipsoideis, continuis 4,5-5,5 × 3,5-4,5 hyalino-subflavidulis.

Hab. in ligno putri, St. Catharina Brasiliæ austr.

9. **Ombrophila microsperma** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, pag. 19. — Ascomatibus gregariis, gelatinosis sicco corneis, cuneato-stipitatis, primo clavatis clausis, dein cupulato-explanatis, marginatis, pallide flavis ca. 600-700 μ. altis, 400-500 μ. latis; ascis clavatis apice rotundato-obtusis, octosporis, 20-25 × 3; paraphysibus filiformibus 0,5 μ. crassis; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, oblongis, hyalinis, 2-3 × 1-1,5, plerumque immaturis visis. 3649

Hab. in corticibus, St. Catharina Brasiliæ austr.

10. **Ombrophila longicauda** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 20. — Ascomatibus gelatinosis, sparsis v. fasciculatis longe stipitatis, primo clausis dein cupulatis, explanatis, extus levibus pallide violaceo-griseis, disco concavo concolori, 2-3 mm. diam.; pedicello tereti, pallido, levi, glabro 2-5 mm. longo, 0,5-0,9 mm. cr.; ascis clavatis apice obtusiusculis v. subacutiusculis, octosporis, 60-70 × 6-8; paraphysibus filiformibus 2-3 μ. cr. hyalinis; sporidiis subovoideis v. subfusoideo-ellipsoideis, bi-guttulatis hyalinis (dimensiones desiderantur). 3650

Hab. in corticibus putridis, St. Catharina Brasiliæ austr. — Proxima *Ombr. clavo.*

11. **Ombrophila graminicola** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb.-Nachtr. III, 1903, p. 76. — Ascomatibus sparsis, ceraceo-gelatinosis, sessilibus, primo trochiformibus, dein expanso-scutellatis, 1-4 mm. diam., disco pallide rubescente, margine tenui flavo-rufescente, extus striato præditis, extus pallidis, pruinosis; stipite cylindraceo 1-1,2 mm. alt., 500-700 μ. crasso, pallido, basi rufidulo; ascis tereti-clavatis, stipitatis, 130-150 × 10-12 octosporis; sporidiis 1- v. sub 2-stichis, oblongis utrinque rotundatis, rectis curvulisve, continuis, hyalinis, 2-pluri-guttulatis, 12-16 × 5-6; paraphysibus filiformi-clavulatis, rubescentibus, apice 4-5 μ. cr. 3651

Hab. in culmis putridis Festucæ ovinæ, Luxemburg.

BULGARIOPSIS P. Henn. Fungi blumenavienses II in Hedw. 1902, pag. 21 (Etym. a *Bulgaria*, cui affinis). — Ascomata gelatinosa, primo clausa, clavata, stipitata v. sessilia, dein disciformia, intus

glutinosa, subelastica. Asci clavati, paraphysati, octospori. Sporidia bacillaria, continua, hyalina. Genus inter *Ombrophilam, Bulgariam Cordieritemque* fere medium.

1. **Bulgariopsis viridi-flava** P. Henn. l. c. — Ascomatibus gelatinosis, 3652
cæspitose erumpentibus, sessilibus, extus levibus, ex viridi flavis pruinosis, primo clausis dein applanato-discoideis; disco levi undulato, subconvexo, brunneolo, dein nigricanti ca. 1 cm. diam.; ascis clavatis, apice obtusis, basi pedicellatis, octosporis ca. 35-45 × 4-5; paraphysibus filiformibus, septulatis 1,5-2 μ. cr.; sporidiis bacillaribus, curvulis, utrinque obtusiusculis, 5-7 × 1-1,5, hyalinis.

Hab. in ramis, St. Catharina Brasiliæ austr.

2. **Bulgariopsis scutellata** P. Henn. l. c. — Ascomatibus gelatinosis, in 3653
sicco corneo-fragilibus, sessilibus, cupulatis, subplicatis, extus pruinosis alutaceo-nigrescentibus, disco levi, glabro, emarginato, discoideo-convexo, fuscidulo 5-7 mm. diam.; ascis clavatis obtusis, octosporis, 22-28 × 3,5; paraphysibus filiformibus apice fuscidulis ca. 0,6-0,8 μ. cr.; sporidiis oblique monostichis v. distichis, fusoideis, utrinque subacutiusculis, 1-2 guttulatis, continuis, 4-6 × 0,7-0,9 hyalinis.

Hab. in truncis putridis, S. Catharina Brasiliæ austr.

3. **Bulgariopsis Mœlleriana** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in 3654
Hedw. 1902, p. 21. — Ascomatibus gelatinosis, fasciculato-erumpentibus, primo subturbinatis, clausis, sessilibus, dein subcupulatis, extus alutaceo-brunneis, levibus, venosis plus minusve stipitatis, disco applanato, emarginato, levi, opaco brunneo-nigricante 1-1,5 cm. diam.; stipite plicato, brunneo, usque ad 1 cm. longo; ascis clavatis, apice obtusiusculis, basi attenuato-stipitatis, octosporis, 35-45 × 3,5-4; paraphysibus filiformibus obvallatis ca. 1 μ. cr., fuscidulis; sporidiis distichis v. oblique monostichis, bacillaribus, rectis v. curvulis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, 4,5-6 × 1-1,5.

Hab. in truncis, Santa Catharina Brasiliæ austr.

STAMNARIA Fuck. — Syll. VIII p. 620, XVI p. 767.

1. **Stamnaria americana** Massee et Morg. Journ. of Mycol. 1902, 3655
p. 183, *Stamn.* . . . . . Bubak l. c. 1903, pag. 1. — Ascomatibus in greges seriesve minutas digestis, vulgo immersis, dein erumpentibus, clausis globulosis, dein apertis, cupulatis breve crasseque stipitatis 0,2-0,7 mm. diam., aurantiacis, nitidis, humidis ceraceo-mollibus, siccis subcorneis; ascis elongato-clavatis, deorsum sensim valde attenuatis, apice obtuse acutatis, 120-250 × 15-18, octosporis;

sporidiis oblongis inæquilateris vel curvulis, 22-33 × 4,5-6,5, superne distichis, infra monostichis; paraphysibus ascos æquantibus vel paullo superantibus, 1-1,5 μ. cr, apice 2,5-4 μ. cr.

Hab. in caule Equiseti robusti pr. Logan Ohio Amer bor. (KELLERMAN). — A *St. Equiseti* forma et magnitudine ascorum et sporidiorum satis diversa.

ORBILIA Fr. — Syll. VIII p. 621, X p. 40, XI p. 426, XIV p. 802, XVI p. 767.

1. **Orbilia macrospora** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 220, Ic. fung. Jav. tab. 57, f. 4. — **Sparsa**, sessilis, glabra, disciformis, matrici adpressa, rubra, subdiaphana 0,5-0,7 mm. d., ambitu in sicco leviter elevata et subundulata; contextu laxe celluloso (basi ascomatis); ascis cylindraceis, brevissime crasse stipitatis 112-130 × 8-8,5, apice obtuse tenuatis, octosporis; paraphysibus bacillaribus, æqualibus, obsolete guttulatis, hyalinis; sporidiis oblique monostichis, majusculis, utrinque tenuatis, sæpe curvulis 28-30 × 4 hyalinis, farctis. 3656

Hab. ad ligna putrida, Tjibodas, in insula Java. — Margo ascomatis subnullus. Color et natura ascomatis *Orbiliæ* at fructificatio majuscula aliena.

2. **Orbilia juruensis** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 270 (Hedw. 1904). — Ascomatibus ceraceo-carnosis, subcupulato-discoideis, centro umbilicatis, margine crispulis, incarnato-coccineis, 2-3 mm. diam.; ascis clavatis, obtusis, 8-sporis, 25-30 × 3-3 $^1/_2$; paraphysibus filiformibus apice globuloso-capitatis, oleoso-guttulatis, carneis 2 $^1/_2$-3 $^1/_2$ μ. crassis; sporidiis subdistichis, acicularibus, acutiusculis, hyalinis, 6-10 × 0,7-0,8. 3657

Hab. in trunco putri, Bom Fim, Rio Juruá, in Amazonia. — *O. vinosæ* (Alb. et Schw.) affinis.

3. **Orbilia flavida** Feltg. Vorst. Pilzfl. Lux. Nachtr. III, 1903, p. 43. — Ascomatibus sparsis, subcutaneo-erumpentibus, scutellatis, subimmarginatis, dilute flavis, carnoso-gelatinosis, siccis subcorneis, 300-400 μ. diam.; ascis tereti-clavatis, longiuscule stipitatis, 55-62 × 7-8, octosporis; sporidiis 1-2-stichis, ellipsoideis v. ovoideis, rectis curvulisve, utrinque 1-guttatis, 4-8 × 2,5-3; paraphysibus furcatis, apice clavulatis vel capitatis, hyalinis. 3658

Hab. in caulibus mortuis Libanotidis montanæ, Luxemb.

4. **Orbilia drepanispora** Lindau in Verhandl. Bot. Ver. Brandenb. 1903, p. 153. — Ascomatibus sparsis v. gregariis, udis subgelati- 3659

nosis, plano-disciformibus circ. 1 mm. diam., margine leniter inflexis, siccis scutellatis, albidis vel flavido-rubris, fere pellucidis, excipulo prosoplectenchymatico; ascis tereti-clavatis, apice rotundatis, 30-35 × 4-5, octosporis; sporidiis falciformibus, utrinque acutis, 7-12 × 1-1,5, hyalinis; paraphysibus vulgo indivisis, pluricellularibus, 2 μ. cr. apice cellulam globulosam 3,5 μ. diam., hyalinam, flavidam v. rubellam gerentibus, sed epithecium non formantibus.

Hab. in ligno nudo v. caudicibus pineis, Harz Germaniæ.

5. **Orbilia neglecta** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 219, Ic. fung. Jav. t. 57, fig. 2. — Laxe v. dense gregaria, disciformis, sessilis, matrici omnino adpressa, tenuissima 0,5-0,7 mm. diam., glabra, sed fibrillis tenuissimis albidis basi cincta, fere immarginata flavo-mellea, diaphana; ascis tereti-clavatis, apice rotundatis 27-30 × 4,4-5, subsessilibus, octosporis; paraphysibus bacillaribus, apice globoso-inflatis, hyalinis; sporidiis subdistichis, cylindraceis, sæpe clavulatis, plerumque curvulis 6-7 × 0,7 (maturis?), hyalinis.

Hab. in foliis et caulibus Elettariæ, Tjibodas, in insula Java. — Videtur affinis *Orb. luteo-rubellæ* (Nyl.) Karst., sed asci et sporidia minora.

6. **Orbilia loci-simiarum** P. Henn. Fungi blumenaviens. II, in Hedw. 1902, p. 19. — Ascomatibus gelatinoso-membranaceis vel subceraceis, pellucidis, sessilibus, pallide violaceis primo cupulatis marginatis, dein discoideis, margine reflexis, undulatis plicatis, crispis 3-13 mm. latis.; ascis cylindraceo-clavatis, apice obtusis octosporis 40-50 × 5-7; paraphysibus filiformibus, hyalinis 1 μ. crassis; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, ellipsoideis vel ovoideis, obtusis, 1-2 guttulatis, 4-5 × 3,5.

Hab. in locis simiarum, in Palmis putridis, St. Catharina Brasiliæ austr.

7. **Orbilia sinuosa** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 219, Ic. fung. Jav. tab. 57, f. 3. — Gregaria, glabra, applanata, sessilis, matrici pro majore parte adpressa, tenuissima, cremea, diaphana, suborbicularis, margine parum elevato, undulato-sinuoso; ascis teretiusculis, subsessilibus, apice obtusulis, 28-35 × 4-5 (maturis?); paraphysibus bacillaribus, apice ovoideo-inflatulis; sporidiis cylindraceis, curvulis, hyalinis 4-6 × 1 (maturis?).

Hab. ad ligna putrescentia, Tjampea et in horto bot. Bogoriensi, in insula Java. — Ascomata magnitudine varia a 0,5 ad 3 mm. lata, numquam tamen perfecte matura, ergo species dubia.

8. **Orbilia fusco-pallida** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (85). — Asco- 3663
matibus petiolicolis, sparsis, sessilibus, gelatinosis, sicco subcorneis, subhemisphærico-depressis, dein discoideis, brunneolis, levibus, ca. 0,5–1 mm.; disco plano, pallido, marginato; ascis subfusoideis, apice subacutis 30-38 × 2-2,5, octosporis; paraphysibus filiformibus, hyalinis, vix incrassatis; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, fusoideis, utrinque acutis, hyalinis, continuis, 3-4-guttulatis, 4-5 × 0,5.

Hab. in petiolis foliorum Lauraceæ cujusdam, Eumundi, S. Queesland Australiæ (Pritzel).

9. **Orbilia griseo-carnea** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 3664
1902, p. 19. — Ascomatibus gelatinoso-submembranaceis, sessilibus, primo clausis, dein cupulato-explanatis, undulatis, carneis, 3-6 mm. diam., extus levibus, glabris; disco concavo, cinereo subincarnato; ascis clavatis apice obtusis, octosporis, 35-40 × 4-5; paraphysibus filiformibus, fuscidulis ca. 1 μ. cr.; sporidiis late ellipsoideis vel ovoideis, hyalinis, 1-2-guttulatis, continuis 4-5 × 3,5.

Hab. in truncis putridis, St. Catharina Brasiliæ austr.

II *Orbiliopsis* Sacc. Species parasiticæ.

10. **Orbilia coleosporioides** Sacc. sp. n. — Parasitica, tota amœne 3665
rubro-aurantiaca; ascomatibus hypophyllis, in soros parvos 3-5 congregatis v. solitariis, disciformibus, convexulis, immarginatis, sessilibus, basi contracta affixis, udis tremellosis, 250-500 μ. latis; excipulo subnullo; hypothecio ex cellulis globoso-sinuosis, minutis, 4-5 μ. diam. formato; ascis totam superficiem convexam occupantibus, parallele stipatis, clavatis, apice rotundatis, deorsum sensim tenuatis, octosporis, 50-60 × 7; paraphysibus bacillaribus, simplicibus v. furcatis ascos vix superantibus; sporidiis oblique monostichis v. distichis tereti-oblongis, utrinque subrotundatis 9-11 × 3-4, levibus, intus granulosis, hyalinis.

Hab. in foliis vivis Didymææ mexicanæ, Ameca meca Mexico (legit E. W. D. Holway, comm. H. Sydow). — Habitus fere *Coleosporii* cujusdam. Characteres *Orbiliæ* sed omnino parasitica, qua nota una cum *O. gelatinosa*, *O. occulta* et sequente æque parasiticis subgenus proprium *Orbiliopsis* conflare potest.

11. **Orbilia Myristicæ** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, 3666
p. 144. — Ascomatibus subcarnoso-gelatinosis, sparsis v. gregariis sessilibus, primo subgloboso-clausis, dein cupulatis, marginatis,

demum discoideis, emarginatis, sulphureis 1,5-2 mm. diam., levibus; ascis sublanceolatis, fusoideis, apice subacutiusculis, basi attenuato-stipitatis, octosporis 40-60 × 3-4; paraphysibus filiformibus ca. 1,5-2 μ. cr., hyalinis; sporidiis oblique monostichis, fusoideis, utrinque acutis, continuis 7-10 × 1-1,5 hyalinis.

Hab. in foliis viventibus Myristicæ fragrantis, Buitenzorg Javæ.

AGYRIUM Fr. — Syll. VIII p. 684, X p. 40, XVI p. 768.

1. **Agyrium flavescens** Rehm, in Hedw. 1903, p. (173). — Ascomatibus gregariis, sessilibus, orbicularibus, convexulis, excipulo carentibus 0,3-2 mm. diam., succineo-flavidulis, ceraceis; ascis clavatis, apice rotundatis, infra sensim angustatis, 50-60 × 8-9, octosporis; sporidiis oblongis, rectis, utrinque rotundatis, 1-cellularibus, guttulis oleosis 2-præditis, hyalinis, 10-12 × 3,5-4, distichis; paraphysibus filiformibus, septatis 4-5 μ., apice rotundatis 8 μ. crassis, hyalinis aut dilute flavidulis; hypothecio pseudoparenchymatico, hyalino, cellulis 10-15 μ. diam. 366

Hab. in pag. super. thalli vivi Peltigeræ caninæ prope Monachium Germaniæ (Schnabl).

2. **Agyrium cephalodioides** Nyl. Flora 1866, Hue Add. Nyl. p. 245. — Ascomatibus obscure rufis, cephalodioideis, intus concoloribus; ascis piriformibus; paraphysibus nullis discretis; sporidiis ellipsoideis v. subglobosis, 9-10 × 6-8. 366

Hab. in thallo Parmeliæ physodis in Islandia. — Pycnidia verrucarioidea, ostiolo fusco-rufo, intus concoloria; sporulæ cylindraceæ, rectæ, 8-10 × 1,5.

Sect. 2. **Phæosporæ.**

BULGARIA Fr. — Syll. VIII p. 636, X p. 41, XIV p. 804, XVI p. 770.

1. **Bulgaria Mœlleriana** P. Henn. Hedw. XLI, p. 21. — Ascomatibus gelatinosis, hemisphærico-cupulatis, sessilibus, primo clausis subglobosis dein explanatis, extus atris, castaneo-tomentosis, pilis 2-4 mm. longis, 6-9 μ. cr., simplicibus vestitis, margine tomentoso lobatis, disco concavo, levi, flavido-ochraceo, ca. 1,5-2 cm. d.; ascis longe clavatis vertice rotundato-obtusis, basi valde attenuatis, stipitatis, octosporis 300-400 × 21-26; paraphysibus filiformibus pluri-guttu- 366

latis v. septulatis ca. 3-3,5 μ. cr., apice haud incrassatis, flavidulis; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, longe ellipsoideis v. subfusoideis, utrinque obtusiusculis, intus granulatis fuscidulis, dein pluriguttulatis flavido-fuscis, varia magnitudine usque ad 35-45 × 18-22, tunicatis.

Hab. in ramulis, St. Catharina Brasiliæ austr.

2. **Bulgaria Urnula** P. Henn. in Engl. Bot. Jarhb. 1901, pag. 30, Sacc. — Syll. XVI, p. 1150 (nomen). — Ascomatibus subglobosis, depressis, urnuliformibus dein applanatis, gelatinosis 2-5 cm. diametro, extus atro-brunneis, pilis atro-fuscis, septatis, cirratis 4-6 μ. cr., vestitis, margine ciliatis, pilis setiformibus, septatis, brunneis, usque ad 2 mm. longis, 6-9 μ. cr.; disco primo concavo dein patelliformi subplano, rufo-cinnabarino; ascis clavatis 220-250 μ. longis, p. spor. 150-180 × 18-20, vertice obtuse applanatis v. umbilicatis, basi stipitiformi-attenuatis, curvulis; paraphysibus filiformibus, fuscidulis, guttulatis; sporidiis octosporis, oblique monostichis, ellipsoideis vel fusoideis, obtusiusculis, interdum bi-guttulatis, 25-32 × 18-20, episporio fuscidulo. 3670

Hab. ad ligna, Kamerun Africæ orient.

3. **Bulgaria geralensis** P. Henn. Hedw. XLIII, 1904, p. 92. — Ascomatibus sessilibus v. brevissime stipitatis, subgelatinosis, in sicco subcorneis, primo subturbinatis, dein cupulatis usque ad 6 cm. diam., extus subferrugineo-tomentosis, pilis septatis varie longis 3-4 μ. crassis; disco concavo, sicco, rimoso, atro; ascis cylindraceo-clavatis, apice rotundatis vel subapplanatis ca. 200 μ. longis, p. spor. ca. 150 × 17-20; paraphysibus filiformibus ca. 2 μ. apice clavatis 3 μ. crassis, fuscidulis, pluriguttulatis, ascos superantibus; sporidiis oblonge ellipsoideis, utrinque rotundatis, eguttulatis, primo hyalinis, episporio fuscidulis, 20-30 × 10-15. 3671

Hab. in ligno putri, Serra Geral, St. Catharina Brasiliæ (E. Ule).

4. **Bulgaria turbinata** Massee in Kew Bull. 1901, p. 166. — Ascomatibus turbinatis, atris, extus granulatis, glabris, 2-4 mm. latis; contextu subparenchymatico; ascis clavatis, octosporis, apice jodo haud tinctis, 120 × 18-20; paraphysibus filiformibus; sporidiis ellipticis, utrinque obtusissimis, glabris, olivaceo-brunneis, 17-20 × 10-12. 3672

Hab. in ligno putri, in horto botanico Aburi, Gold Coast Africæ occident. — Dense stipata, poro mutua pressione angulosa.

5. **Bulgaria cyathiformis** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (85). — Asco- 3673

matibus gelatinosis, cæspitosis, stipitatis, primo subturbinatis, clausis, dein cupulatis, marginatis, 5–14 mm. diam., extus fusco-atris, tomentosis, filis usque ad 250 μ. longis, 3-4 μ. cr., ferruginosis, stipite usque ad 5 mm. longo, circa 3 mm. crasso, subcylindraceo-compresso, concolori, disco concavo, atro-cinnamomeo, margine involuto, hypothecio pallide fusco, gelatinoso, usque ad 2 mm. cr.; ascis cylindraceo-clavatis, apice applanatis, 8-sporis 270-300 μ. longis, p. sporif. 60-90 × 13-18; paraphysibus copiosis, obvallatis, filiformibus, pluriguttulatis, fuscis 3-4 μ. cr., apice vix incrassatis; sporidiis oblique monostichis, ellipsoideis, utrinque obtusis, 1-grosse-guttulatis, 10-14 × 6–9, hyalinis, episporio subfusculo levi.

Hab. in ramis emortuis, Eumundi, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

BULGARIELLA Karst. — Syll. VIII p. 638.

1. **Bulgariella foliacea** Starb. in Arkiv for. botan. 1904, Band 2, 3674
p. 7, fig. 14–15. — Ascomatibus gregariis, liberis vel plerumque confluentibus, cæspitosis, undulatim et hepatice lobatis, sed margine acuto integro, sessilibus, scutellatis, in sicco tenuissimis, applanato-patellaribus, varie contractis, humectatis margine reflexo, convexis, crassioribus, textura hypothecii cartilagineo-coriaceis v. fere cartilagineo-gelatinosis, laxissime intricatis, subtus rugoso-plicatulis, villosulis, olivaceis v. olivaceo-nigerrimis 0,5–2 cm. diam.; ascis clavatis, octosporis, pedicellatis, sursum acutiuscule rotundatis, 50-65 × 5-6,5; sporidiis conglobatis vel distichis vel in inferiore parte asci monostichis, allantoideis vel cylindraceo-bacillariformibus, utrinque obtuse rotundatis, hyalinis vel lenissime olivascentibus, 5-7,5 × 2-3; paraphysibus robuste filiformibus, rugosis, apice versus sensim crassioribus.

Hab. ad truncum dejectum in silva Buriti, Matto Grosso Brasiliæ. — Bene ad habitum cum *B. nigrita* Fr., sec. specimina originalia Herb. El. Fries congruit, manifeste tamen specifice differt.

Sect. 3. Didymosporæ.

SOROKINA Sacc. — Syll. X p. 42, XVI p. 771.

1. **Sorokina insignis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, Icon. fung. 3675
Jav. tab. 56, f. 4. — Gregaria, obconico-infundibuliformis, breve

crasseque stipitata, gelatinoso-carnosa, glabra, majuscula, 1-1,5 cm. lata, obscure glauco-viridis, dein atra, subtus ex rubello grisea, sæpius gyroso-sulcata, disco concaviusculo, margine recto; ascomatis contextu ex hyphis brunneis composito; ascis tereti-clavatis, breve stipitatis, apice obtusis, 55-58 × 10-11, copiose filiformi-paraphysatis, octosporis; sporidiis distichis, breviter fusoideis, utrinque obtusulis, 1-septatis, non constrictis, 10-10,5 × 3,5, atro-brunneis.

Hab. ad ligna putrida Tjibodas, in insula Java. — Cum *S. logoriensi* Henn. et Nym. sat convenit ascis sporidiisque, ad ascoma omnino diversum.

CALLORIA Fr. — Syll. VIII p. 639, XI p. 427, XIV p. 805, XVI p. 772.

1. **Calloria austriaca** v. Höhnel in Ann. Mycologici 1903, I, p. 396. 3676
— Ascomatibus gregariis, sessilibus, basi coarctatis, primo subglobosis, dein cupulatim explanatis, lentiformibus, emarginatis, unicoloribus, in statu sicco pallide ochraceis, in statu udo pallescentibus, 500-700 μ. latis; hypothecio crasso, pallido, distincte parenchymatico, marginem versus prosenchymatico; ascis cylindraceo-clavatis, 65-75 × 10; paraphysibus filiformibus, supra non incrassatis, 1-1 $^1/_2$ μ. crassis, poro jodi ope dilute cærulescente; sporidiis octonis, oblique monostichis vel subdistichis, oblongis, cylindraceis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, demum sæpe uniseptatis, 10 × 2 $^1/_2$-3 $^1/_2$.

Hab. in ligno putrido Betulæ, in silvis prope Rekawinkel, Wienerwald Austriæ inferioris.

2. **Calloria citrina** Annie L. Smith, Journ. Linn. Soc. XXXV, p. 15 3677
(extr.). — Syll. XVI p. 1150 (nomen). — Ascomatibus breviter stipitatis v. sessilibus, circa 4 mm. latis, varie coloratis v. citrinis v. fuscis, extus cellulis amplis angulatis, demum vetustate fuscescentibus vestitis; ascis cylindraceis 50 × 6; sporidiis oblique monostichis, ellipticis, demum 1-septatis, hyalinis; paraphysibus filiformibus (dimensiones desiderantur).

Hab. ad ligna, in ins. Dominica Indiæ occid.

Sect. 4. Phragmosporæ.

CORYNE Tull. — Syll. VIII p. 641, X p. 43, XI p. 427, XVI p. 773.

1. **Coryne javanica** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 219, Ic. 3678

fung. Jav. 57, f. 1. — Gregaria, obconica, brevissime stipitata, dein explanato-convexa, margine subtus inflexo, carnoso-gelatinosa, aterrima glabra, matura usque 2 cm. lata; ascomatis contextu filamentoso-intricato; ascis tereti-clavatis, longe angusteque stipitatis, apice rotundatis, octosporis, 140 × 6-7; paraphysibus filiformibus, obsolete guttulatis, hyalinis; sporidiis oblique monostichis, fusoideis, rectis, utrinque acutis, 19-21 × 3,5-4, diu continuis, tandem 3-septatis, haud constrictis, hyalinis, demum dilutissime brunneolis.

Hab. in cortice putri truncorum, Tjibodas, in insula Java. — Substrato ascorum adsunt copiosa crystalla majuscula calcis oxalicæ.

2. **Coryne aquatica** Mass. et Crossl. in the Natur. 1904, pag. 6. — 3679
Gregaria, carnoso-gelatinosa, obconica vel substipitata, plano-convexa, pallide lilacina 4-10 mm. diam.; ascis cylindraceis ad basim subattenuatis, octosporis 57-60 × 6; sporidiis monostichis, hyalinis, biguttulatis, ellipsoideo-oblongis, dein 2-3-septatis, 5-5,5 × 3,5; paraphysibus gracilibus.

Hab. in aquitrinosis inter muscos, Egton Bridge Britanniæ (G. Massee).

3. **Coryne turficola** Boud. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 71, pl. III, 3680
f. 4. — Media aut major, stipitata, 2-4 cm. alt., cæspitosa, gelatinosa, vinosa, disco plano subundulato, cinereo-olivascente; ascomate glaberrimo, roseo-vinoso, intus concolore, in stipitem elongatum, sæpe sulcatum, basi tenuatum producto; ascis cylindrico-clavatis, inoperculatis, octosporis, 150-160 × 10-14; paraphysibus simplicibus v. parum divisis, 2,5-3 μ. cr., hyalinis, sursum minute olivaceo-guttulatis; sporidiis oblongo-fusoideis, 18-22 × 5-6, hyalinis, intus 1-guttulatis granulosisque.

Hab. in foliis inter Sphagna in Jura Galliæ (Hetier). — Affinis *C. sarcoidi,* sed disco aliter colorato, statura majore imprimis dignoscitur.

Sect. 5. **Dictyosporæ.**

DICTYONIA H. Syd. Ann. Mycol. II p. 549 (Etym. *dictyon* rete ob sporidia reticulato-clathrata) *Rehmiomyces* P. Henn. Fungi Amaz. II p. 270 (Hedw. 1904) nec Sacc. et Syd. — Syll. XVI p. 489 (1902). — Ascomata erumpenti-superficialia, subtremellosa, in sicco cornea, atra, primo subgloboso-clausa, dein cupulata convexo-ex-

planata. Asci clavati, octospori, paraphysati. Sporidia ovoidea, primo medio 1-septata dein pluriseptata muralia, hyalina. — Præter naturam tremellosam, ad gen. *Tryblidariam* nutat.

1. **Dictyonia Pouroumæ** P. Henn. l. c. cum icone. — Maculis rotun- 3681
datis, fuscis; ascomatibus sparsis, erumpenti-superficialibus subgelatinosis sicco corneis, primo clausis dein cupulatis, discoideo-subconvexis, margine undulatis, atris, levibus, disco plano, ca. 1–1 $^1/_2$ mm. diam.; ascis clavatis substipitatis, crasse tunicatis, rotundatis, 4-8-sporis, 45-70 × 12-20, paraphysibus copiosis obvallatis, epithecio olivaceo conglutinatis; sporidiis conglobatis vel subdistichis ovoideis, primo medio 1-septatis constrictis, dein pluriseptatis, muriformibus, hyalinis, cellulis sub-quadrangulis, 13–18 × 5-7.

Hab. in foliis Pouroumæ, Rio Juruá in Amazonia Amer. merid.

Sect. 6. Scolecosporæ.

OPHIOGLŒA Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, p. 86 (Etym. *ophis* anguis et *gloia* gluten). — Ascomata superficialia, sessilia, gelatinosa, olliformia, extus atro-excipulata, hymenio læticolore; epithecium nullum; hypothecium pleectenchymaticum, ad basim præcipue crassum, atro-avellaneum. Asci octospori, lineares, perlongi; paraphyses simplices, longe clavulatæ, fere hyalinæ. — Ab *Holwaya* differt forma cupulæ excipuloque, ab *Agyriopside* excipulo, a *Bactrospora, Lahmia* et *Mycobacidia* contextu epitheciove, a *Gorgonicipite* excipulo parenchymatico.

1. **Ophiogloea linospora** Clem. l. c. p. 87. — Ascomatibus superficia- 3682
libus, sessilibus, gelatinosis, olliformibus, subgregariis, hymenio convexo, griseo, 500-800 μ. alt., excipulo atro-avellaneo, parenchymatico, ad basim 125–150 μ. cr., intus cellulis pallidis, oblongo-polygonatis, 20-25 μ. diam., extus cellulis globosis, nigris, 8-10 μ., pilis septatis concoloribus 50-100 × 5 præditis, 0,5-1,5 mm. lat.; ascis 8-sporis, anguste linearibus, infra valde attenuatis, jodo non tinctis 330-350 × 5-6; hypothecio hyalino, jodo pulcre cærulescente, 80 μ. cr.; sporidiis parallele congestis, filiformibus, hyalinis, deinde septulatis, maturitate expulsis varie curvatis et ad hymenium dense intertextis, 300-325 × 1-2 nomen: propter sporas perlineares.

Hab. ad lignum decorticatum putridumque Aceris glabri, Fir Glen, Minnehaha, Amer. bor.

Fam. 7. Stictidaceæ Fr.

Sect. 1. Hyalosporæ.

OCELLARIA Tul. — Syll. VIII p. 654, X p. 45, XIV p. 807.

1. **Ocellaria charticola** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, p. 84. — Ascomatibus gregariis innato-erumpentibus, subrotundis, extus flavis, carnoso-ceraceis 0,5 mm. diam., margine rufoflavido, sicco brunneo tenui-marginato; ascis tereti-clavatis, longiuscule stipitatis, 145-156 × 18-21, octosporis; sporidiis 1-vel subdistichis, ellipsoideis, sæpe inæquilateris, 13-17,5 × 8-13, hyalinis, intus granulosis; paraphysibus filiformibus, furcatis, septulatis, ascos valde superantibus, 270-280 × 5-8, brunneolis. 3683

Hab. in charta dejecta putrida, Luxemburg.

2. **Ocellaria Vanillæ** P. Henn. Notizbl. K. bot. Gart. u. Museums zu Berlin n. 3, 1895, p. 88. — Maculis epiphyllis, irregularibus, fuscidulis; ascomatibus epiphyllis semiimmersis, gregariis, subcupulatis, subatris, pallide crassoque marginatis; ascis clavato-cylindraceis, 8-sporis, 45-60 × 9-10; sporidiis oblongis, subcurvulis, hyalinis, continuis, utrinque rotundatis, 2-guttulatis, 13-14 × 4½-5½. 3684

Hab. in foliis Vanillæ aromaticæ pr. Colima Mexico.

NÆVIA Fr. — Syll. VIII p. 658, X p. 45, XI p. 428, XIV p. 807, XVI p. 776.

1. **Nævia lutescens** Rehm, Hedw. 1903, p. (290), *Briardia lutescens* Rehm in Krieg. F. saxon. n. 1238. — Ascomatibus gregariis, primitus immersis, globoso-clausis, dein per epidermidem longitudinaliter fissam prorumpentibus, orbicularibus vel ellipticis, discum planum subcarneum, in sicco rubescentem, tenerrime marginatum aperientibus 0,2-0,5 mm. lat., membranaceis, excipulo glabro, parenchymatice contexto, dilute fuscidulo; ascis clavatis, apice rotundatis, 48-50 × 6-8, octosporis; sporidiis oblongis vel clavatis, obtusis, rectis, 1-cellularibus, utrinque guttula oleosa instructis, hyalinis 9-12 × 2,5, distichis; paraphysibus filiformibus, apice subhamatis 2 μ. crassis, hyalinis. 3685

Hab. in caulibus siccis Galeobdolonis lutei prope Königstein Saxoniæ (Krieger).

2 **Nævia Rehmii** Jaap, Verz. zu Fung. sel. exsicc. 1-100, Berl. 1905, 3686

p. 83 (Abhandl. Bot. Ver. Brand. XLVII). — Ascomatibus vulgo gregariis innatis, dein epidermidem elevantibus, erumpentibus, discumque plano-scutellatum marginatum flavo-rubescentem ostendentibus, 0,3-0,4 mm. diam., extus brunneis, siccis obscurioribus, collabascentibus; ascis fusoideo-clavatis v. subcylindricis, sursum tenuato-obtusulis, 70-80 × 12, octosporis; paraphysibus filiformibus, sursum 2,5 μ. cr., hyalinis; sporidiis oblongo-clavatis, continuis apice rotundatis, 12-17 × 3,5-4,5, hyalinis, 2-guttatis, distichis.

Hab. in calamis vetustis Junci ancipitis v. atricapilli prope Lakolk in insula frisica Röm Germaniæ. — Guttulæ sporidiorum subinde confluunt. Porus ascorum jodo violascit.

Sect. 2. Didymosporæ.

DIPLONÆVIA Rehm — Syll. VIII p. 666, XI p. 428, XIV p. 808.

1. **Diplonævia ebulicola** (v. Höhn.) Sacc. et D. Sacc. *Phragmonævia* (Næviella) *ebulicola* v. Höhnel Fragmente zur Mycol. 1903, p. 15. — Ascomatibus laxe gregariis, primo sphæroideis, clausis, dein per epidermidem elevatam irregulariter vel stellatim erumpentibus, initio hyalinis vel pallide roseis, dein griseo-brunneis, disco albo vel pallide roseo, vix matricis superficiem superantibus, 56-120 μ. (plerumque 100 μ.) longis, e cellulis minutis, parenchymaticis formatis; hypothecio paulo evoluto; ascis clavatis, 33-53 × 7, jodo non cærulescentibus; sporidiis rectis, supra irregulariter oblique distichis, infra monostichis, hyalinis, uniseptatis, ellipsoideo-fusiformibus, utrinque obtusis, 12-14 × 2,5-3; paraphysibus filiformibus, supra vix incrassatis, denique mucilaginosis. 3687

Hab. in surculis Sambuci Ebuli in silvis subalpinis ditionis « Türkenloch » dictæ, prope Pernitz Austriæ inferioris.

2. **Diplonævia paradoxa** (Rehm) Sacc. — Syll. VIII, p. 666. — var. **Volkartiana** Rehm, Asc. n. 1533, Hedw. 1904, p. (31) sub *Phragmonævia*. — Ascomatibus demum 500 μ. lat., denique sessilibus; ascis 35-40 × 10; sporidiis 7-8 × 4-4,5. 3688

Hab. in foliis Caricis curvulæ, Lajets ad Piz Tela, Graubünden Helvetiæ (Doct. Volkart).

Sect. 3. **Phragmosporæ.**

PHRAGMONÆVIA Rehm — Syll. VIII p. 674, XIV p. 809, XVI p. 779.

1. **Phragmonævia Lauri** Pat. Champ. Alg. Tunis., in Bul. Soc. Myc. de France T. XVIII, 1902, p. 51. — Maculis amphigenis, sparsis v. confluentibus, orbicularibus, in sicco rufulis v. albidis, 4–8 mm. latis, linea tenui brunnea marginatis; ascomatibus epiphyllis gregariis v. confertis, in centro macularum subepidermicis dein liberis 350 μ. diam., orbicularibus, lentiformibus, planis vel fere depressulis, margine integro, incoloribus v. pallide rufis v. griseo-hyalinis; ascis cylindraceis, apice rotundatis, basi attenuatis, 120 × 20, octosporis; paraphysibus hyalinis, linearibus, superne ramosis; sporidiis ovoideo-fusiformibus, 18–20 × 5-6, triseptatis, hyalinis. 3689

   Hab. in foliis vivis Lauri nobilis, Tunisia. — Forma pycnidica adest affinis mixtaque formæ ascophoræ; basidiis erectis, cylindraceis, simplicibus, 40-50 × 4–5; conidiis cylindraceis v. curvulis utrinque acutis, simplicibus, 25-28 × 6, hyalinis.

2. **Phragmonævia charticola** Feltg. Vorst. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, p. 87. — Ascomatibus gregariis, innatis, ceraceo-mollibus 200-500 μ. diam., dein prominulis, rotundato-erumpentibus et discum concavum inæqualiter marginatum pallidum vel flavidum, subrotundum, ostendentibus; ascis clavatis breve-stipitatis, 104-117 × 14–18, 4-8-sporis; sporidiis distichis, clavatis, rectis curvulisve, 7–9-septatis, lenissime constrictis, hyalinis, intus granulosis, 30–41 × 6,5-7,5; paraphysibus filiformibus, sursum incrassatulis, 2,5 μ. crassis. 3690

   Hab. in charta putrescente, Luxemburg.

PROPOLIDIUM Sacc. — Syll. VIII p. 667, XI p. 529, XIV p. 808.

1. **Propolidium pallescens** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, 1901, pag. 88. — Ascomatibus sparsis innatis, dein irregulariter erumpentibus, pallidis, 300-500 μ. lat. epidermidis laciniis brunneis cinctis, disco concavo, pallido; ascis subclavatis, 61 × 13-16; sporidiis distichis clavatis, rectis 7-septatis, constrictis, intus granulosis, hyalinis, 26–36 × 5-7; paraphysibus filiformibus ramosis, hyalinis. 3691

   Hab. in ramis corticatis Thuiæ orientalis, Luxemburg.

2. **Propolidium acerinum** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, 1901, p. 87. — Ascomatibus sparsis, subcutaneo-erumpentibus in 4-6 lobos pallidos circulariter fissos, disco concavo vel plano, pallido vel griseo; ascis clavatis, breve stipitatis 65-75 × 12-15; sporidiis 2-3-stichis, oblongo-clavatis, utrinque obtusis, 1-2-plerumque 4-6-septatis, non constrictis, hyalinis, intus granulosis, 26-31 × 4,5-5,5; paraphysibus copiosis, filiformibus, ramosis, hyalinis. 3692

Hab. in ramis emortuis Aceris campestris, Luxemburg.

3. **Propolidium Rehmianum** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. II, p. 88, *Phragmonævia* spec. Feltg. l. c. Nachtr. I, pag. 116, n. 344. — Ascomatibus sparsis vel gregariis, innato-erumpentibus, plus minus prominentibus 200-400 μ. diam., disco rotundo, tenui, pallido vel flavidulo, plano-scutellato, margine crenulato; ascis clavatis, substipitatis, 52-70 × 13-16, octosporis; sporidiis 2-4-stichis, oblongo-clavatis, rectis curvulisve, 3-8-septatis, non vel vix constrictis, hyalinis vel flavidulis, varie guttulatis vel eguttulatis, 26-46 × 3,5-4,5; paraphysibus filiformibus valde ramosis sursum paullo incrassatis, flavidis. 3693

Hab. in squamis putrescentibus strobilorum Abietis excelsæ, Luxemburg.

4. **Propolidium atro-fuscum** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 269 (Hedw. 1904). — Ascomatibus gregariis immerso-erumpentibus, rotundatis, subdiscoideis vel cupulatis, atris, margine crenulatis, 0,2-0,3 diam.; ascis clavatis, obtusis, 8-sporis, 40-55 × 6-7; paraphysibus fasciculatis, filiformibus, hyalinis, ca. 1-1 $^1/_2$ crassis; sporidiis oblique monostichis v. distichis, fusoideis v. clavatis, medio 1-septatis, haud constrictis, 8-10 × 2 $^1/_2$-3. 3694

Hab. in corticibus emortuis, Marary, Rio Juruá Amazoniæ Amer. merid., socia *Nummularia.*

XYLOGRAMMA Wallr. — Syll. VIII p. 677, XI p. 429, XIV p. 809.

1. **Xylogramma Castagnei** Montg. Ann. sc. nat. ser. IV, t. IV, p. 336. — Ascomatibus erumpentibus, bilateralibus, subtus deficientibus, atris, 0,5-1 mm. long., 0,2 mm. cr., initio cuticula ramulorum tectis, mox denudatis, discum madore tumentem fuscescentemque marginantibus; ascis lateraliter horizontalibus, inferne erectis, paraphysibus haud comitatis, breviter ovoideis, 30 × 20, basi subattenuatis, tum oblongis, tum virguliformibus, hyalinis; sporidiis subsenis, oblongis, altero fine obtuse attenuatis, septis 3 transversim divisis, 15 × 5. 3695

Hab. ad lignum Loniceræ tartaricæ canescens in Gallia. — A *Xyl. stictico* imprimis paraphysium defectu dignoscitur.

ODONTOTREMA Nyl. — Syll. VIII p. 679, X p. 46, XI p. 429.

1. **Odontotrema anodontum** Nyl. Flora 1869, p. 411, Hue Add. Nyl. p. 326. — Simile fere *O. subintegro,* sed dignoscitur sporidiis ellipsoideis, 3-5-septatis demumque accedente septulo, saltem 1, longitudinali, majoribus, 14-18 × 5-8. 3696

Hab. ad ligna Juniperi in Lapponia — Gelatina hymenea et asci apices jodi ope cærulescentes.

2. **Odontotrema ? xylophagum** (A. Mass.) C. Mass. Novit. Fl. Myc. ver. 1902, p. 66, tab. X, fig. XXXII, *Copromya* A. Mass. in herb. — Ascomatibus nigris, subpunctiformibus vel subovalibus, irregulariter disseminatis, subsuperficialibus prominulis 0,4-0,6 mm. diam., primum clausis, interdum poro aut rima hiascentibus, dein late apertis et margine eroso-denticulato, ore rotundo vel elliptico; ascis tereti-clavatis, breviter stipitatis, 40-55 × 10-12, octosporis ; sporidiis subbiseriatis oblongis, 10-14 × 3-4, inferne angustatis, triseptatis, loculis chlorinis ; paraphysibus subfiliformibus ascorum longitudinem multo superantibus; hymenio ope jodi lutescente. 3697

Hab. ad ligna denudata, corrupta fere emarcida Salicis sp. pr. Veronam Italiæ bor. — Species forte ad genus *Zignoella* accedens. Ab *O. hemisphærico* Rhem certe differt præ ceteris ob ascos breviter stipitatos, nec non paraphyses multo longiores, insuper sporidiis inferne angustatis, haud ad septa constrictis.

Subgen. *Trematodontium* Sacc. Sporidia 1-septata.

3. **Odontotrema phacidioides** Nyl., Enum. génér. Lichens. Cherb. 1858, p. 143. — Ascomatibus atris mediocribus latis, 0,8-1,2 mm. rotundatis, adnatis patellarioideis, sed propius visis superne conniventer 6-8-denticulatis, dentibus versus centrum versis demum apertum, epithecium ostendens infra situm concaviusculum, concolor, intus medio albidis; sporidiis octonis oblongis vel oblongo-fusiformibus incoloribus, sæpe arcuatis, uniseptatis, 12-19 × 3,5-4,5; paraphysibus gracilibus, gelatina hymenea jodo cærulescente. 3698

Hab. ad lignum vetustum Ilicis in Corsica lectum a cl. Léveillé. — Hypothecium infra nigrum et tenuius quam pars excipuli (marginis proprii) superior, epithecium obtegens vel denticulato-marginans, quæ duplo est crassior.

4. **Odontotrema phacidiellum** Nyl. Flora 1874, p. 316, Hue Add. Nyl. 3699
p. 325. — Simile *O. phacidioidi* Nyl. sed minus et sporidiis oblongis 1-septatis, 11-15 × 2,5-3,5.

Hab. in lignis vetustis in Fennia. Gel. hymen. jodi ope cærulescens, dein vinose fulvescens; epithecium incolor. Observante cl. Rehm in litt., verisimiliter idem ac *Od. Pini* Romell, quod posterius.

PSEUDOSTICTIS Fautr. — Syll. XI, p. 553. — Recte observat cl. v. Höhnel, genus institutum fuisse a cl. Lambotte Fl. Mycol. Belg. Suppl. I, p. 260 nec a Fautrey et ad Stictidaceas, nec ad Nectrioideas esse ducendum, ut in Syll. XI, p. 553 perperam retuli. Ceterum genus Lambottianum heteroclitum videtur, nec admittendum.

Sect. 4. Dictyosporæ.

DELPONTIA Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 220 (Etym. a cl. prof. J. B. Delponte pedemontano (1812-1884), de studio Desmidiacearum et Phanerogamarum exoticarum bene merito). — Ascomata jugiter immersa, immarginata, disciformia, ceracea, leticoloria (omnino ut in *Stictide*). Asci elongati, paraphysati, octospori. Sporidia oblonga, 3-pluriseptato-muriformia, hyalina. Nonnullis generibus affinis differt tamen a *Melittosporio* ascomate stictoideo, nec hysterioideo, a *Pleiostictide* et *Platysticta* ascomate discoideo læticolori, ascis octosporis, sporidiis minutis etc. Est genus *Stictidi* prorsus parallelum.

1. **Delpontia pulchella** Penz. et Sacc. l. c. pag. 221, Ic. fung. Jav. 3700
tab. 58, f. 1. — Ascomatibus gregariis, discoideis, suborbiculari-ovatis, 1 mm. long., 0,7 mm. lat., melleis, matricis fissæ laciniis cinctis, ore latiuscule aperto; ascis tereti-clavatis, subsessilibus, apice late rotundatis, 45-50 × 11-14, octosporis; paraphysibus bacillaribus, apice subinde furcatis clavulatisque hyalinis; sporidiis oblongis, utrinque obtusatis, deorsum leviter tenuatis, 3-5-septato-muriformibus, septis ternis distinctioribus, 14-15 × 5-6, ad septa, non v. vix constrictis, perfecte hyalinis.

Hab in petiolis emarcidis Filicis arboreæ cujusdam, Tjibodas in insula Java.

Sect. 5. Scolecosporæ.

STICTIS Pers. — Syll. VIII p. 681, X p. 46, XI p. 429, XIV p. 810, XVI p. 781.

1. **Stictis Mœlleriana** P. Henn. Fungi blumenavienses II, in Hedw. 1902, p. 17. — Ascomatibus immersis sparsis v. gregariis, primo clausis dein urceolatis ore rotundo apertis, ca. 1 mm. longis, 0,6-0,8 mm. latis, carnosis, albidis, margine integris; ascis longe cylindraceis, apice obtuse rotundatis, octosporis, ca. 600 × 16-20; paraphysibus filiformibus, obvallatis; sporidiis parallelis, vermiformibus utrinque obtusiusculis v. acutiusculis ca. 380-430 × 7-9, pluriseptatis, haud constrictis, cellulis oblonge cuboideis ca. 8-12 × 7-9. 3701

   Hab. in ramulis corticatis, St. Catharina Brasiliæ austr.

2. **Stictis Edwiniæ** Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, p. 86. — Ascomatibus tectis, globoso-clausis, dein erumpentibus, ore orbiculari late apertis, extus nigro-furfuraceis vel tuberculatis, hymenio griseo 300-500 μ.; ascis octosporis, clavatis, jodo omnino cærulescentibus, 50–60 × 5-6; paraphysibus linearibus 2 μ. lat.; sporidiis linearibus, hyalinis, plerumque guttulatis, 6-7-septatis, curvulis v. sæpius sigmatoideis 30–40 × 2-3. 3702

   Hab. in ramis corticatis Edwiniæ americanæ, Sugar Loaf. Amer. bor.

3. **Stictis Maydis** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 305. — Maculis pallidis, indeterminatis; ascomatibus sparsis vel subgregariis immersis, subcupulatis, apice irregulariter lobato-apertis, fuscidulis, ca. 200 μ. diam., disco plano, brunneolo, levi; ascis clavatis, apice rotundato-obtusis, ad basim attenuatis, octosporis, 35-55 × 5-7; paraphysibus filiformibus, simplicibus vel apice furcatis, guttulatis vel obsolete septulatis, hyalinis, 2,5 μ. crassis; sporidiis conglobatis, filiformibus, apice attenuatis, obtusis, pluriguttulatis vel obsolete septatis, hyalinis vel flavidulis, 30-50 × 1,5. 3703

   Hab. in foliis Zeæ Maydis, in horto botanico, San Paulo Brasiliæ.

SCHIZOXYLON Pers. — Syll. VIII p. 697, X p. 47, XI p. 430, XIV p. 812, XVI p. 782.

1. **Schizoxylon corticolum** (Fr.) Nyl. Nouv. class. Lich. II, p. 197 (1855) Leight. Lichen. flora Brit. pag. 396, *Cenangium corticola* 3704

Fr. Summa p. 121. — Ascomatibus in areis albidis v. albo-flavidis, continuis subtartareis insidentibus, gregariis, nigris, rotundis plano-convexis, subpulverulentis v. minute granulosis, immarginatis; hypothecio tenui, atro-brunneo; ascis distincte filiformi-paraphysatis, polysporis; sporidiis copiosissimis oblongis minutissimis, continuis, simplicibus (verisimiliter articulis sporidiorum filiformium).

Hab. in ligno quercino, rarius, in Suecia et Britannia.

2. **Schizoxylon alneum** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nacht. II, 90. — Ascomatibus gregariis, innatis, dein erumpentibus, sessilibus, extus brunneis et striatis, 1-2 mm. lat. 0,5 mm. alt., initio punctiformi dein rotundo-apertis, primo crasse, tandem vix marginatis; disco albido-flavido, sicco brunneo-flavo vel nigricante; ascis cylindraceis 216–286 × 8, octosporis; sporidiis parallelis, filiformibus 130–162 × 1,5-2, multi-cellularibus, multi-guttulatis, sæpe in ipso asco in articulos longos secedentibus; paraphysibus septatis, sursum ramosis et clavatis ibique 2-3 μ. cr., flavo-brunneolis. 3705

Hab. in ramulis emortuis Alni glutinosæ, Luxemburg.

3. **Schizoxylon lividum** Mc Alp., Fung. diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 120, fig. 224-228. — Sparsum vel subgregarium, 0,8-1 mm. diam., erumpens et denique superficiale; disco initio albido, gelatinoso, dein in sicco griseo, concavo, margine vix exserto; ascis oblongo-cylindraceis, basi leviter conicis, 180-200 × 10 octosporis; sporidiis filiformibus hyalinis pluri-septatis, asco subæquilongis, in articulos cylindraceos 3-3,5 × 1,5-2 mox dilabentibus; paraphysibus filiformibus asco longioribus, septatis, apice pluries furcato-ramosis. 3706

Hab. in ramulis emortuis Pruni Persicæ, Armadale prope Melbourne Australiæ. — *Schiz. Bagnisiano* var. *minori* Speg. affine.

4. **Schizoxylon albo-velatum** Rick, Broteria 1904, p. 289. — Ascomatibus subcorticalibus, erumpentibus, membrana griseo-alba tectis, disco gelatinoso, hyalino-pallido, udo turgido, 2 mm. diam.; ascis 800 × 14, paraphysibus filiformibus, ramosis asco longioribus obvallatis; sporidiis filiformibus, ascum subæquantibus, 4 μ. cr., multiseptatis, ad septa constrictis, in articulos primo biloculares dein nova partitione uniloculares secedentibus, articulis uniloculariibus 8 μ. long. in ascis jam disjunctis. 3707

Hab. in ligno arboris frondosæ, Rio Grande do Sul Brasiliæ. — Ad gen. *Robergeam* nutat.

5. **Schizoxylon aduncum** Feltg. Vorst. Pilz. Luxemb. 1903, Nachtr. 3708

III, p. 96. — Ascomatibus sparsis, cortice interiore insidentibus v. insculptis, epidermide tectis, dein laciniatim erumpentibus, extus nigricantibus, tuberosis, 600-800 μ. diam., vertice applanatis vel subconicis, punctiformi- vel oblongo-apertis, disco atro subinde albo-pruinoso-marginato; ascis cylindraceis breve stipitatis 130-180 × 5; sporidiis parallelis, contortis, 120-140 × 0,7-1,2, filiformibus, pluriguttulato-septulatis; paraphysibus filiformibus, 1 μ. cr., ascos valde superantibus et apice uncinatis.

Hab. in caulibus emortuis Silenes spec., Luxemburg.

6. **Schizoxylon Centaureæ** Bres. Mycol. Lusitanici novi, in Atti R. Acc. di Sc. lett. ed arti degli Agiati in Roveredo vol. VIII, 1902, p. 133. — Gregarium vel sparsum; ascomatibus corticolis, submembranaceis, erumpentibus, primitus subhemisphæricis, supra explanato-marginatis, centro umbilicatis, margine tomentoso-pruinoso ex albo flavido-æruginascente, dein lacerato-apertis et urceolatis, disco pallido vel flavidulo 1 mm. circ. latis et profundis; ascis cylindraceis, apice attenuato, convexo vel subumbonato, basi breviter attenuato-stipitatis, 340-360 × 9-12, jodo haud tinctis; paraphysibus filiformibus, epithecium jodo intense cæruleum efformantibus; sporidiis ascorum fere longitudine septatis, in articulos cylindraceos, utrinque truncatos, primitus variæ longitudinis, sed demum cuboideos 4-5 × 4 secedentibus. 3709

Hab. ad caules Centaureæ sempervirentis pr. Setubal Lusitaniæ.

7. **Schizoxylon Yuccæ** Maubl. Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 72, t. VII, fig. 8. — Minutum, amphigenum, sparsum v. subgregarium, immersum, dein erumpens et epidermide tumefacta, 2-4-fida cinctum, margine leniter prominulo, albo; disco plano, obscuro; ascis cylindricis, demum apice attenuatis, 80-100 × 6-8, octosporis, jodo non cærulescentibus; paraphysibus filiformibus, simplicibus, ascos vix superantibus; sporidiis filiformibus pluriseptatis, mox in ipso asco in articulos secedentibus; articulis elongatis v. subcuboideis, utrinque truncatis, 1,5-3 × 1,5. 3710

Hab. in foliis emortuis Yuccæ gloriosæ Pornic (Loire-Inférieure) Galliæ.

CERION Massee in Kew Bull. 1901, p. 159 (Etym. *ceros* cera). — Ascomata erumpentia, ceracea, marginata, sessilia, hymenio plano læte colorato; asci cylindrici, octospori; sporidia filiformia, hyalina, multiseptata; paraphyses filiformes. — *Schizoxylo* affine genus.

1. **Cerion coccineum** Mass. et Rodw. l. c. — Ascomatibus immersis, 3711
margine suberectis, nigricantibus 1 mm. latis, hymenio obscure coccineo; ascis cylindraceis, 150-160 × 7-8, octosporis; paraphysibus filiformibus, subclavatis, apice roseo-tinctis; sporidiis clavato-filiformibus, diu continuis dein multiseptatis, 130-140 × 2, singula cellula sporidiorum 8-10 μ. longa.

Hab. sparsum vel congestum, in lignis emortuis in Tasmania (Rodway).

Sect. 6. Dictyosporæ.

MELITTOSPORIUM Corda — Syll. VIII p. 704, XIV p. 812, XVI p. 782.

1. **Melittosporium Dubyanum** Rehm, Revis. hb. Duby in Hedwigia 3712
1886, p. 11. — Ascomatibus gregariis, linearibus, parallelis, subrectis, obtusis, haud distincte marginatis, in ligni superficie dealbatis sessilibus, atratulis, 0,5-5 mm. long., 0,5-1 mm. lat., excipulo ex hyphis atratis ligno proximis composito; ascis ovalibus, apice valde incrassatis, 45-50 × 20-24, 8-sporis; sporidiis obtuse clavatis vel ovatis, transverse 3-5, longitudinaliter semel septatis, hyalinis, 18 × 7,5 2-3-stichis; paraphysibus ramosis, ascos ambientibus, apice fuscidulis, hymenio jodo valde cæruleo-tincto.

Hab. ad ramulos siccos Rosmarini, Ile de Levant (Herb. Duby). — Proxima species videtur *M. attenuato* Dur. et Lév.

Fam. 8. Phacidiaceæ Fr.

Sect. 1. Hyalosporæ.

CRYPTOMYCES Grev. — Syll. VIII p. 707, X p. 48.

1. **Cryptomyces Leopoldinus** Rehm, Ann. Mycol. p. 227. — Ascoma- 3713
tibus sparsis folio innatis in epiphyllo maculas orbiculares nigerrimas, in centro verrucoso-papillatis, 3-4 mm. diam. formantibus, in hypophyllo circumcirca dilutissime flavidulo lentiformiter convexulis, orbicularibus, atris, nitentibus, 2-3 mm. diam., primitus clausis dein irregulariter rimose circulariter vel 2-3 labiis apertis et discum albidulum denudantibus; ascis clavatis apice rotundatis, 125-150 × 12-14 jodo, immutatis, 8-sporis; sporidiis elongato-fusiformibus, interdum subclavatis, utrinque acutatis, rectis, 1-cellula-

ribus, guttulis oleosis minimis repletis, hyalinis, 18-20 × 5, strato tenui mucoso obductis, distichis; paraphysibus filiformibus, 2 μ. cr., versus apicem vix curvatis, hyalinis.

Hab. ad folia viva fruticis « Estrella d'or » Sao Leopoldo, Rio grande do Sul, Brasilia (Dr. Rick S. J.). — Affinis videtur *Cryptomyceti circumscisso.*

PHACIDIUM Gr. — Syll. VIII p. 709, X p. 48, XI p. 431, XIV p. 813, XVI p. 783.

1. **Phacidium Xylopiæ** P. Henn. Fungi Amaz. II, pag. 268 (Hedw. 1904). — Maculis rotundatis, fuscidulis; ascomatibus epiphyllis erumpenti-superficialibus, singularibus v. subconcentrice dispositis sæpe confluentibusque, rotundato-pulvinatis, angulatis, atro-carbonaceis 1-2½ mm. diam.; rima subcinerea longitudinaliter vel irregulariter dehiscentibus; ascis clavatis, apice obtusis, basi attenuato-pedicellatis, 8-sporis, 80-110 × 23-30, paraphysatis; sporidiis subdistichis interdum oblique monostichis, ellipsoideis v. subglobosis, intus guttulatis, hyalinis, 13-18 × 12-15. 3714

Hab. in foliis Xylopiæ grandifloræ, Tarepoto Perù. — A typo generis satis desciscens et ad *Cocconiam* nutans.

2. **Phacidium Falconeri** P. Henn. Hedw. 1903, p. 218. — Ascomatibus in maculis cinereis sanguineo-cingulatis, immersis, irregulare dehiscentibus, atris, cellulosis, 150-180 μ. diam.; ascis subfusoideis, apice acutiusculis vel subobtusiusculis, octosporis, 30-40 × 4-5; paraphysibus filiformibus, septatis ca. 2-2,5 μ. cr.; sporidiis distichis, fusoideis vel subclavatis, utrinque subacutiusculis, hyalinis, 5-7 × 2-2,5, continuis. 3715

Hab. in foliis emortuis Rhododendri Falconeri, Berolini.

PSEUDOPEZIZA Fuck. — Syll. VIII p. 723, XI p. 431, XIV p. 813, XVI p. 784.

1. **Pseudopeziza Holwayi** Henn. in Hedw. 1902, p. (64). — Ascomatibus hypophyllis gregariis, emaculatis, subhemisphærice erumpentibus, brunneis, dein subcupulatis, discoideo-explanatis, sessilibus, ceraceis, margine atro-brunneis, disco planiusculo, cinereo violascenti, pruinoso, ca. 0,3-0,9 mm. diam.; ascis clavatis vel subfusoideis, vertice obtusiusculis, octosporis, 56-70 × 10-14; paraphysibus simplicibus, filiformibus, apice incrassatis, ca. 3,5 μ. cr.; sporidiis distichis, oblongis v. fusoideis, utrinque obtusis vel 3716

subacutiusculis, 2-4-guttulatis, continuis (an semper?) hyalinis, 15-21 ≈ 4-5.

Hab. in foliis vivis Gentianæ spec., Pachuca, Mexico (Holway).

2. **Pseudopeziza Cerastiorum** (Wallr.) Fuck. — Syll. VIII, p. 725. 3717
— var. **Arenariæ** Sacc. Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 23. — A typo differt sporidiis paullo majoribus, nempe 14-16 ≈ 4-4,5.

Hab. in foliis emortuis Arenariæ laterifloræ, Yakutat Bay Alaska (Funston).

3. **Pseudopeziza tracheiphila** H. Müll. Thurg. Rot. Brenn. Wernot. 3718
1903, p. 31, t. V (absque diagnosi). — Ascomatibus hypophyllis, sparse gregariis, prope nervos crebrioribus, initio parenchymate immersis subclausis dein emergentibus, disciformibus, 0,25-0,4 mm. diam., molliter ceraceis, disco ex albo flaveolo, excipulo tenui parenchymatico, dilute flavo; ascis clavatis, apice rotundatis, deorsum leniter tenuatis subsessilibus, 100-140 ≈ 22, octosporis; paraphysibus filiformibus; sporidiis distichis, rarius oblique monostichis, ovoideis, inæquilateris, utrinque rotundatis, 18-22 ≈ 9,5-11, nubiloso-guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis Vitis viniferæ, diu parasitice, demum saprophytice e vasis spiralibus seu tracheis foliorum oriens, Helvetia, ubi morbum Rot Brenner efficit. — Adest status conidiophorus (cfr. tab. IV) *Botrytem tracheiphilam* sistens: Mycelio ramoso-tortuoso septato; conidiophoris racemoso-ramosis, septatis; conidiis in quoque ramulo capitato-acrogenis, oblongo-ovoideis, 4-5 ≈ 1,8-2, 4-5 ≈ 1,8-2, hyalinis.

4. **Pseudopeziza cantareirensis** Henn. in Hedw. 1902, pag. 305. — 3719
Maculis rufo-violaceis, rotundatis vel irregularibus; ascomatibus amphigenis, sparsis, carnosis, subdiscoideis, elevatis, extus fusco-violaceis, levibus 0,3-0,4 mm. diam., disco plano, pallido, marginato; ascis clavatis, apice obtusis, octosporis, 50-60 ≈ 15-17; paraphysibus ramosis, filiformibus, hyalinis, 1-1,5 μ. crassis; sporidiis subdistichis, fusoideis vel subclavatis, utrinque acutiusculis, rectis vel curvulis, hyalinis, continuis, 15-20 ≈ 4-5.

Hab. in foliis Melastomataceæ cujusdam, San Paulo Brasiliæ.

STEGIA Fr. — Syll. VIII p. 733, XIV p. 814.

1. **Stegia nitens** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 221, Ic. fung. 3720
Jav. tab. 58, f. 2. — Gregaria, epiphylla, immersa, disciformis

400-500 μ. diam., exacte orbicularis, pallida, ceracea, operculo epidermoideo, plano-convexo, nigro, nitente, exacte circulari, serius secedente tecta; ascis clavatis, deorsum sensim tenuato-stipitatis 70-80 × 11, apice rotundatis octosporis; paraphysibus filiformibus, interdum flexuosis; sporidiis distichis, oblongo-ellipsoideis, utrinque rotundatis, 11,5 × 7, hyalinis, guttulatis v. farctis.

Hab. in foliis languidis v. emortuis Entadæ spec. in horto bot. Bogor., in insula Java. — Pulchella species, præsertim operculis atro-nitidis distinguenda.

TROCHILA Fr. — Syll. VIII p. 728, X p. 49, XIV p. 814, XVI p. 785.

1. **Trochila ramulorum** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 102. — Ascomatibus gregariis vel sparsis, interdum seriatis, subepidermicis, dein rimose vel 3-4 laciniatim erumpentibus, initio punctiformi ertis, dein in discum concavum flavidulum vel brunneolum, denticulato-marginatum, extus brunneum, ceraceum 300-500 × 150-200, dilatatis; ascis cylindraceo-clavatis, stipitatis 40-55 × 5,5-7 octosporis; sporidiis 1-2-stichis, oblongo-ellipsoideis, obtusis, rectis, continuis, hyalinis, eguttulatis vel biguttulatis, 5-7 × 1,5-2; paraphysibus filiformibus, 40 μ. long., apice clavulatis 4-5 μ. cr., hyalinis. 3721

Hab. in ramis emortuis corticatis Viburni Opuli, Luxemburg. — Adsunt formæ parum diversæ in ramis Tiliæ et Rubi, ibidem.

2. **Trochila Tini** (Duby) Fr. — Syll. VIII, p. 729, D. Sacc. Myc. ital. n. 1515, exempl. gallica (1904). — Diagnosi l. c. adde: asci teretiusculi, apice rotundati, 40 × 45 × 7-7,5 breve stipitati, parce filiformi-paraphysati, octospori; sporidia ovoidea, 8-9 × 4, sæpe 1-guttata, dilutissime olivaceo-chlorina, distincta; ascomata uda disco plano pallide melleo carnosulo, sicca tota nigricantia, excipuli cellulæ solidiusculæ fuligineæ, 5-6 μ. diam. — Exemplaria evoluta misit in foliis Viburni Tini e Montpellier cl. doct. Mirande. 3722

Sect. 2. **Phæosporæ.**

STICTOPHACIDIUM Rehm. — Syll. VIII p. 735, XVI p. 786.

1. **Stictophacidium Rehmianum** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1901, Nachtr. II, pag. 84. — Ascomatibus gregariis, innato-erumpenti- 3723

bus et epidermide minuta fissa cinctis, fere immarginatis, extus brunneolis, 250-500 μ. lat. et vix 100 μ. cr., disco subrotundo aurantiaco vel olivaceo brunneo, applanato; ascis tereti-clavatis vel saccatis, substipitatis, 55-70 × 15-18, octosporis; sporidiis 2-3-stichis, oblongis v. subellipsoideis, obtusis, rectis curvulisve, crasse biguttatis, hyalinis, dein flavo-brunneolis 13-18 × 5-6,5; paraphysibus filiformibus, ramosis, apice clavatis, 5-6 μ. cr., brunneolis.

Hab. in ramis corticatis Rubi fruticosi, Luxemburg.

Sect. 3. **Didymosporæ** *).

COCCONIA Sacc. — Syll. VIII p. 738, X p. 50, XI p. 432, XIV p. 815, XVI p. 787.

1. **Cocconia Gesneriaceæ** P. Henn. Hedw. 1904, p. 91. — Maculis 3724
rotundatis, rufidulis, dein explanatis; ascomatibus amphigenis, plerumque hypophyllis sparsis, pulvinatis, atris, ca. 1 mm. diam., dein irregulare rimosis; ascis ovoideis, crasse tunicatis, octosporis, 40-50 × 20-24; paraphysibus copiosis superantibus epithecio fusciculo conglutinatis; sporidiis subdistichis vel conglobatis ovoideis vel subellipsoideis, utrinque obtusis 1-septatis constrictis, primo hyalinis dein fusco-atris, 18-20 × 8-10.

Hab. in foliis vivis Gesneriaceæ cujusdam, Novo Friburgo, Rio de Janeiro Brasiliæ (E Ule).

2. **Cocconia Parinarii** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1901, p. 257 3725
Sacc. — Syll. XVI, p. 1151 (nomen). — Ascomatibus epiphyllis, sparsis v. aggregatis, irregulariter pulvinatis, applanatis, confluentibus, atro-carbonaceis, nitentibus, tuberculosis, inæqualiter rimose dehiscentibus 1,5-4 mm. diam.; ascis defluentibus; sporidiis ellipsoideis v. subovoideis, medio 1-septatis, haud constrictis, utrinque obtusis, 12-15 × 8-10, atro-brunneis.

Hab. in foliis Parinarii Mobolæ, Kondeland sup. Africæ orientalis.

3. **Cocconia Banisteriæ** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 268, cum icone 3726
(Hedw. 1904). — Maculis rotundatis, rufo-brunneis; ascomatibus hypophyllis sparsis, innatis, rotundato-lenticularibus v. discoideis,

---

*) Observante cl. Rehm in litt. gen. *Asterothyrium* Müll. (Lich. epiphylli novi, 1890) partim congruit cum gen. *Marchalia* Sacc. 1889.

granuloso-rugulosis, opacis atris, deinde irregulariter rimosis, ca. 2 mm. diam.; ascis clavatis, apice rotundato-obtusis, basi pedicellato-attenuatis, 120-200 × 20-22, 8-sporis; paraphysibus filiformibus, septatis, fusco-olivaceis, 2 μ. crassis, ascos superantibus, conglutinatis, apice ca. 4 μ. incrassatis; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, subovoideis, obtusis, medio 1-septatis vix constrictis, hyalinis dein fusco-atris, 16-20 × 8-10.

Hab. in foliis Banisteriæ spec., Juruá Miry, Rio Juruà in Amazonia Amer. merid.

4. **Cocconia Machærii** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 112. — Stromatibus epiphyllis, angulato-rotundatis, applanatis, rugulosis, tuberculatis, carbonaceo-atris, 2-5 mm. diam.; ascomatibus immersis, subglobosis dein rima longitudinaliter dehiscentibus; ascis clavatis, apice obtusis, basi attenuatis, octosporis, 40-50 × 5-8; paraphysibus copiosis obvallatis, filiformibus; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, ovoideis v. ellipsoideis, inferne 1-septatis, subconstrictis, atro-castaneis 7-8 × 4-5. 3727

Hab. in foliis Machærii lanati, prope S. Paulo Brasiliæ.

FABRÆA Sacc. — Syll. VIII p. 735, X p. 50, XIV p. 815.

1. **Fabræa Antoniæ** D. Sacc. in Staz. Sperim. Agrarie Ital. 1904, p. 65. — Ascomatibus confertissimis, amphigenis, in maculis atris insidentibus, innato-erumpentibus, brunneo-nigris, concaviusculis 2-3 mm. diam., in sicco clausis, subgloboso-rugulosis 1-1,5 mm. diam., disco plano, cremeo-roseolo; contextu excipuli parenchymatico-olivaceo; ascis clavatis, modice stipitatis 2-4-sporis, 75 × 9-11; paraphysibus asco paullo longioribus v. subæquilongis, apice incrassatis, flexuosis, hyalinis; sporidiis monostichis, ellipticis, 10 × 5, utrinque rotundatis, initio continuis, pluriguttulatis, dein 1-septatis, ad septum subconstrictis, hyalinis. 3728

Hab. parasitica in foliis siccis Cynoglossi picti, Terme di Tito, Romæ; ubi Jan. 1904 legit *Antonia Saccardo*, cui dicata species.

2. **Fabræa cincta** Sacc. et Scalia, Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 23, pl. V, fig. 16. — Maculis suborbicularibus v. irregularibus, 1-2 mm. lat., raro latioribus, in hypophyllo subumbrinis, in epiphyllo expallentibus annuloque atro-purpureo cinctis; ascomatibus epiphyllis, innato-erumpentibus, depressis, 300-400 μ. diam., sparsis v. confluentibus, fuscis, disco madore aperto, vix pallidiore; ascis tereti-clavatis, apice rotundatis, jodo cærulescentibus, breve 3729

stipitatis, 70-90 × 18-20 μ., octosporis; paraphysibus simplicibus v. parce ramosis, filiformibus apice capitulatis; sporidiis ovato-oblongis, utrinque obtusulis, distichis v. oblique monostichis, 15-20 × 5-6,5, primo continuis, dein ut plurimum 1-septatis, non constrictis, loculo supero quam infero duplo majore, hyalinis, guttulato-farctis.

Hab. in foliis languidis v. emortuis Rubi, Jakutat Bay et Orca Alaska (Trelease).

3. **Fabræa Coccolobæ** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 1905, p. 68. — Maculis epiphyllis, fuscidulis, effusis; ascomatibus sparsis vel subgregariis, erumpenti-superficialibus, subceraceis, sessilibus, primo subglobosis dein subplanis, pallide marginatis, disco plano, olivaceo-brunneo 500-800 μ. diam.; ascis clavatis, apice tunicatis, rotundatis vel applanatis, octosporis 25-40 × 8-10; paraphysibus filiformibus, hyalinis; sporidiis oblique monostichis vel subdistichis, subclavatis, utrinque obtusis, primo 1 dein 3-septatis 8-10 × 2,5-3 hyalinis. 3730

Hab. in foliis Coccolobæ spec., **Manáos** Rio Negro Amazoniæ.

ABROTHALLUS De Not. — Syll. VIII p. 739.

1. **Abrothallus cladonema** (Wedd.) Zopf. Hedw. 1896, p. 344, *Lecidea* (Buellia) *cladonema* Wedd. in Bull. Soc. bot. Fr. 1874, p. 345. — Ascomatibus immersis, depressis, arthonioideis, badio-nigricantibus; ascis elongato-cylindraceis; paraphysibus laxis, ramosis, hyalinis, apice infuscatis; sporidiis ovoideis, bilocularibus, 10-16 × 5-8, olivaceis altero loculo majore. 3731

Hab. in thallo Parmeliæ prolixæ var. Delisei, Agde Galliæ.

2. **Abrothallus lobariellus** (Nyl.) Zopf, Hedw. 1896, p. 363, *Lecidea lobariella* Nyl. Flora 1869, pag. 296. — Ascomatibus minutis, discoideis immarginatis; epithecio et hypothecio rufescenti-fuscis; ascis 8-sporis; sporidiis ovoideo-oblongis, fuscis, 1-septatis, 12 × 16 × 5-7. 3732

Hab. in thallo Stictæ pulmonaceæ in Gallia. — An diversus ab *Abr. viduo* Körb.?

3. **Abrothallus placophyllus** Anzi, Anal. Lich. nov. Ital. sup. p. 24. — Ascomatibus minutis planiusculis, immarginatis, immixtis, tandem maculiformiter confluentibus, atris, epithecio hypothecioque fuscis; ascis tereti-clavatis, paraphysibus crassis subcohærentibus 3733

obvallatis, sexsporis; sporidiis monostichis, oblongis, 2-locularibus, 8-9 × 3-4, fuscis, pellucidis.

Hab. in thallo Sphyridii (Bæomycetis) placophylli in alpe Gavia, Camonia Italiæ sup. — Gelatina hymenæa jodo dilute cærulescit, asci et episporium fuscescunt.

METADOTHELLA P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 384 (Hedwigia) (Etym. a *Metadothis,* cui affinis). — Ascomata patelliformia, atra, per rimas stellatas epidermidis erumpentia; asci clavati, 8-spori, paraphysati. Sporidia oblonga, 1-septata, hyalino-brunneola. — *Dothioræ* et *Metadothidi* affin. sed sporidia 1-septata, colorata.

1. **Metadothella stellata** P. Henn. l. c. cum icone. — Maculis rotundatis, rufo-brunneis, elevatis, ca. 3-5 mm. diam.; 3-8 vel irregulariter stellato-carinatis v. sulcatis; ascomatibus epiphyllis primo tectis dein rima longitudinaliter suberumpentibus, epidermide lacera velatis, seriatis, subgloboso - cupulatis, submembranaceis, atris, ca. 200 μ. diam.; ascis clavatis, apice attenuato-rotundatis vel subapiculatis, 8-sporis, 60-70 × 10-15; paraphysibus filiformibus, flexuosis, hyalinis; sporidiis interdum oblique monostichis, sæpius di- vel subtristichis, oblongis, subclavatis, utrinque obtuse rotundatis, grosse 4-guttulatis, medio 1-septatis, hyalinis dein flavo-brunneis, 12-20 × 4-5; conidiis fusoideis, hyalinis, continuis, utrinque acutis, 8-12 × 3; conidiophoris fasciculatis elongatis ca. 3 μ. crassis. 3734

Hab. in foliis coriaceis Proteaceæ cujusdam Cerro de Isco, Perù.

DIDYMASCELLA Maire et Sacc. in Bull. Soc. Bot. de France 1901, tomo I p. 205 (Etym. a *Didymasco,* cui affine genus). — Ascomata foliicola, diu epidermide tecta, excipulo omnino carentia; paraphysibus filiformibus; ascis tetrasporis; sporidiis phæodidymis, inæqualiter septo divisis, muco obvolutis. — A *Didymasco* ascosporis phæodidymis, nec non habitu apothecii paraphysiumque recedit, sed certe ad *Phacidiaceas* accedit.

1. **Didymascella Oxycedri** Maire et Sacc. l. c. cum icone. — Ascomatibus epiphyllis, diu epidermide tectis, ellipticis vel oblongis, 0,5-1 mm. longis, macula ochraceo-fusca parvula insidentibus, umbrino-fuligineis; excipulo omnino nullo, ascis paraphysibusque muco insertis, hymenium typicum, e stromate densiusculo oriundum efformantibus; paraphysibus filiformibus, dilute fuscidulis, 3735

sursum fere hyalinis nec non capitatis; ascis clavatis, basi in pedicellum attenuatis, 130-170 × 13-15, tetrasporis, maturitate apice irregulariter disrumpentibus; sporidiis monostichis, umbrinis, ovoideis v. piriformibus, 19-26 × 11-13, muco obvolutis, septo in duos loculos inæqualiter divisis, e quibus superior major plasmate farctus et 1-ocellatus, inferior autem minor pallidior et vacuus videtur.

Hab. ad folia languida Juniperi Oxycedri, in Valle della Solenzara in insula Corsica (R. Maire)

Sect. 4. Phragmosporæ.

SPHÆROPEZIA Sacc. — Syll. VIII p. 740, XI p. 432, XIV p. 817, XVI p. 789.

1. **Sphæropezia Juniperi** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, p. 9 (Vidensk. Skrift.). — Ascomatibus sparsis v. subgregariis, lignicolis, sessilibus, urceolato-depressis, fuscis, 0,5 mm. diam., margine (in sicco) connivente, multidentato; ascis cylindraceis, 45 × 6-7, octosporis; sporidiis oblongis, leniter curvis, 3-septatis (interdum 1-2-septatis) 9-11 × 3-4; paraphysibus bacillaribus. 3736

Hab. in ramis decorticatis Juniperi communis, Dovre Norvegiæ.

Sect. 5. Scolecosporæ.

MOUTONIELLA Penz. et Sacc. in Malpighia 1902, p. 221 (Etym. a cl. Vict. Monton de studio Ascomycetum belgicorum bene merito). — Ascomata immersa, disciformia, subceracea, operculo epidermoideo nigricante, facile secedente tecta. Asci elongati, aparaphysati (semper?), octospori. Sporidia filiformia, ascum subæquantia, hyalina. — Est omnino *Stegia* scolecospora et casulam n. 36 inter Phacidiaceas occupabit. Cfr. Sacc. Tab. compar. p. 33.

1. **Moutoniella polita** Penz. et Sacc. l. c. p. 222, Ic. fung. Jav. t. 58, fig. 3. — Gregaria, plerumque hypophylla, jugiter immersa, orbiculato-elliptica, disciformis 0,4-0,5 mm. lata, ceracea, mellea, operculo mox secedente plano, conformi, nitide nigricante, membranaceo tecta, dein aperta; ascis cylindraceis, deorsum breviter tenuato-stipitatis, apice rotundatis, 90-115 × 7-8, octosporis; para- 3737

physibus nullis v. obsoletis; sporidiis filiformibus, rectiusculis, minute multiguttulatis, utrinque obtusulis, 80-90 × 2-2,3 hyalinis.

Hab. in foliis emortuis Elettariæ, Tjibodas, Java.

RHYTISMA Fr. — Syll. VIII p. 752, X p. 51, XI p. 433, XIV p. 817, XVI p. 790.

1. **Rhytisma Eucalypti** P. Henn. F. Austral. occ. II, in Hedw. 1901, p. 352. — Maculis fusco-sanguineis, rotundatis, 2-3 mm. diam.; ascomatibus amphigenis gregariis v. sparsis, innatis, irregulariter pulvinatis rotundatis v. elongato-lirelliformibus, flexuosis, atris, opacis, primo clausis, dein in rimas flexuosas erumpentibus; ascis subclavatis apice obtuso-rotundatis, 60-100 × 25-30, octosporis; paraphysibus copiosis, obvallatis, filiformibus, hyalinis 3-3,5 μ. crassis; sporidiis subdistichis v. conglobatis, fusoideis, utrinque subacutiusculis, continuis, hyalinis 26-32 × 6-7,5 intus granulatis. 3738

Hab. in foliis vivis Eucalypti santalifoliæ prope Cranbook, Austral. occid.

2. **Rhytisma lonicericola** P. Henn. in Engl. Jahrb. 1902, XXXII, p. 43, *R. Loniceræ* P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. XXVIII, p. 277. — Syll. XVI, pag. 790 — nec *Rhyt.* (Criella) *Loniceræ* P. Henn. Monsunia II.

Hab. quoque in foliis vivis Loniceræ sp., Tokyo Japoniæ (S. Kusano). — In exempl. maturis: asci clavati apice rotundati, 50-60 × 13-18; paraphyses filiformes, 2,5 μ. cr. hyalinæ; sporidia subdisticha fusoideo-subclavata, hyalina, 20-25 × 3,5-4. Forte pycnidium est *Melasmia Loniceræ* Jacz.

3. **Rhytisma concavum** Ell. et Kell. in Journ. of Mycol. 1902, p. 51, cum icone. — Stromatibus epiphyllis, bullas 1-4 mm. diam. orbiculare vel subangulares efficientibus; folio superne inæquali; maculis pallide luteo-submarginatis, maturitate erumpentibus; ascis 80-100 × 8-10 oblanceolatis, longe pedicellatis, apice acutiusculis polysporis; paraphysibus filiformibus flexuosis, superne incrassatulis, asco longioribus; sporidiis 20-35 × 2-3 hyalinis, rectis v. curvulis, granulosis. 3739

Hab. in foliis Ilicis verticillatæ, West Mansfield, Logan County, Ohio Amer. bor. — Ob ascos polysporos vix *Rhytisma.*

COCCOMYCES De Not. — Syll. VIII p. 744, X p. 51, XI p. 432, XIV p. 818, XVI p. 789.

1. **Coccomyces dentatus** (K. et Schum.) Sacc. — Syll. VIII, p. 745. 3740

— var. **hexagonus** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 222, Ic. fung. Jav. t. 58, f. 4. — Ascomatibus in maculis arescendo expallentibus sitis, epiphyllis, plerumque hexagonis.

Hab. in foliis coriaceis, languidis v. emortuis, Tjibodas, in insula Java.

CLITHRIS Fr. — Syst. Myc. II p. 186 (1823) (Etym. *cleithron* clausura ob ascoma initio clausum) *Colpoma* Wallr. 1833. — Syll. II p. 803, IX p. 1027. — Præeunte ill. Frieso, Rehm etc., genus potius Discomycetis adscribendum æque ac *Sporomega* Corda 1840. — Syll. II 801 et II p. 1126 — quod sec. Rehm a *Clithride* non est separandum.

1. **Clithris arundinacea** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 222, 3741
Ic. fung. Jav. tab. 59, f. 1. — Ascomatibus gregariis, immerso-erumpentibus, plerumque transverse positis, linearibus, rarius subflexuosis 1-2 mm. long. 0,3 mm. latis, hysteriaceis, nigricantibus, rima angusta percursis; labiis ab epidermide atrata et subcarbonacea formatis; ascis cylindraceis, brevissime stipitatis, apice rotundatis, 80–90 × 7 octosporis; paraphysibus filiformibus, apice sæpius aduncis; sporidiis filiformibus, rectis vel curvulis, continuis, hyalinis, utrinque acutulis 60 × 1,5.

Hab. in vaginis putrescentibus Bambusæ, in horto Bogoriensi Javæ. — Ob ascomata transverse posita, magis immersa ad *Clithrim* potius quam ad *Lophodermium* vergit, sed est satis anceps.

Fam. 9. Patellariaceæ Fr.

Sect. 1. Hyalosporæ.

PATINELLA Sacc. — Syll. VIII p. 769, X p. 52, XI p. 433, XIV p. 818, XVI p. 791.

1. **Patinella Aloysii-Sabaudiæ** Sacc. Harrim. Alaska Exped p. 22 *), 3742
pl. II, fig. 6. — Ascomatibus gregariis, majusculis, plano-patellatis, orbicularibus, sessilibus, matrici adpressis sed omnino

*) Dixi in honorem Aloysii Sabaudiæ Aprutiorum ducis, qui anno 1897 summa cacumina Mtis S. Eliæ Alaskæ primus conscendit.

superficialibus, puncto centrali adfixis, usque 2 mm. diam., ubique nigris, opacis, margine attenuato non prominente, disco minutissime granuloso; ascis cylindraceis, apice rotundatis, basi acutatis breve stipitatis, 84–90 × 10-11, octosporis; paraphysibus stipatis, bacillari-clavulatis, sursum atratis conidiaque perfecte globosa, atro-fuliginea, 11-12 μ. diam. exserentibus; sporidiis oblique monostichis v. subdistichis, ovato-oblongis rectis curvulisve, 14–15 × 5,5–6, hyalinis.

Hab. in caulibus dejectis atratis, Yakutat Bay et forte (specim. immatura) in caule Veratri, Orca Alaska (Trelease). — Eximia species, ob paraphyses conidia magna atra gerentes prædistincta. Excipuli margo cellulis tereti-clavatis, 20-25 × 7, brunneis, liberis præditus est.

2. **Patinella tarapotensis** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 269 (Hedw. 3743
1904). — Ascomatibus sparsis, erumpenti-superficialibus, primo subcupulatis, pallidis dein convexo-discoideis, sessilibus brunneo-castaneis, obscuriore marginatis, 0,6-0,9 mm.; ascis clavatis, obtusis, 8-sporis, 32-40 × 12-15; paraphysibus densis, filiformibus, apice rotundato-incrassatis ca. 2 ½ μ. crassis; sporidiis subdistichis ovoideis vel ellipsoideis, obtusis, hyalinis, 10-12 × 5–6.

Hab. in ramulis Myrtaceæ cujusdam, Tarapoto, Perù. — Affinis *Patellariæ myrticolæ* sed diversissima.

3. **Patinella chlorosplenioides** Penz. et Sacc. in Malp. 1901, p. 223, 3744
Ic. fung Jav. t. 59, f. 2. — Gregaria, majuscula, ceracea, potius firmula, obconico-disciformis, basi latiuscula sessilis, nigricans, glabra, 2-2,3 mm. lata, disco plano ambitu acuto, denticulato, non elevato; ascis cylindraceis v. cylindraceo-clavatis, 90-110 × 11-14, apice rotundatis, basi breviter tenuato-stipitatis, octosporis; paraphysibus filiformibus, minute guttulatis, hyalinis 2 μ. cr., asco longioribus, apice incrassatulis, brunneis; sporidiis monostichis vel pro parte distichis, ovoideo-oblongis, 16-18 × 7,5-9,5 rectis, dilutissime ærugineo-olivaceis.

Hab. ad cortices putrescentes, M. Pangerango, in insula Java. — Ad *Chlorosplenium* vergit.

4. **Patinella punctiformis** Rehm — Syll. X, pag. 52. — f. **quercina** 3745
Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1903, Nachtr. III, p. 79. — A. typo differt disco asperulo, sicco inæquali ruguloso et eroso-marginato; ascis subcylindraceis et angustioribus 55-75 × 12-15; sporidiis initio hyalinis, guttulatis et tandem dilute olivaceis, 12-14 × 5-7.

Hab. in ligno putri Quercus, Luxemburg.

5. **Patinella phyllogena** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 223. Ic. fung. Jav. t. 59, f. 3. — Sparsa, phyllogena, majuscula, disciformi-applanata, vix marginata, puncto centrali affixa, sessilis. 2,5-3 mm. lata, glabra, ceraceo-firmula, aterrima; contextu obscure parenchymatico, ad marginem subprosenchymatico; ascis cylindraceis 70-78 × 8, apice rotundatis, deorsum leviter tenuatis, octosporis; paraphysibus filiformibus, copiosissimis, ochraceis; sporidiis oblique monostichis, ovato-oblongis, utrinque obtusulis 6-7 × 3,3 hyalinis. 3746

Hab. in foliis coriaceis putridis, prope Buitenzorg, in insula Java.

PLACOGRAPHA Th. Fries Lich. Arct. p. 329 et Lich. Scand. p. 635 (ut genus) Rehm Disc. p. 313 (ut subgenus) (Etym. *plax* tabula, et *Graphis*). — A *Patinella* differt ascomatibus plus minus elongatis et habitu magis lichenoideo. — Huc quoque ducendæ sunt: *Plac. flexella* (Ach.) Fr., *Plac. incerta* (Mass.), *Plac. xenophona* Körb. — Cfr. Syll. VIII p. 769 et X p. 52.

1. **Placographa Felsmanni** Stein, Schles. Krypt. II, 2, p. 262 (*Xylographa*) Cfr. Rehm Disc. p. 314. — Ascomatibus sessilibus, subrotundis v. ellipsoideis, disco applanato, atro-brunneo, tenuiter et altiuscule saturatius marginato, 100 μ. diam.; ascis breve napiformibus, 8-sporis; sporidiis oblongo-ellipsoideis, continuis sed medio sæpe constrictis, hyalinis, 4-7 × 2; paraphysibus submucosis, hyalinis; hypothecio hyalino, excipulo atro-brunneo. 3747

Hab. in disco ligni vetusti Pinorum in Sudetis.

2. **Placographa hysterella** Nyl. Nouv. class. des Lich. in Mém. Soc. sc. Nat. Cherb. 1855, 200 (*Xylographa*). — Ascomatibus minutis, circ. 250 μ. long., nigris, emersis, oblongis, rima profunda longitudinali plicata v. rarius, eadem satis dilatata, concavis; ascis octosporis, paraphysibus non bene distinctis obvallatis; sporidiis continuis, ovoideis, hyalinis, 4-5 × 2-2,5; hypothecio infra continue nigro, gelatina hymenæa jodo cærulescente dein sordide vinose rubenti. 3748

Hab. ad ligna abietina indurata in Vogesis (Mougeot). — Potius varietas minor *Placographæ* (Patinellæ) *flexellæ*.

3. **Placographa laricicola** Nyl. Flora 1875, p. 13 (*Xylographa*) Leight. Lichenfl. p 391. — Ascomatibus nigris, minutis, superficialibus, oblongis v. leviter flexuosis, irregulariter sparsis, demum subexplanatis, margine evanescenti, intus albidis; hypothecio brunneo; 3749

ascis aparaphysatis, octosporis; sporidiis ellipsoideis, continuis, hyalinis, 12-15 × 6-8; gelatina hymenæa jodo vinose rubescenti.

Hab. in areis dealbatis truncorum Laricis in Scotia. — A *Placographa incerta* (Mass.) forte non satis diversa, observante cl. Rehmio.

PSILOTHECIUM Clements in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1903, p. 85 (nec Fuck. quod = *Stagonospora* v. *Rhabdospora*) (Etym. *psilos* tenuis, *thecium* pro apothecio). — Ascomata superficialia, sessilia, ceraceo-coriacea, cupulato-hemisphærica, nuda, nigra, minuta; epithecium nullum vel obsolescens; paraphyses lineares simplices, hyalinæ. Discus seu hymenium læticolor; hypothecium plectenchymaticum, crassum, pallide fuscum; excipulum carbonaceum, crassum, glabrum vel tuberculatum, brunneo-nigrum, margine libero incurvo. Asci octospori, clavati, jodo non tincti; sporidia continua, hyalina, elliptica, levia. — *Patinellæ* affinis, sed differt paraphysibus simplicibus, epithecio nullo hymenioque læticolore.

1. **Psilothecium incurvum** Clem. l. c. p. 86. — Ascomatibus superficialibus, sessilibus, gregariis, ceraceo-coriaceis, oblongato-hemisphæricis 400-700 × 300-400; hymenio pallide brunneo v. isabellino, 125 μ. alt., paraphysibus linearibus, simplicibus, superne vix v. haud incrassatis, hyalinis, 2 μ. lat.; hypothecio plectenchymatico, pallide isabellino 125 μ. alt.; excipulo isabellino, sub micr. nigro-carbonaceo, cellulis 6-8 μ. diam., extus crebre minuteque tuberculatis, infra 50 μ. cr., margine libero, incurvo 25 μ. cr.; ascis octosporis, clavatis, stipitatis, jodo non tinctis, 70-80 × 10; sporidiis rečte v. oblique monostichis, ellipticis, hyalinis, levibus, 8-9 × 4. 3750

Hab. ad lignum udum decorticatumque Salicis chlorophyllæ, Placer, in montibus Sangre de Christo Amer. bor.

ACTINOSCYPHA Karst. — Syll. VIII p. 774.

1. **Actinoscypha atopa** Rehm in Hedw. XLIV, p. 8 (1904). — Ascomatibus ad marginem macularum in hypophyllo late distributarum, albarum, orbicularium, tenuissime parenchymatice contextarum, 0,5-1,5 mm. lat., rarissime confluentium singularibus, interdum 2-3 congregate sessilibus, primitus globoso-clausis, mox patellaribus, disco plano tenuiter marginato, fuscis, in sicco nigris, excipulo glabro, parenchymatice crasse contexto, hypothecio fuscidulo, 200-300 μ. diam., ceraceis; ascis clavatis, apice rotundatis, 50-70 × 10-12, 8-sporis; sporidiis ellipsoideis, 1-cellularibus, episporio utroque 3751

apice valde incrassato, hyalinis, 8–10 × 4–4,5, distichis; paraphysibus filiformibus 2 μ., ad apicem 5 μ. cr. et fuscis, epithecium crassum formantibus.

Hab. in foliis Myrtaceæ, Blumenau Brasiliæ (E. Ule) et ad folium arboris ignotæ, Sao Francisco Brasiliæ (E. Ule). — Sporidia lichenes blasteniosporos memorant et genus iis parallelum demonstrant.

HETEROSPHÆRIA Grev. — Syll. VIII p. 775, XI p. 434, XVI p. 1151.

1. **Heterosphæria fendlericola** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi p. 9. — Ascomatibus dense sparsis, immersis, dein erumpentibus v. subliberis, fere nigris, coriaceis, cyathiformibus 0,5-1 mm. diam.; epithecio nigro-brunneo; ascis cylindrico-clavatis, paraphysibus permultis obvallatis, 50-60 × 5; sporidiis distichis vel irregulariter dispositis, cylindraceis, hyalinis interdum 1-septatis 8-10 × 2-3. 3752

Hab. in ramis putrescentibus Fendleræ rupicolæ, Hermosa, Colorado Amer. bor.

PSEUDOPHACIDIUM Karst. VIII p. 776, XIV p. 818, XVI p. 791.

1. **Pseudophacidium Salicis** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. 1903, Nachtr. III, p. 97. — Ascomatibus gregariis vel sparsis, epidermide atrata tectis, dein rimose erumpentibus, ellipticis v. elongatis obtusis, rarius rotundatis, vix emergentibus 200–300 × 100–200 extus atro-brunneis, disco brunneo denticulato-marginato; ascis clavatis, longiuscule stipitatis octosporis, 50-60 × 5; sporidiis mono-distichis, oblongis, continuis, hyalinis, minute guttulatis, 8-12 × 2-2,5; paraphysibus filiformibus, apice clavulatis, subhyalinis. 3753

Hab. in ramis corticatis emortuis Salicis capreæ, Luxemburg.

2. **Pseudophacidium Vincæ** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 98. — Ascomatibus gregariis v. sparsis, epidermide immutata, laxa, tectis, dein rimose v. 4-laciniato-erumpentibus et prominulis, initio punctiformi apertis, extus nigricantibus 0,4-1,5 mm. lat., dein discum concavum griseum, demum griseo-brunneum ostendentibus; ascis clavatis breve-stipitatis 8-sporis, 45–62 × 8 filiformi-paraphysatis; sporidiis distichis, elliptico-fusiformibus, rectis, continuis, 2-guttulatis, hyalinis, 10-12 × 2,5-3. 3754

Hab. in caulibus Vincæ minoris, Luxemburg. — A *Phacidio Vincæ* bene distinctum.

Pseudophacidium atro-violaceum v. Höhn in Rehm Ascom. Exs. 3755

n. 1557, Ann. Mycol. 1904, p. 516, Oesterr. bot. Zeit 1905. — Ascomatibus gregariis, satis crebris, vulgo rotundatis, v. subquadraticis v. irregulariter oblongis, nigris, cortice nidulantibus dein erumpentibus et corticis laciniis 4-5 cinctis, applanatis, 0,5-2 mm. lat., gelatinoso-carnosis, 350 μ. cr.; hypothecio 60 μ. cr., minute celluloso-plectenchymatico, hyalino; ascis copiosis, clavatis, crassiuscule tunicatis, 160-200 × 14-17, octosporis; sporidiis continuis, hyalinis, versiformibus, ovoideis, oblongis v. subfusoideis, utrinque rotundatis, vulgo 1-rarius 2-guttatis, monostichis, 12-23 × 7-11; paraphysibus copiosis, hyalinis, filiformibus, septulatis, hyalinis, 1,5-2 μ. cr. sursum clavulatis atro-violaceis, usque 8 μ. cr. agglutinatis, ascos superantibus et epithecium nigro-violaceum formantibus.

Hab. ad ramos siccos Cratægi Oxyacanthæ, Wiener Wald Austriæ. — A *Phac. verecundo* colore disci et paraphysium omnino diversum.

NESOLECHIA Massal. — Syll. X p. 53.

1. **Nesolechia punctum** Massal. Lich. ital. exsicc. n. 153, Zopf. Nov. Act. Leop. Carol. LXX, p. 254, c. ic. — Ascomatibus laxe gregariis, subinde 2-7 confluentibus, immersis dein semiemergentibus, hemisphæricis, nigris, 50-190 μ. diam. supra planis v. convexulis, vix marginatis; ascis clavato-cylindraceis, apice rotundatis, subsessilibus, 38-40 × 7-9, octosporis; paraphysibus crassiusculis simplicibus v. furcatis, guttulatis septatisque, apice paullo incrassatis, rotundatis, hyalinis; sporidiis oblique monostichis oblongis, utrinque rotundatis, rectiusculis, 2-guttatis v. eguttatis, hyalinis, 6.2-8 × 2,6. 3756

Hab. in thallo Cladoniæ digitatæ v. brachytes ad oras Islandiæ et Terræ-novæ et in thallo Cladoniarum variarum in Ital. bor. — Specimina ital. præbent sporidia tereti-fusoidea 9-12 × 2.

2. **Nesolechia cladoniaria** (Nyl.) Zopf in Hedw. 1896, p. 323, *Lecidea* Nyl. Enum. génér. des Lich. p. 339, Leight Lich. Brit. p. 388. — Ascomatibus crebriusculis minutis, leviter prominulis, opace nigris, rugulosis; ascis octosporis, modice paraphysatis; sporidiis oblongis, continuis, 10 × 3,5 hyalinis (subinde fuscellis : hypothecio subnigricante; gelatina hymenæa jodo cærulescente dein sordide tincta 3757

Hab. in thallo Cladoniæ uncialis et C bellidifloræ in

Britannia et Gallia. — Matricem deformat et verrucoso-rugosam reddit

3. **Nesolechia associata** (Th. Fr.) Sacc. et D. Sacc. *Leciographa associata* (Th. Fr.) Zopf Hedw. 1896, p. 341, *Lecidea associata* Th. Fr. Lich. Spitsb. p. 42. — Ascomatibus minutis, vix 500 μ. diam., primo innatis dein erumpentibus, concavis, dein depressis, tenuiter marginatis, disco ruguloso, atro, nudo; hypothecio achroo; ascis clavato-cylindraceis, paraphysibus crassiusculis, articulatis, apice fuscescentibus obvallatis, octosporis; sporidiis 1-seriatis breve ellipsoideis, 7-9 × 6-7 v. subglobosis 7-8 μ. diam., continuis, hyalinis. 3758

Hab. in thallo Ochrolechiæ tartareæ in Spitsbergia.

4. **Nesolechia pertusariicola** (Jatta) Sacc. et D. Sacc. *Lecidea pertusariicola* Jatta, N. Giorn. bot. ital. 1894, pag. 246. Syll. Lichen. ital. p. 353. — Ascomatibus aterrimis, primitus punctiformibus dein applanatis suburceolatis, margine tenui persistente; sporidiis tereti-oblongis, minutis, 10-13 × 2-3. 3759

Hab. in thallo Pertusariæ communis in ins. Melita (Malta).

5. **Nesolechia? intumescens** Flörke in Flora 1828, p. 690 (*Lecidea*), Rehm Disc. p. 321. — Ascomatibus innatis v. insculptis, nigris, 500 μ. diam., disco tenuiter marginato, plano; ascis late clavatis, octosporis, paraphysibus conglutinatis, brunneis obvallatis; sporidiis distichis, oblongo-ellipsoideis, 10-13 × 5-6, hyalinis continuis; hypothecio atro-brunneo. 3760

Hab. in areis brunneis rugulosis ad thallum Lecanoræ sordidæ et L. sulfureæ in Germania. — Incertum an sit potius lichen.

6. **Nesolechia Verrucariæ** (Metzl.) Rehm in litt. *Scutula Verrucariæ* Metzl. *Lecidea Verrucariæ* Nyl. Fora 1868, p. 164. — Ascomatibus nigris planis c. 0,5 mm. lat., margine obtusiusculo, demum evanescente; sporidiis octonis, incoloribus, ellipsoideis v. oblongis, simplicibus, 13-20 × 4,5,5; paraphysibus crassiusculis, apice incrassatis fuscis; hypothecio fusco, gelatina hymenæa jodo ope vinose rubente. 3761

Hab. ad saxa calcarea in ins. Stœchadibus [Hyères] (Metzler). — An in thallo *Verrucariæ?*

7. **Nesolechia dispersula** (Arn.) Rehm in Saruth. et Dalle Torre Pilzflora Tirol. p. 351 (sub prelo), *Lecidea dispersula* Arn. Exs. n. 1771 (absque diagnosi). — Ascomatibus sparsis lenticularibus subsuperficialibus, nigris, 250-300 μ. diam., demum convexulis, immarginatis, epithecio nigricante, hypothecio rufescente; ascis cla- 3762

vatis apice rotundatis deorsum stipitiformi-tenuatis, 42-48 × 14, paraphysibus bacillaribus, subinde furcatis, æqualibus, hyalinis obvallatis, 4-8-sporis; sporidiis subdistichis, elliptico-oblongis, utrinque rotundatis, inæquilateris, continuis, farctis, hyalinis, 11-12 × 4-4,5.

Hab. in thallo Aspiciliæ polychromæ f. candidæ ad rupes ad Rodella supra jugum versus Val di Fassa agri Tridentini.

8. **Nesolechia leptostigma** (Nyl. Sacc. et D. Sacc., *Lecidea leptostigma* Nyl. Flora 1868, p. 344, Leight. Lichens. p. 385. — Ascomatibus fusco-nigricantibus, innatis, minutis, gregariis; ascis octosporis; paraphysibus sursum incrassatulis et flavicantibus obvallatis; sporidiis hyalinis, continuis, globosis vel globoso-ellipsoideis, 5-9 μ. diam.; hypothecio vix lutescenti, gelatina hymenæa jodo immutata. 3763

Hab. in thallis albidis rimulosis parasitica, ad rupes micaceo-schistosas Scotiæ.

*

BIATORELLINA P. Henn in Hedw. 1903, p. 307) (Etym. *Biatora*, cui affinis). — Ascomata superficialia, sessilia v. stipitata, obconico-patellata, submarginata, cornea, dura, atra, disco plano. Asci clavati, polysperi, paraphysati; sporidia breve bacillaria, hyalina, continua. — Genus *Biatorellæ* et *Comesiæ* affine; præsertim ascomate atro cornec sporidiisque allantoideis dignoscendum

1. **Biatorellina Buchsii** P. Henn. l. c., c. ic. — Ascomatibus sparsis v. gregariis superficialibus, subsessilibus v. breve stipitatis, primo subgloboso-clausis, dein obconico-patellatis v. discoideis, marginatis, 0,6-1 mm. diam., corneis, duris, olivaceo-atris, disco plano v. subconvexo, levi, extus rugulosis v. levibus; stipite immerso atro subtereti v. obconico, 0,5 mm. alt., 0,2 mm. cr.; ascis cylindraceo-clavatis vertice obtuse rotundatis, crassius tunicatis, basi tenuatis, nec vere stipitatis, polysporis, 70-100 × 10-18, copiose filiformi-paraphysatis; paraphysibus 2 μ. cr., subhyalinis, septatis, apice olivaceis clavatis 2,5-3 μ. cr; sporidiis breve bacillaribus utrinque obtusis (allantoideis curvulis, hyalinis 2,5-3 × 0,5; hypothecio olivaceo, crasso. 3764

Hab. ad lignum abietinum vetustum, Proskau Silesiæ (M. Buchs).

Sect. 2. **Didymosporæ.**

PATELLEA Fr. — Syll. VIII p. 783, XIV p. 820.

1. **Patellea Loranthaceæ** P. Henn. Fung. Amaz. II, p. 269 (Hedw. 3765
1904). — Ascomatibus hypophyllis gregarie sparsis, interdum in maculis albidis, rotundato-subcupulatis vel discoideis sessilibus, corneis, atris, disco granuloso, ca. 1 mm. diam.; ascis cylindraceo-clavatis, obtuso-rotundatis, tunicatis, 8-sporis, 60-90 × 12-14; paraphysibus copiosis, filiformibus, superantibus apice conglutinatis, epithecio fusco; sporidiis subdistichis rarius oblique monostichis, ovoideis vel clavatis, medio 1-septatis vix constrictis, hyalinis, 12-16 × 5-6.

   Hab. in foliis Loranthaceæ cujusdam, Manaos, Rio Negro, Amer. merid.

2. **Patellea cladoniella** (Nyl.) Rich. Lich. Deux Sèvr. 1877, pag. 42 (tantum nomen).

   Hab. in thallo Cladoniæ fimbriatæ var. subuliferæ (Zopf) et var. Cladoniarum in Gallia (Richard). — In operibus Nylanderi et Hue speciem non reperimus: an eadem ac *Scutula epicladonia* (Nyl.) Zopf?

JOHANSONIA Sacc. — Syll. VIII p. 785.

1. **Johansonia Guazumæ** P. Henn. Fungi Amaz. II, p. 269 (Hedw. 3766
1904). — Ascomatibus sparsis epiphyllis sessilibus, basi setulosis, rotundato-discoideis, atris, ca. 250 μ. diam.; ascis clavatis, obtusis, 8-sporis, ca. 40-50 × 5-6; paraphysibus filiformibus, hyalinis, apice rotundatis, ca. 1 ½ μ. incrassatis; sporidiis oblique monostichis ovoideis v. ellipsoideis, 2-guttulatis, medio 1 septatis haud constrictis, 6-8 × 3-3 ½.

   Hab. in foliis Guazumæ roseæ, Bocca do Tejo, Rio Juruá Amer. bor.

TRYBLIDIOPSIS Karst. — Syll. VIII p. 786, XVI p. 794 *).

---

*) Quoad genera *Tryblidiella, Rhytidhysterium, Tryblidaria, Tryblidium* et *Tryblidiopsis* cfr. delimitationem et dispositionem novam cl. Rehmii in Ann. Mycol. 1904, p. 522. Ibi *Tryblidiopsis Arnoldi* in *Sylloge* omissa declaratur, sed adest sub nom. *Pseudographis Arnoldi* Rehm — Syll. II, p. 770.

1. **Tryblidiopsis occidentalis** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi 3767
pag. 9. — Ascomatibus sparsis, immersis, dein prominenti-emergentibus, postremo fere liberis, sessilibus, nigris, interdum rugosis, disco intense brunneo, 0,5-1 mm. diam.; ascis fere ovalibus, circ. 100 × 25-30; paraphysibus asco longioribus, superne ramosis et paullulo inflatis; sporidiis fere ovalibus, utrinque rotundatis, 1-septatis initio hyalinis, muco obvolutis, dein intense brunneis interdumque constrictis, 30 × 18.

Hab. in ramis emortuis, decorticatis Juniperi, Hermosa, Colorado Amer. bor.

2. **Tryblidiopsis Pinastri** (Pers.) Karst. — Syll. VIII, pag. 786. — Huc ducenda, teste v. Höhn. in litt., *Dermatea Pini* Otth. — Syll. XIV p. 795.

SCUTULA Tul. — Syll. VIII p. 486, X p. 25, XI p. 416.

1. **Scutula peltigerea** (Th. Fr.) Rehm in litt. *Arthonia* (Coniangium), 3768
peltigereum Th. Fr. (Bot. not. 1860, p. 14-18). — Ascomatibus prorumpentibus, convexis tandemque fere semiglobosis vel ætate provectis circa semiglobum centralem una alterave costa circulari circumdatis, nigris, nudis, diam. admodum vario, 0,5-2 mm. hypothecio fusco, paraphysibus indistinctis, non tamen in massam granulosam mutatis, dilute sed apice intensius fuscescentibus, gelatina hymenæa jodo vinose rubente; ascis inflato-clavatis; sporidiis generis, utrinque obtusis, hyalinis, 14-20 × 6-7.

Hab. in thallo Peltigeræ caninæ in Suecia.

2. **Scutula tuberculosa** (Th. Fr.) Rehm in litt. *Biatorina tuberculosa* 3769
Th. Fries Lich. Arct. p. 188. — Crusta nulla; ascomatibus adnatis, sparsis, primo planiusculis et margine tenuissimo cinctis, mox convexis immarginatisque, varie tuberculatis, fusco-atris vel nigricantibus; ascis anguste clavatis; paraphysibus conglutinatis, apice olivaceo-fuscescentibus cinctis, 8-sporis; sporidiis luteolo-hyalinis, fusiformibus oblongis vel elongatis, 1-septatis, 10-14 × 4; lamina sporigera jodo passim cærulescente.

Hab. supra thallum vivum Peltigeræ, Norvegia, in Solorina saccata, Spitsbergia. — A *Sc. miliari* ascomatum mole, forma, colore diversa. Spermogonia adsunt cum spermatiis longis, linearibus, rectis vel paullulum curvatis.

3. **Scutula affinis** (Massal.) Zopf in Hedw. 1896, p. 347, *Spilodium* 3770
affine Mass. Misc. lich. p. 15. — Ascomatibus maculiformibus, irregularibus, tenuibus, concaviusculis, fusco-nigris, udis protube-

rantibus, convexis, badio-castaneis; ascis clavatis, 8-sporis, paraphysibus clavatis apice diaphanis capitellatis obvallatis; sporidiis diaphanis, clavatis, constricto-1-septatis, 12-18 × 3,6-4,3.

Hab. in thallo Peltigeræ caninæ in oppido Badia Italiæ borealis.

4. **Scutula? leptogica** (Nyl.) Zopf, Hedw. 1896, p. 354, *Lecidea leptogica* Nyl. Flora 1875, p. 13, Hue Add. Nyl. p. 242. — Ascomatibus nigricantibus, subimmarginatis; ascis octosporis; sporidiis elliptico-ovoideis, hyalinis, continuis, dein 1-septatis, 9-12 × 4,5-5,5; epithecio brunneo; hypothecio achroo. 3771

Hab. in thallo Polychidii muscicoli in Gallia occidentali.

5. **Scutula epicladonia** (Nyl.) Zopf, Hedw. 1896, p. 324, *Lecidea epicladonia* Nyl. Flora 1887. pag. 132. — Ascomatibus nigris opacis, nonnihil obsolete virentibus, minutis, confertis, immarginatis, intus obscuris; ascis octosporis; paraphysibus gracilibus æqualibus; sporidiis oblongis, 1-septatis, 11-16 × 3,5-4.5, hyalinis. 3772

Hab. in thallo Cladoniæ pyxidatæ var. pocilli in Cebennis.

6. **Scutula episema** (Nyl.) Zopf, Hedw. 1896, p. 316 et in Nov. Act. Leop. Carol. LXX, 1897, p. 134, c. icone, *Lecidea episema* Nyl. Flora 1868, p. 165. — Ascomatibus distincte marginatis 240-500 μ. diam., nigris, plerumque 5-12 arcte aggregatis; ascis octosporis clavatis, apice rotundatis, breve crasse stipitatis, 35 × 10, paraphysibus capitatis atro-virescentibus septatis obvallatis; sporidiis subdistichis elliptico-fusoideis, bicellularibus, non constrictis, 7-11 × 4-4,5; hypothecio rufo-brunneo. 3773

Hab. in areolis thalli Aspiciliæ calcareæ in Gallia et Britannia.

7. **Scutula cristata** (Leight.) Sacc. et D. Sacc., *Lecidea cristata* Leight. Lichenfl. Brit. p. 385. — Ascomatibus nigris, minutissimis, solitariis v. sæpius aggregatis v. flexuose seriatis, concavis, obtuse tenuiter marginatis; hypothecio nigro, carbonaceo; ascis octosporis; sporidiis lineari-oblongis, tenuiter 1-septatis, hyalinis, 6,5-8 × 2-3. 3774

Hab. in thallo Lecanoræ subcarneæ in Britannia.

8. **Scutula supernula** (Nyl.) Sacc. et D. Sacc., *Lecidea supernula* Nyl., Flora 1876, p. 574, Hue Add. Nyl. p. 176. — Ascomatibus nigris, 3-6-aggregatis, planis, marginatis, demum convexis immarginatis, intus concoloribus; ascis octosporis; paraphysibus crassiusculis apice clavulatis cærulescenti-nigricantibus; sporidiis oblon- 3775

go-ovoideis, 9-14 × 4-5, 1-septatis, hyalinis; hypothecio et excipulo atro-cæruleo superne rufo-rubricoso.

Hab. in thallo Aspiciliæ calcareæ in Scotia.

KARSCHIA Körb. — Syll. VIII p. 779, X p. 56, XI p. 434, XIV p. 820, XVI p. 792.

I. *Eu-Karschia:* species saprophytæ.

1. **Karschia nigerrima** Sacc. — Syll. VIII p. 799. — var. **globulifera** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 223, Ic. fung. Jav. t. 59, f. 4. — A typo recedit paraphysibus apice non tantum incrassatis sed in globulum rufo-fuscum 4-5 μ. diam. desinentibus; ascomatibus 0,3 mm. diam.; ascis 50-56 × 13-15; sporidiis breve fusoideis, sæpe inæquilateris 17-18 × 5,5, olivaceo-fuligineis, non vel vix constrictis. 3776

Hab. ad ramos decorticatos putres, Tjibodas, in insula Java.

2. **Karschia occidentalis** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, fungi p. 8. — Ascomatibus nigris, sessilibus, discoideis, basi immersis, breve marginatis, disco nigro, rugoso plano vel interdum convexo, circ. 500 μ. diam.; ascis stipatis, cylindraceis 40-50 × 8-10, paraphysibus asco longioribus; sporidiis subdistichis, ovalibus, brunneis, curvulis 1-septatis, non constrictis, 12 × 6. 3777

Hab. in ramis emortuis, putrescentibus Juniperi, Hermosa, Colorado Amer. bor.

3. **Karschia patinelloides** (S. et R.) Sacc. — Syll. VIII, p. 780 — var. **Mossolovii** P. Henn. in Hedw. 1902, p. (65). — Ascomatibus superficialibus sparsis vel gregariis, plano-cupulatis, marginatis, dein discoideis, sessilibus, atro-opacis, ca. 0,4-0,5 mm. diam.; ascis clavatis, apice obtuse rotundatis, haud stipitatis, octosporis, 40-50 × 12-16, paraphysibus obvallatis, 50-60 × 2, ramosis, apice brunneo-olivaceis, vix incrassatis; sporidiis subdistichis, oblongis, subfusoideis, utrinque obtusis, medio 1-septatis, haud constrictis, 2-4-guttulatis, fuscidulis, 12-15 × 4-4,5. 3778

Hab. ad lignum decorticatum Alni? prope Moskau Rossiæ (N. A. Mossolow).

4. **Karschia crassa** Fairm. Journ. of Mycol. 1904, p. 229. — Ascomatibus sparsis, sessilibus, nigris, minutis, 0,5 mm. diam., applanatis crassiuscule concolori-marginatis; ascis cylindraceis vel tereti-clavatis 33 × 13; sporidiis inæqualiter distichis 1-septatis, non 3779

constrictis, brunneis, bi-guttulatis 10 × 7, crasse tunicatis; paraphysibus tenuibus, apice incrassatis, sed non septatis.

Hab. in ligno putri, in silvaticis, Lyndonville, N. Y. Amer. bor. — Ab affini *Karschia lignyota* sporidiis crassioribus et ascis brevioribus et a *Karschia patinelloide* paraphysibus non septato-capitatis mox dignoscitur.

5. **Karschia Atherospermæ** Mass. et Rodw. Kew Bull. 1901, p. 159. 3780
— Ascomatibus erumpentibus, carnosis, convexo-planis, atris, glaberrimis 500 μ. latis; ascis clavatis, octosporis, jodo haud tinctis, 50-60 × 12-14; sporidiis distichis, elliptico-oblongis, 1-septatis, loculo supero majusculo, fuligineis, 18-20 × 7-8; paraphysibus clavatis, apice brunneo-tinctis.

Hab. in caulibus foliisque emortuis Atherospermatis moschati, Hobart Tasmaniæ (Rodway). — Affinis *Karschiæ buellioidi* Sacc.

6. **Karschia tjibodensis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 223, Ic. 3781
fung. Jav. tab. 60, f. 1. — Sparsa v. laxe gregaria, disciformis, applanata, vix marginata, nigra, opaca, 0,7 mm. diam., ceraceo-coriacea, glabra; contextu excipuli celluloso, ad marginem paullo angustiore; ascis tereti-clavatis, apice rotundatis, 50-60 × 9-10 subsessilibus, octosporis; paraphysibus copiosissimis dilute olivascentibus, filiformibus, coalescentibus, apice non globuligeris; sporidiis distichis v. oblique monostichis, breviter fusoideis, rectis, utrinque obtusulis 10-14 × 4-5, atro-olivaceis, 1-septatis, vix constrictis.

Hab. in rachide foliorum Palmarum, Tjibodas in insula Java. — Ab affini *K. nigerrima* var. *globulifera* differt sporidiis brevioribus, paraphysibus non globuligeris.

II. *Karschiella* Sacc.: species parasiticæ lichenicolæ.

7. **Karschia advenula** (Leight.) Zopf, Hedw. 1896, p. 349, *Lecidea* 3782
advenula Leight Brit. Lichenfl. pag. 388. — Ascomatibus nigro-fuscis, minutis, orbicularibus, planis v. subconvexis, tenuiter marginatis, demum fere immarginatis, intus brunneis; ascis octosporis; paraphysibus conglutinatis apicibus crassis nigro-fuscis; sporidiis oblongis, 1-septatis, nigro-fuscis, 24 × 13.

Hab. in thallo Pertusariæ sulphureæ in Britannia.

8. **Karschia epiphorbia** (Leight.) Zopf in Hedw. 1896, p. 357, *Lecidea* 3783
epiphorbia Leight. Brit. Lichenf. p. 388. — Ascomatibus nigris, convexis, immarginatis; ascis 8-sporis; paraphysibus æqualibus,

hyalinis; sporidiis oblongis, 1-septatis, 12-15 × 6, ex hyalino flavidis.

Hab. in thallo Solorinæ limbatæ et Sol. bisporæ in Scotia.

9. **Karschia adjuncta** (Th. Fries) Zopf Hedw. 1896, p. 353, *Buellia adjuncta* Th. Fr. Bot. Not. 1866, p. 14-18, Flora 1866, p. 316. — Ascomatibus minutis, 300-400 μ. diam., adnatis, concavis marginatisque, rarius demum planiusculis immarginatisque, atris, nudis; ascis inflato-clavatis, octosporis; paraphysibus laxe cohærentibus, nigro-capitatis; sporidiis ellipsoideis, utrinque obtusis, 13-16 × 7-8, brunneis, 1-septatis; gelatina hymenæa jodo immutata. 3784

Hab. in thallo Placodii straminei in Finmarkia Scandinaviæ.

10. **Karschia vermicularis** (Lindsay) Rehm et Arnold in Hedw. 1903, p. (174), *Lecidea vermicularis* Lindsay, Trans. Soc. Edimb. 1859, p. 143, t. 5, fig. 24, 25. — Ascomatibus creberrimis, immersis, depressis vel applanatis, orbicularibus, nigris, minutis; ascis irregulariter obovatis, haud pedicellatis, octosporis; sporidiis oblongo-ovalibus, 1-septatis, medio constrictis, fuscis. 3785

Hab. parasitica in Thamnolia vermiculari, in insulis Falklandiæ (Antarctic Expedition 1839-43 Doct. Hooker).

11. **Karschia particularis** (Nyl.) Zopf, Hedw. 1896, p. 360, *Lecidea particularis* Nyl. Flora 1877, p. 461, Leight. Lichenfl. p. 386. — — Ascomatibus planis, marginatis, nigris, intus concoloribus; hypothecio et excipulo nigricantibus; ascis octosporis, obsolete paraphysatis; sporidiis ellipsoideis, fusco-nigricantibus, 1-septatis, 8-10 × 3,5-4,5; gelatina hymenæa jodo intense cærulescente. 3786

Hab. in thallo Sphyridii byssoidis in Hibernia (Larbalestier).

12. **Karschia glauco-nigella** (Nyl.) Zopf in Hedw. 1896, p. 361, *Lecidea glauco-nigella* Nyl. Lich. Scand. pag. 238. — Ascomatibus opace nigris, parvis, 300-500 μ. diam., superficialibus, immarginatis, planis, scabriusculis, intus prope concoloribus; ascis octosporis, paraphysibus non bene discretis obvallatis; sporidiis oblongis, 1-septatis, fuscis, 11-16 × 6-9. 3787

Hab. in thallo Sphyridii byssoidis in Scandinavia.

13. **Karschia homoclinella** (Nyl.) Zopf Hedw. 1896, p. 329, *Lecidea homoclinella* Nyl. Flora 1872, p. 361. — Ascomatibus parvis subimmarginatis 300 μ. diam., disco luteo-fuscescente, hypothecio infuscato; ascis octosporis, paraphysibus mollibus subarticulatis ob- 3788

vallatis; sporidiis ellipsoideis vel oblongo-ellipsoideis, 7-11 × 3-4, brunneis, 1-septatis, gelatina hymenæa, jodo e cærulescenti vinose rubenti.

Hab. in thallo Lecanoræ atryneæ ad Betulam in Fennia.

MELASPILEA Nyl. — Syll. X p. 58.

I. *Eu-Melaspilea:* asci octospori.

1. **Melaspilea populina** (? Crouan) Rehm in Hedw. 1903, pag. (173), *? Patellaria populina* Crouan Fin. p. 46, *Karschia populina* (Crouan) Sacc. — Syll. VIII, p. 782. — Ascomatibus in ligni cariosi superficie dilutissime nigricante dispersis, late sessilibus, primitus globosis, dein patellaribus, disco plano, demum convexulo, acute marginato, fusco nigro, extus glabris, nigris 0,2-0,8 mm. diam., excipulo parenchymatico, subgelatinoso-ceraceo, fuscescente; ascis ovoideo-clavatis, apice incrassatis, sessilibus, 40-45 × 15, octosporis; sporidiis ellipsoideis, medio septatis, haud constrictis, hyalinis, demum dilutissime fuscidulis, 2-3-stichis, 12 × 5; paraphysibus filiformibus 1 μ. crassis, apice subramosis et fuscidulis, mucose coalitis 4 μ. cr., epithecium formantibus; hypothecio hyalino, hymenio jodii ope valde tincto.

Hab. in ligno putrescente Populi Tremulæ, Prencow Hungariæ (Kmet).

II. *Spilomela* Sacc.: asci polyspori.

2. **Melaspilea vermifera** Leight. Lich. Brit. p. 437. — Ascomatibus 3789
minutissimis, nigris, innatis, anguloso-oblongis, siccis planis, tenuiter marginatis, udis convexulis immarginatis; disco pallido; ascis lineari-oblongis, filiformi-paraphysatis, polysporis; sporidiis inordinate spiralibus, tereti-fusoideis, 1-septatis, hyalinis, utrinque acutis curvisque, 22 × 2.

Hab. in thallo et apotheciis Variolariæ (Pertusaria) discoideæ in Britannia.

Sect. 3. Phragmosporæ.

PATELLARIA Vahl — Syll. VIII p. 786, X p. 61, XI p. 434, XVI p. 795.

1. **Patellaria callispora** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 224, 3790

Ic. fung. Jav. t. 60, f. 2. — **Laxe gregaria vel hinc inde approximata, scutellata, erumpenti-superficialis, sessilis, majuscula 1-1,3 mm. lata, ceraceo-coriacea, glabrescens, atro-brunnea, margine acutiusculo leviter elevato-inflexo; ascis crasse cylindraceis, brevissime stipitatis, apice obtuse tenuatis, 140-150 × 18, octosporis; paraphysibus filiformibus, coalescentibus, ochraceo-flavidis, apicibus concretis ochraceis; sporidiis oblique monostichis, majusculis, crasse fusiformibus, rectis v. curvulis, 36-42 × 12-15, sæpius 36 × 12, utrinque acute apiculatis, diu hyalinis 7-9 cuboideo-nucleatis, dein 7-septatis, non constrictis, atro-fuligineis, intus granulosis, locellis extimis subhyalinis.**

Hab. in ramis putridis corticatis, Tjibodas, in insula Java. — Colore ascomatis et sporidiis omnino peculiaribus mox dignoscenda.

LECIOGRAPHA Massal. — Syll. X p. 61, XVI p. 797.

I. *Mycolecidea* Karst. (= *Patellaria* **Auct. nonnull. et Sacc. e. p.**): **species saprophytæ.**

1. **Leciographa Brownei** Massee, Kew Bull. 1901, p. 153. — Ascomatibus erumpentibus, elongatis, rectis seu tortis, applanatis, nigris 4–6 × 2 mm.; ascis elongato-clavatis, octosporis, paraphysibus filiformibus, ramosis, ascos superantibus; sporidiis oblongo-fusoideis 5-7-septatis, brunneis, 35–40 × 9-10. 3791

Hab. in ligno emortuo, in insula Ceylon (Brown).

2. **Leciographa patellarioides** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 82. — Ascomatibus gregariis vel sparsis, areis dealbatis libere sessilibus, disciformibus, fere immarginatis, brunneo-virentibus, demum nigricantibus, siccis concaviusculis, 200-300 μ. diam.; ascis cylindraceo-clavatis, subsessilibus, paraphysibus filiformi-clavulatis, sæpius brunneolis obvallatis, octosporis, 68-82 × 10-14; sporidiis 1-2-stichis, elliptico-fusoideis vel clavulatis, obtusis, 3-4-septatis, constrictulis, hyalinis, demum brunneolis, intus granulosis, 16-19 × 6-7. 3792

Hab. in ramis decorticatis Fagi, Luxemburg. — *Leciographæ franconicæ* affinis.

II. *Dactylospora* Körb.: **species parasiticæ, lichenicolæ.**

3. **Leciographa urceolata** (Th. Fr.) Rehm — Syll. X pag. 631. — var. **sodalis** Wainio, Adjum. II, p. 122. — Ascomatibus vix 200 3793

μ. diam., concavis margine tenui elevato, nitidulis nigris; ascis late clavatis octosporis; sporidiis oblongo-fusoideis, primo 3-septatis, demum 4-7-septatis, 13-20 ≈ 4-6, fuscescentibus; paraphysibus parum distinctis.

Hab. in thallo Bilimbiæ microcarpæ in Fennia. — Var. **Lopadii** Anzi Anal. lich. rar. p. 24 (sub *Celid. Lopadii*): ascomatibus parasiticis, minutissimis, nudo oculo invisibilibus, superficialibus, hemisphæricis, approximatis, nigris, apotheciorum discum totum vel ex parte habitantibus; sporidiis 6 ellipsoideis, utrinque obtusissimis, 5-septatis, loculis nonnullis geminatis, ad sepimenta vix constrictis, olivaceis, 14 ≈ 8. In disco apotheciorum Lopadii muscicoli ad Pinos vix elevatos alpium Bormiensium Italiæ bor. Habitus *Pharcidiæ congestæ* Körb. seu *Epicymatiæ vulgaris* Fuck.

4. **Leciographa plumbina** Anzi in Comm. Soc. critt. ital. I, 1861, 3794
p. 158. — Ascomatibus parvulis, sessilibus, atris, solitariis v. aggregatis, planis, margine tenui, deinde convexis et immarginatis, hypothecio fusco, epithecio viridulo; ascis clavatis octosporis 45-50 ≈ 10-12; paraphysibus conglutinatis intermixtis; sporidiis anguste fusoideis, 3-septatis, 17-28 ≈ 3-4, e pellucido fuscis.

Hab. in thallo Pannariæ plumbeæ ad truncos Oleæ pr. Pratolino Etruriæ, in Sardinia et Gallia. — Sporidia, teste cl. Rehm, 18-24 ≈ 4–5.

5. **Leciographa furfuracea** (Anzi) Rehm in litt. *Celidium furfuraceum* 3795
Anzi Cat. Lich. Sondr. p. 116. — Peritheciis punctiformibus, minutis, basi sæpe e thallo alieno marginatis, atris, furfuraceo-pulverulentis, planiusculis et marginatis v. convexis et immarginatis; ascis cylindraceis, octosporis paraphysatis; sporidiis seriatis, oblongis, triseptatis, 11-13 ≈ 6-7, pellucido-fuligineis.

Hab. in thallo Lecideæ sordidæ, L. nivalis et Rhizocarpi subconcentrici in Alpibus Bormiensibus Italiæ bor.

6. **Leciographa convexa** Th. Fr. Lich. Arct. p. 334 et Lich. Spitsb. 3796
p. 44. — Ascomatibus nigris, primo marginatis, dein immarginatis, convexis; ascis ventricoso-clavatis, 8-sporis; paraphysibus laxis brunneo-septatis obvallatis; sporidiis oblongis, sæpe curvatis, 4-cellularibus, brunneis, 16-22 ≈ 7, gelatina hymenæa jodo colorata.

Hab. in thallo Physciæ caesiæ et Acarosporæ chlorophanæ in Finmarkia. — Hypothecium nigricanti-fuscescens.

7. **Leciographa associata** (Norm.) Rehm in litt. *Melaspilea associata* 3797
Norm. Oefvers. Nyl. Vet. Ak. Forh. 1884, n. 8, p. 33. — Asco-

matibus 0,2-0,3 mm. lat., rotundatis vel difformibus, plano-convexiusculis sordide obscure fuscis, sæpius a thallo inquinatis; hymenio dilute fusco, 30-40 μ. alt., hypothecio et epithecio obscurius fuscis; sporidiis anguste turbinatis, deorsum acutatis, obsolete (ope Kalii manifeste) 4-locularibus.

Hab. parasitica in thallo Platygraphæ pericleæ (= Schismatomma dolosum) ad corticem Abietis in Norvegia.

8. **Leciographa parvula** (Arn.) Sacc. et D. Sacc. *Dactylospora parvula* Arn. Flora 1888, p. 112. — Ascomatibus nonnihil concavis, disco luteo-fusco, Kalii ope sanguineo; ascis octosporis; sporidiis oblongis, 3-septatis, 15-18 × 4, fuscis. 3798

Hab. in thallo Pertusariæ sp. ad cortices in ins. Miquelon. — Affinis *Lec. monspeliensi,* cujus discus Kalio immutatus manet.

9. **Leciographa Weissii** Körb. in Verhandl. zool. bot. Gesell. Wien 1867, pag. 707, Zopf in Hedw. 1896, pag. 342. — Ascomatibus thallo alieno cinctis, atris, immarginatis, difformibus, nunc scutellatis, nunc subcapitatis vel lirelliformibus; ascis 6-8-sporis, cylindraceis; sporidiis 3-septatis, brunneis, latitudine sua 4-6-plo longioribus. 3799

Hab. in thallo Ochrolechiæ et Pertusariæ sp. in Dalmatia.

10. **Leciographa parellaria** (Nyl.) Sacc. et D. Sacc. *Mycobilimbia? parellaria* (Nyl.) Zopf Hedw. 1896, p. 341, *Lecidea parellaria* Nyl. Flora 1876, p. 229, Hue Add. Nyl. p. 241. — Ascomatibus minutis, nigris, convexulis; ascis octosporis; sporidiis oblongis, fuscis, 1-rarius 3-septatis, 10-15 × 3,5-4,5; paraphysibus apice nigricanti-clavatis. 3800

Hab. in thallo Ochrolechiæ parellæ in Gallia et Hibernia. — Peraffinis *Dactyl. homoicæ.*

11. **Leciographa homoica** (Nyl.) Sacc. et D. Sacc. *Dactylospora homoica* (Nyl.) Zopf, Hedw. 1896, pag. 348, *Lecidea homoica* Nyl. Flora 1866, p. 373, 419, Hue Add. Nyl. p. 241. — Ascomatibus minutis, nigris, convexulis; ascis octosporis; sporidiis oblongis, fusco-nigrescentibus, leviter curvulis, 3-septatis, 10-15 × 3,5-4,5; hypothecio fusco-rubricoso. 3801

Hab. in thallo Pertusariæ communis in Jutlandia. — Conferenda cum *Lecid. convexa* Th. Fr. Arct. p. 234.

12. **Leciographa Lamyi** (Rich.) Sacc. et D. Sacc. *Dactylospora Lamyi* (Rich.) Zopf, Hedw. 1896, p. 335, *Lecidea Lamyi* Rich. ap. Nyl. Flora 1875, p. 446. — *Dactyl. homoicæ* affinis sed minor; asco- 3802

matibus planis, marginatulis; ascis octosporis, paraphysibus crassiusculis sæpe articulatis obvallatis; sporidiis oblongis, 3-septatis, fusco-nigricantibus, 15-23 ≈ 6-7.

Hab. in thallo Lecanoræ subfuscæ var. parisiensis in Gallia occidentali. — var. **Triplicantis** Wainio Adjum. II, p. 119. In thallo Lecideæ triplicantis in Karolia.

MYCOBACIDIA Rehm — Syll. X p. 66.

1. **Mycobacidia arenicola** (Nyl.) Sacc. et D. Sacc., *Lecidea arenicola* Nyl. ap. Leight. Lichenfl. p. 386. — Ascomatibus minutis, nigris, sessilibus, solitariis, concavis v. planis, margine crassiusculo, obtuso, leviter inflexo, levi; hypothecio atro-brunneo; ascis 4-sporis; sporidiis elongato-acicularibus, hyalinis, multiseptatis et multiguttulatis, 15 ≈ 4. 3803

Hab. in thallo Sphyridii byssoidis et Bæomycetis rosei in Gallia et Britannia.

DURELLA Tul. — Syll. VIII p. 790, X p. 59, XIV p. 822, XVI p. 795.

1. **Durella** (Leptopeziza) **pyrina** P. Henn. in Hedw. 1902, pag. 304. — Ascomatibus sparsis, orbiculari-discoideis, tenue coriaceis, sessilibus, atris, disco plano, breviter marginato, levi, 0,6–1 mm.; ascis clavatis, apice obtusis, 4-8-sporis, 100-130 ≈ 12-25; paraphysibus copiosis, ramosis, filiformibus, hyalinis ca. 2 μ. crassis; epithecio olivaceo; sporidiis fusoideis vel clavatis, obtusis vel acutiusculis, monostichis, olivaceo-fuscidulis vel viridulis, primo 6-9-grosse guttulatis, dein 3-7-septatis, 25-50 ≈ 8-12. 3804

Hab. in ramis Piri communis, S. Paulo Brasiliæ.

LECANIDION Rabenh. — Syll. VIII p. 795, X p. 60, XIV p. 821, XVI p. 796.

1. **Lecanidion atratulum** (Karst.) Sacc. Syll. VIII, pag. 796 — ***sardoum** Sacc. et Trav. in Annal. Mycol. 1903. — A typo differt margine ascomatis non levi sed minute ruguloso; sporidiis distichis, clavulatis; ascis paullo longioribus, matrice omnino diversa (nec ligno pineo). 3805

Hab. in caulibus Asphodeli macrocarpi pr. Sassari Sardiniæ (Berlese) — Ascomata 300-500 μ. diam.; asci 80-90 ≈ 11-13; sporidia 28-36 ≈ 5-6, 5-7-septata.

2. **Lecanidion neo-guineense** P. Henn. in Hedw. 1902, p. (65). — Ascomatibus singulariter vel cæspitose erumpentibus, superficialibus, 3806

primo clausis dein cupulatis marginatis, demum discoideo-convexis, sessilibus, subcorneis, atris, levibus, dein rimosis 1–1,5 mm. diam.; ascis clavatis, apice tunicatis, obtuse rotundatis, basi attenuato-curvulis, octosporis 40-60 × 10-13; paraphysibus obvallatis, filiformibus, septatis, hyalinis, apice fuscidulis 2-2,5 μ. crassis; sporidiis conglobatis, oblonge fusoideis, primo pluriguttulatis, dein 7-septatis, hyalinis 20-40 × 3-3,5.

Hab. in ramis corticatis, mt. Sattelberg in Novo-Guinea.

3. **Lecanidion tetrasporum** (Mass. et Morg.) Sacc. et D. Sacc. *Patellaria tetraspora* Massee et Morgan, Journ. of Myc. 1902, p. 180. — Ascomatibus applanatis, ellipticis, margine subelevato plus minusve distincte verticaliter striatis, nigris, 0,5-1 mm. longis; ascis cylindraceis, apice subconico-rotundatis, basi breve pedicellatis, 140-160 × 12-14, 4-sporis; sporidiis hyalinis, levibus constricte clavatis, apice obtusis, inferne acutiusculis, 7-9-septatis, maturitate monostichis 40-50 × 10-11; paraphysibus filiformibus, superne dense stipatis nigro-violaceis. 3807

Hab. in ligno emortuo Juglandis cinereæ, Preston, Ohio, Amer. bor. (Morgan).

4. **Lecanidion clavisporum** (B. et Br.) Sacc. et D. Sacc. Cfr. Rehm Ann. Mycol. II, 1904, pag. 37, *Durella clavispora* Sacc. — Syll. VIII, pag. 794 et Cooke F. brit. exs. II, p. 194 sub *Patellaria atrata* Fr. cum icon. — Ascomatibus gregariis, sessilibus, orbicularibus, patellariiformibus, primitus crasse marginatis, demum fere emarginatis, disco plano, excipulo glabro, parenchymatice crasse fusce contextis, nigris, 0,5-2 mm. diam.; ascis clavatis, apice rotundatis et valde incrassatis 90-100 × 8-10, octosporis; sporidiis clavatis, apice superiore latioribus, inferiore acutatis, rectis v. subcurvatulis, 3-interdum 4-septatis, hyalinis 21-30 × 4-5, distichis; paraphysibus medio dichotomis, septatis, 1,5 μ. ad apicem usque 8 μ. latis, cellula suprema 10-12 μ. longa, fusca, epithecium crassum formantibus, hypothecio crasso, hyalino, subtus fuscidulo; poro ascorum jodo valde cæruleo tincto. 3808

Hab. ad ramulum Ligustri in Britannia. — In icone Cookei l. c., sporidia 7-septata ut apud *Patellariam atratam* Fr. delineata sunt, dum exempl. F. brit. sporidia 3-septata, minora, epithecium fuscum et porum ascorum jodo non tinctum præbet. Apud Phillips Man. brit. Discom. p. 366, tab. XI, fig. 7, sporidia 3-septata bene conveniunt sed ab eo « 3-6-septata » descripta. Morgan in Journ. of Myc. VIII, p. 180 hanc speciem sæpius cum *L. atrato* con-

fundi dicit. Ille sporidia 5-8-septata, 28-35 × 6-8, in ascis 90-110 × 11-13 describit. (Rehm. l. c.).

MYCOBILIMBIA Rehm — Syll. X p. 60, XIV p. 822.

1. **Mycobilimbia anomea** (Nyl.) Sacc. et D. Sacc., *Dactylospora anomea* (Nyl.) Zopf, Hedw. 1896, pag. 348, *Opegrapha anomea* Nyl. Prodr. Lich. Gall. p. 153. — Ascomatibus superficialibus nigris, opacis versiformibus linearibus v. corrugato-difformibus, sæpe conglomeratis, disco concavo, crassiuscule marginato; ascis octosporis, crassiuscule paraphysatis; sporidiis oblongis, hyalinis, 3-septatis 23-26 × 7-9. 3809

   Hab. in thallo Pertusariæ communis et P. amaræ in Gallia.

2. **Mycobilimbia encaustica** (Nyl.) Sacc. et D. Sacc. *Epiphora encaustica* Nyl. Flora 1876, p. 238. — Maculas nigras rugulosas substromaticas efficiens; ascomatibus confertis, immersis lecideino-pyrenoideis minutis; ascis octosporis, modice paraphysatis; sporidiis fusiformibus, hyalinis, 3-septatis, 23-38 × 5. 3810

   Hab. in apotheciis Parmeliæ encaustæ in Gallia media.

Sect. 4. Dictyosporæ.

BLITRYDIUM De Not. — Syll. VIII p. 802, XI p. 435, XIV p. 823.

1. **Blitrydium subtropicum** Wint. — Syll. VIII, p. 805. — var. **microspermum** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 304. — Ascomatibus hypophyllis, sparsis, superficialibus, rotundato-applanatis, atris, opacis, 0,5-1 mm. diam.; ascis clavatis, vertice crasse tunicatis, brevissime stipitatis, basi curvulis, 60-90 × 17-20; sporidiis subdistichis, oblonge ellipsoideis vel ovoideis, rectis vel curvulis, 4-5-septatis, muriformibus, hyalinis 15-20 × 6-7. 3811

   Hab. in foliis vivis Melastomataceæ cujusdam, S. Paulo Brasiliæ.

2. **Blitrydium occidentale** (Earle) Sacc. et D. Sacc., *Tryblidium occidentale* Earle, Plantæ Bakerianæ fasc. II, fungi p. 9. — Ascomatibus gregariis sæpe congestis, patellariiformibus, immersis, dein liberis, nigris, subrugosis circ. 0,5 mm. diam. applanatis, sessilibus; disco nigrescente, margine inconspicuo; ascis 80-100 × 20; paraphysibus numerosis, filiformibus; sporidiis distichis, ovoideis, 3812

utrinque obtusis circ. 5-septatis, interdum constrictis, muriformibus, hyalinis (immaturis?), 30 × 10.

Hab. in ramis decorticatis Amelanchieris, Cercocarpi, Quercus, Rhus, Salicis, Hermosa, Colorado Amer. bor.

TRYBLIDARIA Sacc. — Syll. VIII pag. 808 (ut subgenus) et XIV, p. 33, Rehm in Hedw. 1903, p. (173) (Etym. a *Tryblidio,* cui affinis). — A gen. *Blitrydio* recedit ascomatibus patellaribus vel suburceolatis, margine tenui integro.

1. **Tryblidaria Breutelii** Rehm in Hedw. 1903, p. (173). — Ascoma- 3813
tibus gregariis, primitus cortici immersis, globulosis, clausis, dein emergentibus, demum sessilibus, versus basim subcontractis, orbicularibus, urceolatis, tenuiter marginatis, disco plano albido, excipulo crasso, glabro, nigro, juveniliter albido-pruinoso, parenchymatice fusce contexto, coriaceis 0,5-1,2 mm. diam.; ascis clavatis, apice rotundatis et valde incrassatis, in stipitem brevem elongatis 80-100 × 25-30, octosporis; sporidiis oblongis, obtusis, transverse 7-11-septatis, ceterum muriformiter polyblastis, hyalinis, demum fuscidulis, strato mucoso tenui obductis, 30-50 × 12-15, distichis; paraphysibus filiformibus conglutinatis 2 μ. cr., apice subfuscidulis.

Hab. ad corticem Sterculiæ sp. in Colonia Missionis Bethania, S. Jan. Africæ australis (Breutel).

2. **Tryblidaria nivalis** (Bagl. et Carestia) Rehm in litt. *Leciographa* 3814
nivalis Bagl. et Car. in Comm. Soc. critt. ital. II, p. 84 (1864). — Ascomatibus punctiformibus, subinnatis, dein emersis et omnino superficialibus, primo tenuissime marginatis dein immarginatis et convexis, rotundatis, disco cæsio-pruinoso, dein nudo atro; ascis ellipsoideo-ventricosis 6-8-sporis; paraphysibus crassiusculis apice fuscescentibus; sporidiis ovoideis v. subreniformibus, primo 1-3-septatis, tandem ob septa verticalia 7-9-locularibus, fuligineo-fuscis 15-20 × 9-10.

Hab. in thallo Amphilomatis elegantis in alpibus Riva-Valdobbia Ital. bor. — An *Arthothelio Lahmiano* proxima species?

Fam. 10. Arthoniaceæ Rehm.

CONIDA Mass. — Syll. X p. 75.

1. **Conida epimela** (Norm.) Sacc. et D. Sacc. *Arthonia epimela* Norm. 3815
ap. Almq. Monogr. Arthon. p. 56. — Ascomatibus adnatis, orbi-

cularibus, convexulis, 400-600 μ. diam., disco crassiusculo nigro; ascis anguste piriformibus, 30-35 × 13-16, octosporis, paraphysibus capitatis obvallatis; sporidiis ex ovoideo oblongis, 9-13 × 3,5-4,5, hyalinis, bicellularibus.

Hab. in thallo Buelliæ myriocarpæ in Scandinavia. — Adsunt pycnidia sporulis oblongo-cylindraceis 4-5 μ. long.

2. **Conida cærulescens** (Almq.) Zopf, Hedw. 1896, p. 335, *Arthonia cærulescens* Almquist Monogr. Arthon. pag. 59. — Ascomatibus minutissimis, maculiformibus, immersis, sæpe confluentibus, disco atro-cærulescente; ascis apice valde incrassatis, 36-40 × 16; sporidiis 1-septatis, ex ovoideo oblongis, 10-12 × 4-6, utrinque obtusis, hyalinis, cellula infer. vulgo paullulo breviore. 3816

Hab. in apotheciis Lecanoræ variæ, Gotlundiæ Scandinaviæ. — Peraffinis *C. apotheciorum.*

3. **Conida galactinaria** (Leight.) Zopf, Hedw. 1896, p. 331, *Arthonia* Leight. Brit. Lichenfl. p. 426. — Ascomatibus rotundo-difformibus, discretis v. confluentibus, nigro-fuscis, plus v. minus convexis; ascis octosporis; sporidiis oblongo-ovoideis, 1-septatis, hyalinis, sæpe nucleolatis, demum fuscidulis, 11-13 × 4-5. 3817

Hab. in thallo Lecanoræ dispersæ in Britannia. — An satis diversa a *C. clemente?*

4. **Conida intrusa** (Th. Fries) Sacc. et D. Sacc., *Lecideopsis? intrusa* (Th. Fr.) Zopf, Hedw. 1896, p. 338, *Catillaria intrusa* Th. Fr. Lich. Scand. pag. 579. — Ascomatibus parvis 400-700 μ. diam., convexis, immarginatis, atris, nudis; hypothecio incolorato; ascis plus minus clavato-inflatis, octosporis; sporidiis suboblongis, 1-septatis v. continuis, 11-16 × 4-5, hyalinis. 3818

Hab. in thallo Lecideæ panæolæ in Norvegia, Suecia et Fennia.

5. **Conida amylospora** (Almq.) Sacc. et D. Sacc., *Lecideopsis amylospora* (Almq.) Zopf, Hedw. 1896, p. 338, *Arthonia amylospora* Almq. Mon. Arthon. p. 48. — Ascomatibus minutissimis, 100-300 μ. d., rotundatis v. angulatis, subplanis, innatis, scabridis, atris; hypothecio tenui, obscure fusco, disco fusco-atro granuloso; ascis late piriformibus, apice incrassatis, 48-55 × 27-28, octosporis; sporidiis ex ovato oblongis, 18-24 × 8-10, hyalinis bicellularibus jodi ope vinose rubescentibus. 3819

Hab. in thallo Lecideæ panæolæ in Medelpadia Scandinaviæ.

6. **Conida rubescens** Arn. apud Zopf in Hedw. 1896, p. 325. — A. 3820

C. punctella (Nyl.) Rehm — Syll. X, p. 75 — distinguitur tantum hypothecio hyalino; sporidiis hyalinis, 18-21 ≈ 9-10,7, æque bilocularibus.

Hab. in thallo Diplotommatis albo-atri in Germania. *Conida punctella* descriptione et iconibus illustratur a cl. Zopf in Nov. Act. Leop. Carol. LXX, p. 143.

7. **Conida epiphyscia** (Nyl.) Zopf, Hedw. 1896, p. 350, *Arthonia epiphyscia* Nyl. Flora 1875, p. 361. — Ascomatibus nigris convexis, parvis; ascis piriformibus, aparaphysatis; sporidiis 1-septatis, aciniformibus, 11-12 ≈ 4,5, hyalinis. 3821

Hab. in thallo Physciæ cæsiæ in Fennia.

8. **Conida neglectula** (Nyl.) Sacc. et D. Sacc., *Arthonia neglectula* Nyl. Flora 1874, p. 13, Almq. Monogr. Arth. p. 33. — Ascomatibus parasiticis, minutissimis, solitariis v. confluentibus, rotundatis, planis, scabridis, 100-200 μ. diam.; hypothecio et epithecio sat crassis, carbonaceis; ascis octosporis, 20-27 ≈ 10-15; sporidiis elongato-oblongis, hyalinis, 10-15 ≈ 3-4, cellula inf. vulgo longiore; hymenio jodo vinose rubescente. 3822

Hab. in crusta leproso-granulosa thalli Lecideæ panæolæ v. cinereo-atræ in Suecia et Fennia.

9. **Conida oxyspora** (Almq.) Sacc. et D. Sacc., *Arthonia oxyspora* Almq. Monogr. Arthon. p. 62. — Ascomatibus parasiticis in apotheciis lichenum et cum his intextis et fere confusis, nigricantibus, exiguis; ascis obovato-clavatis 35 ≈ 14, membrana apice incrassata, jodi ope violascenti; sporidiis ovato-lanceolatis angustis, bicellularibus, 10-14 ≈ 3,5-4, cellula inferiore acutata et curtiore. 3823

Hab. in apotheciis Lecideæ vorticosæ in Jämtlandia Scandinaviæ.

10. **Conida circinata** (Th. Fries) Sacc. et D. Sacc., *Lecideopsis circinata* (Th. Fries) Almq. Monogr. Arthon. p. 56, *Arthonia circinata* Th. Fr. Bol. Notis. 1865, p. 100. — Maculas efficiens orbiculares obscuras; ascomatibus minutis 200-500 μ. diam., superficialibus, convexis crebre in circulum dispositis; hypothecio incolori, disco granuloso atro-fusco; ascis crassis 42-45 ≈ 20-25; paraphysibus non discretis; sporidiis oblongis, obtusis, 13-15 ≈ 5-6, bicellularibus, hyalinis. 3824

Hab. in thallo Gyrophoræ velleæ et G. spodochroæ in Norvegia.

11. **Conida inundata** (Wainio) Sacc. et D. Sacc., *Arthonia exilis* Fr. var. *inundata* Wainio Adjum. II, p. 162. — Ascomatibus minu- 3825

tissimis, vix 100 μ. diam., rotundatis, atris, nudis, opacis, immarginatis, convexulis; ascis octosporis piriformibus, 24–28 × 12–14, indistincte paraphysatis; sporidiis ovoideis, 1-septatis, hyalinis, 9-11 × 34.

Hab. in thallo Bacidiæ inundatæ in Ostrobotnia Lapponiæ.

CELIDIUM Tul. — Syll. VIII p. 742, X p. 76.

1. **Celidium endocarpicola** (Linds.) Zopf, Hedw. 1896, p. 326, *Lecidea endocarpicola* Linds. Obs. p. 547. — Ascomatibus lecideinis, parasiticis, minutis, applanatis, tenuiter marginatis v. plano-convexis immarginatis; ascis 50-60 × 12-13; sporidiis ellipsoideo-oblongis v. subcylindraceis, maturis 3-septatis, 12-20 × 2-3, hyalinis; paraphysibus apice incrassato-lobulatis, cyaneo-brunneis. 3826

Hab. in thallo Endocarpi hepatici (= Endopyrenium trapeziforme) in Britannia.

Fam. 11. Caliciaceæ Fr.

CALICIUM Pers. — Syll. VIII p. 834, X p. 72.

1. **Calicium corynellum** Ach. Lich. univ. p. 234, Rehm Disc. p. 411. — Ascomatibus gregariis, lenticularibus, disco plano-convexulo, tenuiter et tandem albo-marginulato, 200-500 μ. diam.; stipite nigro, subcorneo, 200-400 × 200; ascis fusoideis, tenuiter stipitatis, octosporis, 40-45 × 8-9; sporidiis distichis oblongo-ellipsoideis, bicellularibus, profunde constrictis, utrinque acutatis, brunneis, 10-15 × 4-6; paraphysibus filiformibus, hyalinis, 1,5 μ. cr. 3827

Hab. in thallo albo v. flavo-pulverulento: an Hæmatommatis coccinei?, in Helvetia, Rhenogovia, Scandinavia.

2. **Calicium arenarium** (Mass.) Rehm Disc. p. 412 *Cyphelium arenarium* Mass. Misc. lich. p. 20, *Calicium citrinum* Nyl. Syn. p. 149. — Ascomatibus gregariis fusco-nigris nonnihil flavo-suffusis, 0,5-1 mm. long., stipite cylindraceo, subcorneo, capitulis globoso-lentiformibus, 200-300 μ. latis; ascis cylindraceis, 30-40 × 5-6, octosporis; sporidiis oblongis rectis curvulisve, dein bicellularibus, biguttulatis, brunneolis, 6-10 × 2,5-3; paraphysibus parcis, filiformibus. 3828

Hab. in thallis lichenum, in primis Biatoræ lucidæ, in Germania, Anglia, Austria, Predazzo Italiæ sup.

3. **Calicium pusiolum** Ach. Vet. Ak. Handl. 1817, p. 231, t. 8, f. 11, Rehm Disc. p. 408. — Ascomatibus gregariis, globoso-lenticularibus, disco applanato, marginulato, 200-300 μ. diam., nigro; stipite tenui pallido, subcorneo, 200 μ. longo; ascis cylindraceis, filiformi-paraphysatis, octosporis, 45-50 × 4-5; sporidiis monostichis, continuis, raro 1-septatis, brunneis, 4-8 × 2-3. 3829

Hab. in corticibus et lignis vetustis Quercus, Alni in Germania, Suecia, Fennia, Helvetia.

4. **Calicium pusillum** Flörke — Syll. VIII, pag. 837. — var. **albo-atrum** (Flörke) Rehm Disc. p. 407. — Dignoscitur ascomatibus subiculo effuso albo, pulveraceo-granuloso insidentibus. 3830

Hab. in cortice Quercus et Castaneæ in Germania, Helvetia, Fennia, forte parasiticum in thallo Arthoniæ pruinosæ. — var. **subparietinum** Nyl., Rehm l. c. p. 407. — Recedit stipite usque 1 mm. longo. In ligno pineo putri in Germania et Italia boreali.

5. **Calicium parasitaster** Bagl. et Car. Anacr. lich. Vals. p. 247, t. II, f. 28, Rehm Disc. pag. 407 (ut var. *C. pusilli*). — Ascomatibus breve crasse stipitatis, disco applanato, nigris, minutis; sporidiis ellipsoideis, subinde curvulis, dilute brunneis, 7-9 × 3-4. 3831

Hab. in thallo Cladoniæ deformis pr. Riva-Valsesia Ital. borealis.

6. **Calicium minutum** Körb. Parerg. lich. p. 290, Rehm Disc. p. 408. — Ascomatibus gregariis, trochiformibus, dein hemisphæricis, tenuiter marginatis, disco 200-500 μ. diam.; stipite crassiusculo, 200-1200 μ. longo, nigro; ascis cylindraceis, filiformi-paraphysatis, octosporis, 60-70 × 6; sporidiis ellipsoideis, 1-septatis, leviter constrictis, brunneis, 2-guttatis. 3832

Hab. in lignis, vetustis et corticibus pineis in Germania, Austria, Helvetia.

7. **Calicium chlorinum** (Achar.) Rehm Disc. p. 403, *Lichen chlorinus* Ach., 1798. *Calicium paroicum* Ach. 1803. — Ascomatibus gregariis globoso-lentiformibus, brunneis, disco rotundo, convexulo, nigro, 100-300 μ. diam.; stipite brevissimo v. subnullo; ascis fusoideis, dein cylindraceis 60 × 5-8, octosporis; sporidiis submonostichis ellipsoideis, 1-septatis, brunneis, non constrictis, 6-9 × 3,5-4; paraphysibus filiformibus, 1,5-2 μ. cr., hyalinis. 3833

Hab. in thallis pulvereis flavis Hæmatommatis coccinei et Lepræ chlorinæ in Gallia, Fennia, Germania, Austria et Italia bor.

8. **Calicium fallax** Auersw. Hedw. 1858, p. 14, Rehm Disc. p. 412. 3834
— Ascomatibus lenticularibus; disco nunc angusto, nunc subscutellato; stipite crassiusculo, elongato, e basi ampliata sursum tenuato, sæpe sulcato, brunneo fusco-pulverulento; sporidiis oblongo-fusiformibus, tenuiter 1-septatis, brunneolis 7-9 ≈ 3-3,5.

Hab. in thallo albo-pulvereo, socia Biatora lucida in Saxonia.

9. **Calicium subparoicum** Nyl. Herb. mus. Fenn. p. 78, et Synops. lich. 3835
p. 152, Rehm Disc. p. 404, *C. chlorino* seu *paroico* affine; sporidiis elongatis, brunneis, bicellularibus, 8-9 ≈ 3 (Arnold), 7 ≈ 3,5 (Nyl.)

Hab. in thallo Lepprariæ (Trachyliæ) latebrarum in Fennia et in thallo sterili Opegraphæ gyrocarpæ, Margola Predazzo Italiæ bor. — Teste Nyl. l. c., species differt a *C. paroico* ut *C. pusillum* a *C. parietino*.

Fam. 12. **Myriangiaceæ** Nyl.

GUILLIERMONDIA Boudier in Bull. Soc. Myc. de France 1904, p 19 (Etym. a cl. mycologo M. Guilliermond, cui dicata). — Ascoma minutissimum, rotundatum, nitens (250-600 μ. latum), fimicolum, e pallide-ochraceo atrum, membrana tenui non cellulosa omnino circumdatum, intus tuberculo basali carnoso crasso hymenifero et gelatina spissa immerso instructum. Paraphyses filiformes, ascos superantes, gelatinæ immixtæ. Asci numerosissimi, primo piriformes, dein rotundati, pedicellati, octospori, crasse stipitati, indehiscentes, sed facile diffluentes et globulos sporarum liberos relinquentes. Sporidia elliptica, juniora hyalina dein fulva, denique matura brunneo-purpurea, pro mutua pressione angulosa, ceracea, verruculosa, semper in globum rotundatum conglutinata. — Gelatina spissa lutea, ascis avulsis, cellulosa apparet.

1. **Guilliermondia saccoboloides** Boud l. c. p. 20, tab. I. — Asco- 3836
matibus rotundatis 250-600 μ. latis, raro cæspitosis, pallidis aut luteis dein fuscis, postremo brunneo-nigris aut badiis, nitentibus, granuloso-punctatis, intus tuberculo carnoso pallido, zona ascorum crassa et gelatina lutea, membrana pellucida non cellulosa, exteriore tecto incluso; ascis octosporis 25-28 μ. latis, pedicello 5-8 μ. crasso facile evanescenti donatis; paraphysibus filiformibus, simplicibus vel ramosis granulosis aut vix septatis, asco longioribus; sporidiis ellipsoideis, conglomeratis, primo levibus, hyalinis, dein

brunneo-purpurascentibus, verruculosis 14-17 × 8-9 in globum rotundatum 22-25 μ. crassum, semper conglobatis.

Hab. in stercore equino sub vitro servato, Lyon Galliæ (M. Guilliermond).

MOLLERIELLA Wint. — Syll. VIII p. 845.

1. **Molleriella Sirih** Zimm. in Centr. f. Bakter. II Abt., 1901, n. 4, pag. 140, fig. 10. — Stromatibus amphigenis, irregulariter hemisphæricis, nigris, 80-100 μ. diam., in matricis pilis tantummodo, nascentibus basi cuneato-applanatis, loculis obsoletis peripheriçis remotiusculis, monoascis (?); ascis piriformi-obovoideis, subsessilibus, 18-20 × 12-14, octosporis; sporidiis oblongis, leniter curvis, apicibus obtusulis v. acutiusculis, triseptatis, ad septa constrictis, hyalinis, 10-13 × 4. 3837

Hab. in foliis Piperis Betle, prope Buitenzorg Javæ. — *Moll. mirabili* affinis.

MYRIANGELLA A. Zimm. in Centr. f. Bakter. II Abt., 1902, VIII p. 183 (Etym. a *Myriangio,* cui affinis). — Stroma applanato-disciforme, area centrali stratum unicum ascorum generante. Asci 8-spori; sporidia oblonga, tantum transverse septata, hyalina.

1. **Myriangella orbicularis** A. Zimm. l. c. fig. 4. — Stromate superficiali, valde applanato, orbiculari, extus nigro, intus hyalino, levi circumcirca tenuato sterili; ascis ovoideis, unistratosis, brevissime stipitatis 45-50 × 32, apice rotundatis; sporidiis polystichis, tereti-oblongis, curvulis, 10-12 cellularibus, ad septa constrictulis, 50 × 15, intus granulosis, subhyalinis. 3838

Hab. in foliis vivis Coffeæ libericæ, Buitenzorg Javæ.

MYRIANGIUM Dur. — Syll. I p. 72, VIII p. 847 (sub *Phymatosphæria*), XVI p. 800.

I. *Eu-Myriangium.*

1. **Myriangium Acaciæ** Mc. Alp. Proc. Linn. Soc. New S. Wales 1904, p. 124. — Stromatibus tuberculiformibus, superficialibus, in greges 4 mm. diam. dispositis, basi submembranacea cortici firmiter affixis, 1-1,5 mm. diam., disciformibus, nigris, supra planis v. convexis, interdum mutua pressione angulosis, contextu subcorneo pseudoparenchymatico; cellulis ascigeris v. loculis nu- 3839

merosis, subpolystichis, globulosis, monoascis; ascis subgloboso-obovatis, 8-sporis, aparaphysatis, 40–50 × 32-38; sporidiis conglobatis, oblongo-ellipsoideis, hyalinis, sæpe curvulis, tranverse 7-8-septatis, constrictulis, imperfecte muriformibus, 30–38 × 11-13 rarius usque 42 μ. longis.

Hab. in ramis adhuc vivis Acaciæ dealbatæ, Plenty River Vict. Australiæ (C. French Jr.) — Ab affini *M. Duricei* sporidiis majoribus recedit.

2. **Myriangium Pritzelianum** P. Henn. F. Austral. occ. II, in Hedw. 3840
1901, pag. 353. — Stromatibus superficialiter erumpentibus, plerumque gregariis, interdum sparsis, pulvinatis, ruguloso-verrucosis v. subsulcatis, subcarnosis, atro-cinnamomeis ca. 0,2-0,5 mm. diam., contextu rufo-brunneo v. atro-sanguineo, pseudoparenchymatico; ascis immersis, ovoideis vel subglobosis, primo crasse tunicatis, 4-8-sporis, aparaphysatis, 22-30 × 20-25; sporidiis conglobatis, ellipsoideis v. subclavatis, rectis v. curvulis, utrinque obtusis, transverse 3-septatis plus minus constrictis, imperfecte muriformibus, 10-15 × 4-5 hyalinis.

Hab. in ramulis, foliis floribusque Trymalii Wichuræ Geraldston prope Victoria, Austral. occid.

II. *Myriangina* P. Henn. Ascomata initio tecta, læte colorata, ceraceo-carnosa.

3. **Myriangium mirabile** P. Henn. in Hedw. 1902, p. (55). — Stroma- 3841
tibus primo epidermide fusca tectis, pulvinatis, dein erumpentibus, epidermide fissa velatis, subdiscoideo-applanatis, dein lacerato-rugosis, pallide flavidis, ceraceo-carnosis, ca. 1 mm. diam.; ascis irregulariter sparsis, hyphis hyalinis circundatis, oblonge ovoideis, clavatis vel subellipsoideis, apice rotundato-obtusis, tunicatis, 4-8-sporis, 50-60 × 30-40; sporidiis conglobatis ovoideis vel clavatis, utrinque obtusis 6-9-septatis, muriformibus, constrictis, hyalinis vel subflavidulis 15-30 × 10-20.

Hab. in foliis Lauraceæ cujusdam (Oreodaphne?) Mattos da Serra, San Paulo Brasiliæ.

TRICHOPHYMA Rehm Hedw. XLIV (1904) p. 7 (Etym. *thrix trichos* pilus et *phyma* tuber). — Mycelium microthyrioideum e vittis tenellis centrifugis radiatim prosenchymatice contextum, hyalinum, pilis hyalinis septatis longis obsessum. Loculi sparsi, plerumque solitarii; tubercula minutissima, membrana tenuissima obtecta. Asci globosi

dispersi in strato hyalino, 8-spori. Sporidia oblonga, 3-septata, demum muriformiter divisa, hyalina. — Fabrica perithecii ad *Leptophyma* proxime accedit.

1. **Trichophyma Bunchosiæ** Rehm l. c. fig. 10. — Myceliis epiphyllis, 3842
dispersis, sessilibus, viridulo-albis, 1-2 mm. diam., e fibris vittiformibus tenellis, 2-3-chotomis, applanatis, stellariformiter centrifugis, apice rotundatis, dendritico-ramulosis, prosenchymatice e cellulis dilute flavidulis, arcte connatis, 18-20 × 7-8 contextis et pilis rectis, singulis apice acutatis, septatis, hyalinis, permultis c. 500 × 10-12 ad basim obsessis, in centro mycelii 1-3; loculis plerumque singularibus, globosis, tuberculis vix conspicuis, membrana subhyalina, tenuissima cinctis, poro haud pertusis, c. 100 μ. diam.; ascis dispersis in strato hyalino, ovoideo-globosis, crasse tunicatis, 30-35 × 25, 8-sporis; sporidiis subconoideis, utrinque rotundatis, primitus 3-septatis, demum muriformiter divisis, hyalinis, 20-22 × 9; hymenio jodo vinose tincto.

Hab. ad folium Bunchosiæ fluminensis, Blumenau Brasiliæ (E. Ule). — Species mirabilis habitu lichenoideo, sed ob defectum gonidiorum et ob mycelium pilosum ad fungos potius spectat.

Fam. 13. Gymnoascaceæ Baranetz.

ARACHNIOTUS Schroet. — Syll. XI p. 431.

1. **Arachniotus trachyspermus** Shear, Bot. Gaz. 1902, Aug. p. 159 et 3843
Science, July 25, 1902, pag. 138, New. ser. vol. 16. — Mycelio tenui, effuso ex hyphis filiformibus, niveis formato; glomerulis (ascomatibus) globulosis 0,5 mm. diam., ex contextu laxo hypharum tenuium formatis; ascis in massam congestis, sphæricis vel subsphæricis in apice hypharum valde ramosarum intricatarum nascentibus, octosporis; sporidiis ellipsoideis, rugulosis 3,5 × 2,5 hyalinis coacervatis, chlorinis.

Hab. in fructibus morbosis Ruborum N. Jersey, Amer. bor. — Etiam arte cultus in laboratorio.

2. **Arachniotus citrinus** Mass. et Salm. Ann. of Bot. 1902, XVI, 3844
p. 62, fig. 86-88. — Glomerulis (ascomatibus) gregariis, subglobosis, pulvinatis, albidis, dein læte citrinis, 0,5-1 mm. diam.; hyphis irregulariter ramosis, septatis, levibus 3 μ. cr., flavidis, laxe intricatis; ascis subglobosis, congestis, 8-10 μ. diam., octosporis, mox

diffluentibus; sporidiis ovoideis v. subglobosis, leniter compressis, 4-5 × 2,5-3,5, flavidis, levibus.

Hab. in fimo Macropodis gigantei, Kew pr. Londinum, Britanniæ. — *Arachn. aureo* Schr. affinis.

3. **Arachniotus ruber** (Van Tiegh.) Schroet., Krypt. Fl. Schl. Pilze II, p. 211, Ita vocandus *Gymnoascus ruber* Van Tiegh. — Syll. VIII, p. 823 et XI, p. 438, n. 2730, nota.

GYMNOASCUS Baran. — Syll. VIII p. 823, X p. 71, XI p. 437, XIV p. 824, XVI p. 805.

1. **Gymnoascus flavus** Klöcker in Hedw. 1902, pag. 80, tab. II. — 3845
Albus dein flavus; hyphis conidiophoris filiformibus, ramulosis subcontinuis *Oosporam* sistentibus; conidiis catenulatis, ellipsoideis, rarius piriformibus 4,5-5 μ. longis, griseolis; ascis numerosissimis ellipsoideis, rarius subglobosis 12-15 μ. diam., octosporis; sporidiis subtristichis ellipsoideis 5-6 μ. longis, minutissime asperulis, griseo-luteolis.

Hab. in corpore Luciliæ Cæsaris, in hortis, prope Copenahagen.

MYXOTRICHUM Kunze — Syll. IV p. 317, X p. 593 (cfr. notam) XI p. 615.

1. **Myxotrichum Johnstoni** Mass. et Salm. Coproph. fungi II, p. 64, 3846
fig. 113-118. — Glomerulis gregariis, subrotundis 90-120 μ. diam., primo luteis, deinde læte flavo-viridibus; hyphis dense intricatis, irregulariter ramosis, septatis 5-6 μ. cr.; ramulis apice bifurcato-uncinatis; appendicibus radiantibus teneris sparsis flexuosis ad apicem sensim attenuatis, peripherice instructis; ascis subglobosis 8-9 μ. diam., octosporis; sporidiis hyalinis e fronte orbicularibus 3,5-4,5 μ. diam., e latere ellipticis 2 μ. diam.

Hab. in fimo murino, Aburi, Gold Coast Africæ (W. H. Johnston). — *Myxotrichum coprogenum* Sacc. — Syll. IV 319 et X 593, teste cl. Salmon l. c. cum *Gymnoasco Reessii* Baran. collidit.

2. **Myxotrichum spinosum** Mass. et Salmon Coproph. fungi II, p. 64, 3847
fig. 63-66, *Gymnoascus Caltrop* Renny M. S. in Herbario Berk. — Glomerulis gregariis, ochraceo-brunneis, circ. 1 mm. diam., reticulo myceliali ex hyphis asperulatis arcuato-protuberantibus composito, peripherice in ramos setiformes subulatos, rectos, rigidos, atro-brunneos, opacos, glabros, undique radiantes, exeunte; ascis nu-

merosissimis, globosis, octosporis 6 μ. diam.; sporidiis ellipsoideis, levibus 3 × 2 hyalinis.

Hab. in ramis emortuis corticatis Fraxini, in Britannia?

3. **Myxotrichum uncinatum** (Eidam) Schrœt. in Krypt. Fl. Schl. Pilze II, p. 212. Ita vocandus *Gymnoascus uncinatus* Eidam — Syll. VIII p. 824.

Fam. 13. Exoascaceæ Sadeb.

EXOASCUS Fuck. — Syll. VIII p. 816, X p. 69, XI p. 435, XIV p. 823, XVI p. 803.

1. **Exoascus confusus** Jacz. Bull. Jard. Imp. Bot. St. Petersburg I, 1901, p. 10, cum ic. — Mycelio ramoso, hyalino septato, in parenchymate crescente et cuticulam perforante, in ramis vero, in stratis epidermicis nidulante, multiguttulato; ascis hypophyllis, cellulis basilaribus subrotundis vel irregularibus suffultis, oblongo-cylindraceis 16-20 × 8-10, plerumque 6-sporis; sporidiis ovoideis, continuis 5-6 × 3-4. 3848

Hab. in foliis ramisque Aceris campestris, in Kachetia Caucasi.

2. **Exoascus Vestergrenii** (Giesenhag.) Sacc. et Syd. — Syll. XVI, p. 1152 (nomen), *Taphrina Vestergrenii* Giesenhag. in Bot. Zeit. 1901, p. 152, tab. V. — Amphigena, brunnea, maturitate albicante; mycelio inter cuticulam epidermidemque foliorum crescente; ascis dense confertis, cellula basilari truncata donatis, cylindraceis, apice rotundatis vel truncatis, basi attenuatis truncatisque, 25 × 6 octosporis; sporidiis suboblongis, 7 × 2,5-3. 3849

Hab. in foliis deformatis, undulato-subbullatis Aspidii Filicis-maris, in insula Abro Sueciæ (Tycho Vestergren).

3. **Exoascus? Ulleanus** P. Henn. Hedw. 1904, p. 90. — Maculis effusis, interdum folium totum utrinque tegentibus, primo subflavis, dein fuscidulis subincrassatis; ascis hypophyllis cylindraceo-subclavatis, vertice applanatis, octosporis, ca. 30-35 × 12-15; sporidiis subdistichis globosis vel subovoideis, hyalinis intus minute granulatis, 6-10 × 6-8. 3850

Hab. in Pteride decurrente, Tijuca, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

TAPHRINA Fr. — Syll. VIII p. 812, X p. 67, XI p. 437, XIV p. 824, XVI p. 1152.

1. **Taphrina truncicola** S. Kusano, Ann. Mycol. 1905, p. 31. — Deformans, hypertrophias purpureas in axe gemmarum efficiens; hymenio subcuticulari laxo; cellula basilari cylindracea, basi solite subrotundata, 13-20 × 10-13; ascis cylindricis apice rotundatis 37-45 × 8,7-10; sporidiis globulosis 4-5,8 μ. diam. 3851

   Hab. in gemmis Pruni incisæ, Nikko Japoniæ (S. Kusano). — Habitus peculiaris.

2. **Taphrina Piri** S. Kusano, Ann. Mycol. 1905, p. 31. — Maculis flavo-virentibus, albo-marginatis, subrotundis vel irregularibus; mycelio non perennante, subcuticulariter expanso, cellulas ascogenas parallele stipatas formante; ascis sessilibus breve cylindraceis utrinque plano-rotundatis, 29-42 × 9-13; sporidiis minutis, globulosis, 3-5 μ. diam. 3852

   Hab. in foliis Piri Miyabei, Nikko in Japonia (S. Kusano).

3. **Taphrina rhætica** Volk. in Berichte der bot. Deutsch. Gesell. 1903, p. 477, t. XXV, f. I (absque diagnosi). — Ascis subcuticularibus e basi subgloboso-inflata teretiusculis, apice rotundatis, 78-120 × 16-25, a basi septo nullo divisis; sporidiis (*Sprosskonidien*) numerosissimis, ovoideis, 2-3 × 2, hyalinis. 3853

   Hab. in foliis vivis Crepidis blattarioidis, Trimonis, Graubünden Helvetiæ.

4. **Taphrina japonica** S. Kusano, Ann. Mycol. 1905, p. 30. — Deformans, scopas sagarum generans; mycelio subcuticulari, hibernante in gemmis deinde in tota pagina inferiori foliorum hymenium densiusculum generante; cellulis basilaribus nullis; ascis breve cylindraceis apice rotundatis v. obtusis, basi interdum leviter ampliatis, 63-90 × 16-25; sporidiis secundariis (*Sprosskonidien*) numerosis, minutos ascos implentibus. 3854

   Hab. in foliis Alni japonicæ in horto botanico Tokyo Japoniæ.

5. **Taphrina Tonduziana** P. Henn. Fungi costaricenses I in Hedw. 1902, pag. (104). — Maculis sparsis v. gregariis confluentibusque, sæpe rotundato-angulatis, effusis, fuscidulis, hymenio hypophyllo effuso, pruinoso v. subceraceo, flavidulo v. subcinereo; ascis cæspitosis, clavatis, apice rotundatis v. subapplanatis, octosporis, 16-24 × 6-8; sporidiis conglobatis, fusoideis v. clavatis, continuis 6-7 × 1,5-2,5 hyalinis. 3855

   Hab. in foliis vivis Pteridis aculeatæ, San José, Amer. centr.

Fam. 15. Ascocorticiaceæ Schroet.

ASCOCORTICIUM Bref. — Syll. X p. 71.

1. **Ascocorticium anomalum** (Ell. et. Hark.) Earle in New York bot. gard. 1902, p. (331). Huc ducenda: *Ascomyces anomalus* Ell. et Hark., *Exoascus anomalus* (Ell. et Hark.) Sacc. — Syll. VIII, p. 82 — et *Ascocorticium albidum* Bref. — Syll. X p. 71.

Fam. 16. Saccharomycetaceæ Rees.

SACCHAROMYCES Meyen. — Syll. VIII p. 916, XI p. 437, XIV p. 828, XVI p. 818. — Auctores nuperiores genus *Saccharomyces* in plura merito diviserunt. Ecce istorum conspectum et præcipuas notas differentiales secundum summum saccharomycetologiæ magistrum, prof. Em. Chr. Hansen in *Centralbl. f. Bakter.* II Abt. XII 1904, p. 537.

A. Genera genuina.

Saccharomyces Meyen. Sporidia (endosporæ) globosa v. ovoidea, membranâ simplici prædita. Copulatio et promycelium nulla. In nonnullis adest mycelium distincte septatum. — Huc spectant pleræque et notabiliores generis species.

Zygosaccharomyces Baker. — Sporidia globosa v. ovoidea, membranâ simplici prædita. Cellulæ vegetativæ processu copulationis utentes. — Huc spectat *Z. Barkeri* Sacc. et Syd.

Saccharomycodes E. Chr. Hans. Sporidia globosa v. ovoidea, membranâ simplici prædita, germinando, promycelium generantia. Copulatio nulla. — Huc spectat *Saccharomycodes Ludwigii* E. Chr. Hans.

Saccharomycopsis Schiönning. Sporidia globosa vel ovoidea membranis binis prædita. Copulatio et promycelium nulla. — Huc spectant *Saccharomycopsis capsularis* Schiönn.. *S. guttulatus* (Rob.) E. Chr. Hans.

Pichia E. Chr. Hansen. Sporidia hemisphærica v. angulosa v. irregularia. Actio zymogena nulla. Mycelium evolutum. — Huc spectat *Pichia membranifaciens* E. Chr. Hans.

Willia E. Chr. Hansen. Sporidia pileiformia v. citriformia prominenter costulata. Actio zymogena in paucis nulla. — Huc spectant *Willia anomala* E. Chr. Hans., *W. Saturnus* (Klöcker) E. Chr. Hans.

B. Genera dubiæ sedis.

Monospora Metschnikoff — **Nematospora** Peglion.

1. **Saccharomyces fragilis** Jörgens. Micr. ed. gall. p. 282, fig. 66-67. 3856
— Cellulis vegetativis sat minutis ovoideis v. oblongis fragilibus, peculiari refractione donatis, hyalinis, gemmantibus; ascis (in cultura gypsea) facile evolutis ellipsoideis, ovoideis vel oblongis, plerumque 4-sporis; sporidiis globoso-oblongis.

Hab. in fermento Kephir, Copenhagen Daniæ. — A *Saccharomycete Kephir* Beyer. præcipue ascogenesi diversus.

2. **Saccharomyces Bailii** Lindn. Mikrosc. Betriebs-kontr. 1901, p. 394 3857
fig. 204. — Cellulis majusculis, polymorphis sæpe oblongatis, 10-12 × 5-6 (ex icone) sæpe in ramulos digestis, plasmate homogeneo v. in guttulas diviso farctis.

Hab. in cerevisia (Danziger Jopenbier) in Germania.

3. **Saccharomyces cartilaginosus** Lindn. Mikrosc. Betriebs-kontr. 1901, 3858
pag. 397, fig. 213. — Cartilagineus; cellulis polymorphis, sæpius cylindraceis, parce ramoso-connexis, 10-15 × 4 (ex icone), tandem endosporas globosas gignentibus.

Hab. in Kephyr, in Germania.

4. **Saccharomyces acidi-lactici** Grotenfelt in Jörgens. l. c. p. 281. — 3859
Cellulis vegetativis ellipsoideis, 2-4,3 × 1,5-2,9 in gelatina et agar cultis coloniam nitide albam formantibus, in *Solani tuberosi* tuberibus maculas udas albo-griseas generantibus; ascis ignotis.

Hab. in lacte sterilifacto, in quo coagulationem et inde acidum lacticum efficit, in Dania.

5. **Saccharomyces piriformis** M. Ward, Phil. Trans. R. Soc. Lond. 3860
1893, p. 127, tab. 11. — Cellulis e globoso ellipsoideis, (in forma aërobia piriformibus), hyalinis, 6-7 × 5,5; sporidiis in tetrades dispositis.

Hab. in liquido cerevisiæ, Ginger-beer dictæ, in quo forte fermentationem efficit, in Britannia. — Socium adest *Bacterium vermiforme,* quod, teste auctore, ut fermentationis prædictæ causa essentialis considerandum est.

6. **Saccharomyces Theobromæ** Preyer in Tropenpflanz Zeitschr. fur 3861
trop. Landw. 1902, p. 157, Ann. Mycol. 1903, p. 571. — Coloniis albis dein griseis, interdum rubro-marginatis; cellulis oblongo-ellipsoideis, teretiusculis, 16 × 3, solitariis v. catenulatis, plasmate vacuolis 1-2 prædito; ascosporis perexiguis in quaque cellula numerosis.

Hab. in seminibus Theobromæ Cacao, in quibus fermentationem generat, Ceylon Asiæ.

7. **Saccharomyces Awamori** T. Inui Journ. of the coll. of Tokyo 1901, 3862

p, 474, tab. XXII, fig. 21-24. — Coloniis subcircularibus, margine integris, demum erosis, centro depresso-umbilicatis a medio ad marginem radiatim rugosis; cellulis breve ellipsoideis 3-5 μ., long., plasmate granulis subrotundis fortiter refringentibus fœto.

Hab. in potu Awamori (Moromi), in quo fermenti vice fungitur, in ins. Luchu Japoniæ.

8. **Saccharomyces capsularis** Schiönning, Bot. Centralbl. 1904, I, p. 340. — Mycelio conidiisque hypicis; ascis tetrasporis; sporidiis globoso-depressis 3,5-8 μ. diam., tegumento duplici (endosporio et exosporio) præditis. 3863

Hab. in specimine terræ ex St. Gothard Pass in alpibus Helvotiæ. — Ad nov. gen. *Saccharomycopsis* Schiönn. referendus.

9. **Saccharomyces Saturnus** A. Klöcker in Centralb. Bakt. 1902, VIII, p. 129 (Absque diagnosi). — Membranam albam v. griseam efformans; cellulis germinativis sphæricis v. ovoideis, rarius oblongatis, 4,5-6 μ. diam.; sporidiis seu endosporis citriformibus medio costula elevata cinctis in quoque asco binis vel quaternis; hinc species ad *William* Hans. spectat. 3864

Hab. in corpore Apis mellificæ, Carlsberg Germaniæ. — In maltosio, non vero in saccharosio fermentationem inducit. Asci temp. 25° c. post 3 dies (in gypso) generantur, teste cl. Hansen.

10. **Saccharomyces hyalosporus** Lindn. Mikr. Betriebs-kontr. 1901, p. 381, fig. 188. — Membranulas tenues supra coctionem cerevisiæ (*Würze*) formans; cellulis globoso-ellipsoideis, guttulam refringentem continentibus, solitariis v. paucis subcatenulatis, 7-8 × 4 (ex icone.) 3865

Hab. in superficie cerevisiæ in Germania. — Teste cl. Hansen, protabiliter ad genus *Pichiam* pertinet.

11. **Saccharomyces farinosus** Lindn. Mikr. Betriebs-kontr. 1901, p. 381, ad 389. — Membranulas albas subfarinosas formans; cellulis angustis tereti-oblongis, parce catenulato-ramoso-connexis, 8 × 2,5-3 (ex icone), minute guttulatis, demum endosporas globosas gignentibus. 3866

Hab. in cerevisia dicta Danziger Jopenbier in Germania. — Teste cl. Hansen, probabiliter ad genus *Pichiam* pertinet.

12. **Saccharomyces pinophthorus** van Hest, Beitr. z. Kenntn. wilder Hefen in Zeitschr. f. Brauwesen 1903, p. 808-814. — Var. α **melodus** v. Hest l. c. — Graveolens; cellulis ovoideis 5 × 4, endo- 3867

sporis nullis visis. — β **enervans** v. Hest l. c. — Inodorus; cellulis sphæroideis 2,6 μ. diam.

Hab. utraque var, in cerevisia, quam vexat et cui odorem quondam subaromaticum affert, in Germania.

Species nobis minus notæ.

13. **Saccharomyces acetæthylicus** Beijerinck ap. Lindn. Mikrosk. Betriebs-kontr. Berl. 1901, p. 382. — Generat ætherem aceticum.
14. **Saccharomyces cratericus** Lindn. l. c. pag. 182, fig. 102. — In cerevisia.
15. **Saccharomyces Delbrückii** Lindn. l. c. p. 387, fig. 195 et 197. — In cerevisia (*Alebier*).
16. **Saccharomyces Sake** Jabe Bull. Imp. Univ. Tokyo 1897, p. 221-24. — In plantis Oryzæ emortuis, in paludosis Japoniæ.
17. **Saccharomyces Zopfii** Artari, Abhandl. Naturf. Ges. Halle XXI, p. 1897. — In succo saccharino, in quo fermentationem gignit, socio *Leuconostoc,* in Germania. Cellulæ 3-6 μ. diam.
18. **Saccharomyces Opuntiæ** Ulpiani e Sarcoli. Sulla ferment. del mosto di fico d'India. Palermo 1902 (Gazz. chimica ital. XXXI). — In succo fructuum Opuntiæ Ficus-indicæ in Sicilia.
19. **Saccharomyces lithogenes** F. Sanfelice in Bull. R. Accad. Med. Roma 1896, p. 275-298, 2 tav. — In crystallis lymphaticis bovis carcinomate laborantis aliorumque animalium in Italia.
20. **Saccharomyces neoformans** F. Sanfelice l. c. — In animalibus morbis neoplasmaticis laborantium in Italia.

SCHIZOSACCHAROMYCES P. Lindn. (1893). — Syll. XI, pag. 458, XIV, p. 828. — A gen. *Saccharomycete* inprimis differt, quia scissipare non gemmipare multiplicatur; asci vero æque adsunt. Hinc, teste ill. Hansen, a fam. *Saccharomycetacearum* separandum genus.

1. **Schizosaccharomyces mellacei** (Jörg.) Lindn. Mikr. Betriebs-kontr. 3868
Berl. 1901, p. 404, *Saccharomyces mellacei* Jörgen. Microrg. trad. franc. Paris 1899, p. 279, fig. 64-65, *Sacch. Pombe* paraffinis nisi identicus, teste Lindner; sporidiis jodo cærulescentibus.

Hab. in mellaceo (melassa) ex Saccharo officinali ad liquorem alcoholicum *Rhum* dictum efficiendum ex Jamaica.

NEMATOSPORA Peglion in Centralblatt f. Bacter. II Abteil. 1901,

n. 21 (Etym. *nema* filum et *spora*). — Coloniæ (cultæ) disciformes albæ; sporæ cylindraceo-fusoideæ, utrinque germinantes, asci cylindracei, utrinque rotundati, octospori; sporidia cylindrica continua apice longe ciliata, hyalina, in asco quaternatim stipata.

1. **Nematospora Coryli** Pegl. l. c. cum tabula. — Ascis 65-70 × 6-8; 3869
sporidiis 38-40 × 2-3, cilio filiformi fere æquilongo.

Hab. in fructibus Coryli Avellanæ morbosis et tunc « Nocciuole ammannate » dictis in Italia meridionali.

Fam. 17. **Endomycetaceæ** Schroet.

ENDOMYCES Van Tiegh. — Syll. VIII p. 820, X p. 70.

1. **Endomyces coprophilus** Mass. et Salm. Copr. fungi I, pag. 324, 3870
fig. 35. — Hyphis arachnoideis, irregulariter ramosis, crebre septatis, albis 4-6 μ. cr.; ascis lateralibus, brevissime stipitatis, piriformibus v. globulosis, 4-8-sporis, 20-30 × 18-25; sporidiis ellipticis 5-6 × 3-3,5 hyalinis.

Hab. in fimo equino, Kew Britanniæ.

Fam. 18. **Protomycetaceæ** De Bary.

PROTOMYCES Unger — Syll. VII p. 319, IX p. 363, XIV p. 829.

1. **Protomyces vagabundus** Speg. Rev. Arg. de Hist. Nat. 1891, p. (12). 3871
— Acervulis caulicolis v. petiolicolis, sparsis vel hinc inde parce aggregatis, minutis 1-1,5 mm. diam., prominulis, compactis, epidermide velatis, in vivo obscure cinnamomeis, in sicco subnigrescentibus; sporidiis densissime constipatis, sphæroideis 100-150 μ. diam., episporio crasso laxe grosseque colliculoso-undulato, fusco-fuligineo fere opaco tectis, protoplasmate hyalino nubiloso-granuloso farctis. An status oogonicus *Peronosporæ* cujusdam?

Hab. ad caules vivos Medicaginis denticulatæ et Adesmiæ punctatæ in herbosis prope **La Plata** Argentinæ Amer. merid.

2. **Protomyces Theæ** Zimm. in Centr. f. Bakter. II Abt. 1901, n. 4, 3872
p. 140, fig. 11. — Mycelio partim matrici immerso, partim libero crasse tunicato; sporangiis endogenis, vulgo plurimis aggregatis, in mycelio acropleurogenis, inæqualiter globoso-ellipsoideis, crasse tunicatis, 140-220 μ. diam., flavis.

Hab. in radicibus Theæ prope Buitenzorg Javæ. — Sporarum

evolutio adhuc ignota. An sit vere parasiticus et noxius, incertum est.

3. **Protomyces Inouei** P. Henn. in Engl. Jahrb. 1902, XXXII, p. 34. — Soris in pedunculis, gibboso-prominentibus, effusis, elongatis, sæpe flexuosis vel curvatis, fuscis, 1-3 cm. longis; sporidiis irregulari-ellipsoideis vel subglobosis 30-36 × 28-34, episporio 3-4 μ. crasso, brunneo, levi. 3873

Hab. in petiolis Crepidis sp, Sakawa Japoniæ (Inoue). — *P. pachydermo* affinis.

TAPHRIDIUM Largerh. et Juel in Bih. Svenska vet. Akad. 1902, p. 7 (extr.) (Etym. *Taphrina*, cujus habitum præbet). — Hyphæ fertiles sub epidermide foliorum superiore repentes, stratum sporangiorum demum fere continuum, *Taphrinæ* instar, formantes; sporangia globosa v. breviter ellipsoidea, membrana plus minusve incrassata, non tamen indurata instructa, non hibernantia, sporas numerosissimas ovoideas statim ejicientia.

1. **Taphridium Umbelliferarum** (Rostr.) Lagerh. et Juel l. c. cum icone *Taphrina Umbelliferarum* Rostrup. *Magnusiella Umbelliferarum* Sadebeck, *Taphrina Oreosolini* Massal. — Syll. VIII, p. 815. — Membrana sporangii maturi admodum crassa, duplici, strato medio deliquescenti; exosporio rupto endosporium clausum sporis repletum protrudente; sporangiis 45-75 × 30-60; sporidiis 2-7 × 1-4.

Hab. in foliis Heraclei Sphondylii, sibirici et montani, Peucedani palustris et Oreoselini in Suecia, Dania, Germania austr., Helvetia et in Italia bor.

2. **Taphridium algeriense** Juel l. c. cum icone. — Membrana sporangii tenuiore, circ. 2,5 μ. crassa, simplici (?); sporangiis 65-80 × 55-60; sporidiis 4 × 2. 3874

Hab. in foliis Ferulæ communis in Algeria.

ENDOGONE Link. — Syll. VIII p. 905, XIV p. 289, XVI p. 816.

1. **Endogena lignicola** Pat. Champ. de la Guadeloupe ser. III, in Bull. Soc. Myc. de France t. XVIII, fasc. II, 1902, p. 183. — Ascomatibus (?) convexis, 8 mm. diam., ochraceo-rubris; pulpa grumosa, luteola; ascis ovoideis 100 × 70 hyalino-granulosis; sporidiis? 3875

Hab. in ligno putri, socia Ackermannia coccogena in insula Martinica Amer. centr. — Affinis videtur *E. macrocarpæ* sed ascomata angustiora et non rotundata.

2. **Endogone Pampaloniana** Baccarini in Nuovo Giorn. bot. ital. 1903, vol. X, n. 1, pag. 90. — Ampullis (ascis?) omnibus æqualibus, magnis, rotundis 120-140 μ. latis, protoplasmate spumoso, multinucleato farctis, membrana tenui, achroa, in soros (ascomata?) pallide luteolos 1 cm. et ultra latos, hyphis crebris pervasos congregatis et fere conjunctis; hyphis valde ramosis, crassitudine varia, omnibus membrana tenui achroa, parce septatis; protoplasmate dense multinucleato. 3876

Hab. ad terram inter Bryophyta, Firenze Ital. cent. (Doct. Pampaloni).

Genus incertæ sedis.

ACKERMANNIA Pat. Champ. de la Guadeloupe, ser. III, in Bull. soc. Myc. de France, t. XVIII, fasc. II, 1902. — Stroma superficiale, crustiforme, laxum, lanosum, albidum, filamentis latis, ramosis compositum; perithecia stromate immersa, astoma, globulosa sclerotiformia, albida facile secedentia, hyphis simplicibus, ramosis paullo congestis, ascos obvallantibus composita. Asci permagni, læte colorati, ovoidei, stipitati, in zonam radialem dispositi; sporidia?

1. **Ackermannia Dussii** Pat. l. c., cum icone. — Stromatibus solitariis, sparsis vel confluentibus, luteo-aureis, plus minusve rufescentibus subrotundo-ovoideis 1-2 mm. d., ex cellulis divergentibus luteolis 260-400 × 50-100 compositis; peritheciis 1 vel 2 in singulo stromate, initio immersis, dein liberis, subrotundis albido-rubris, duris, 350 μ. diam., astomis; ascis subrotundis vel ovoideis, luteo-brunneis 70-130 × 35-100, inferne attenuatis, stipite concolore 40-50 × 12-16. 3877

Hab. in ramulis emortuis, prope Basse-Terre (R. P. Duss) et in insula Martinica (R. P. Ackermann).

2. **Ackermannia coccogena** Pat. l. c. cum. icone. — Stromatibus pulvinatis, convexis, 6-8 mm. diam, 4 mm. alt., rufo-ochraceis, villosis, molliusculis; peritheciis pluribus in singulo stromate griseis, globulosis 350 μ. diam., villosis, duris; ascis luteo-brunneis, ovoideis, ad basim attenuatis, 100 × 60, sterilibus. 3878

Hab. in lignis emortuis, in insula Martinica Americæ centr. (R. P. Achermann).

Fam. 19. **Eoterfeziaceæ** Atkins.

Atkinson in Botan. Gazette 1902, XXXIV p. 40.

Ascomata excipulo tenui sed distincto, ex hyphis dense intricatis composito instructa. Gleba in loculos numerosos sepimentis sterilibus divisos partita. Asci irregulariter dispositi. — Genus hucusque unicum *Elaphomycetaceis* affine parasiticum, non hypogæum, nec demum pulverulentum.

EOTERFEZIA Atkinson l. c. (Etym. *eos* oriens et *Terfezia*). — Ascomata subglobosa, minuta, carnosa, tenuiter tunicata glabra vel leviter pilosa, intus radiatim plurilocularia. Asci oblongi, octospori, hyphis filiformibus suffulti; sporidia 1-cellularia, hyalina, levia. Gleba demum non pulverulenta.

1. **Eoterfezia parasitica** Atkinson l. c. cum icone. — Ascomatibus 3879
subglobosis, albis, carnosis 100-300 × 100-200 μ., sessilibus, peritheciis matricis arcte adhærentibus, tunica 3-5 μ. crassa, membranacea; ascis ellipsoideo-oblongis, 15-20 × 8-10; sporidiis ellipsoideo-oblongis, levibus 3-3,5 × 1,5-2, biseriatis, hyalinis.

Hab. parasitica in peritheciis Sordariæ spec. Ithaca N. Y. Amer. bor.

Fam. 20. **Tuberaceæ** Fries *).

TERFEZIA Tull. — Syll. VIII p. 902, XI p. 445, XIV p. 826, XVI p. 812.

1. **Terfezia Schweinfurthii** P. Henn. in Hedw. 1901, pag. 100. — 3880
Ascomatibus subglobosis interdum basi conoidea, substipitatis, extus pallidis levibus, dein brunneolis, tenue corticatis, subgranulosis, contextu corticis subgloboso polyhedrico, brunneo, 0,5-2,5 cm. diam., intus albidis caseoso-carnosis, evenosis; ascis ovoideo-clavatis, apice obtuse rotundatis 4-8-sporis, p. sp. 50-80 × 40-60, stipite subclavato, curvulo 30-50 × 16-25; sporidiis globosis, grosse 1-gut-

*) Conferendæ imprimis optimæ contributiones de Tuberaceis cll. Bucholtzii et Mattirolii.

tulatis 20-23, episporio hyalino dein flavidulo v. brunneolo, levi v. granuloso, an maturis?

Hab. ad terram, Biskra in Algeria.

2. **Terfezia transcaucasica** W. Tichomirow ap. Buch. Ann. Mycol. 1903, p. 170, t. IV, fig. 23, Ex ipso Bucholtz, videtur eadem species ac *T. Boudieri* Chat.

PACHYPHLŒUS Tul. — Syll. VIII p. 887, XVI p. 813.

1. **Pachyphlœus Saccardoi** Matt. I funghi ipog. ital. in Mem. R. 3881
Acc. d. Scienze Torino 1903, p. 338, tab. 1, fig. 11-15, *Choiromyces mœandriformis* Sacc. et Bizz. olim, nec Vitt. — Fungus vix hypogæus, irregulariter globosus; ascomate brunneo (sicco), leviter tuberculato, crasso, externe pseudoparenchymatico, interne fibroso; carne (sicca) brunnea, venis duplicibus notata; ascis elongatis cylindricis, clavatis 250-300 × 30-45; sporidiis sphæricis 18-24, μ. diam. brunneis, eleganter minutissime spinulosis; spinulis rigidis conicis acutissimis 2-4 μ. longis.

Hab. ad terram in horto botanico Patavino Italiæ bor. (P. A. Saccardo, 1872!).

TUBER Mich. — Syll. VIII p. 882, X p. 87, XI p. 443, XVI p. 813.

1. **Tuber intermedium** Buch. Hedw. 1903, p. 309, Ann. myc. 1903, 3882
t. IV, f. 22, Beitr. Hypog. pag. 110. — Subsphæricum, subregulare, hypogæum, glabrum, ochroleucum, maculis albidis, magnitudine pisi et ultra; gleba violaceo-brunnea, venis externis albidis, venis internis minus distinctis, nonnulla hyphas ascogenas sive vasculares (?) concludente; excipulo suberasso intus albo, structura uniformi, pseudoparenchymate (sensu Ed. Fischer) destituto; ascis irregulariter sparsis, piriformibus sive utriculosis, pedicellatis, sæpius 3-sporis; sporidiis ellipsoideis, ternis 28 × 23, singularibus 37 × 33, membrana brunnea, reticulata; reticuli alveolis 5-7 μ. d., 2-3 × 4 μ. altis.

Hab. sub Quercubus pr. Michailoswkoje gub. Mosquensis Rossiæ.

2. **Tuber puberulum** B. et Br. — Syll. VIII, p. 893. — var. **michai-** 3883
lovskjanum Buch. Hedw. 1903, p. 308, Beitr. Hypog. pag. 109, tab. V, f. 2. — Hypogæum, initio regulare, typo paullo majus, ferrugineum; gleba griseo-violacea, excipulo externo globoso-parenchymatico, inferius hyphis ascogenis sine vascularibus (?) in-

texto; ascis plerumque trisporis; sporidiis ellipsoideis, castaneis, 30 × 22 (sine sculptura), singularibus 49 × 45; reticuli alveolis 4,5-5,5 μ. diam., 3-4 μ. alt.

Hab. sub Tilia in silvis et hortis Michailowskjanis gub. Mosquensis Rossiæ. — Var. **albidum** Buch. Ann. Myc. 1903, p. 154, tab. IV, fig. 1-10 et Beitr. Hypog. pag. 107: hypogæum valde irregulare, sublobatum, pisi magnitudine aut majus, candidum, deinde maculis luteo-griseis, excipulo tenui, molli, aerifero, levi pruinoso, venis externis structura excipuli similibus, venis internis non distinctis; ascis 1-4-sporis; sporidiis ellipsoideis, singularibus 50 × 36, sine sculptura, binis 40 × 30, quaternis 31 × 26, reticuli alveolis 7,2 μ. diam. et ultra, alt. 5,3 μ.; fungi odore specifico nullo. Sub foliis putridis Betulæ, Quercus, Alni in Livonia et gub. Mosquensi Rossiæ.

3. **Tuber ferrugineum** Vitt. — Syll. VIII, p. 897. — var. **balsamioides** Bucholtz, Hedw. 1901, p 310. — Habitu externo *Balsamiæ,* excipuli contextu pseudoparenchymatico; ascis sæpius 3-sporis, sed etiam 1-2-4-sporis; sporidiis intense brunneo-rufis 26-46 × 20-34; sine sculptura; reticuli alveolis 6-8 μ. diam., 4,5-5,5 μ. alt. 3884

Hab. pluribus locis, Michailowskoje gub. Mosquensis Rossiæ.

MYXOMYCETÆ Wallr. em.

Syll. VII p. 323, X p. 83, XI p. 462, XIV p. 831, XVI p. 819.

Fam. 1. **Myxomycetaceæ** Wallr.

BADHAMIA Berk. — Syll. VII p. 329, X p. 83, XV p. 819.

1. **Badhamia versicolor** Lister in Journ. of Bot. 1901, XXXIX, p. 81. — Plasmodiis? peridiis sessilibus, subglobosis, 0,3-0,5 mm. diam., griseis v. griseo-carneis, sparsis v. paucis aggregatis, tunica hyalina, glomerulis calcareis innatis, raro subnullis; columella nulla; capillitio grosse reticulato, filamentis latiusculis v. angustis calce copiose præditis; granulis calceis capillitii modo albis modo armeniacis; sporis ovoideis v. subcuneatis, in glomerulos denis-quadragenis pluribusque aggregatis, purpureo-brunneis minuteque verruculosis (apice latiore), alibi levibus pallidioribusque, 10 ≈ 8-12 ≈ 9. 3885

   Hab. ad lichenes et muscos ad truncos, Aberdeenshire Britanniæ (W. Cran).

2. **Badhamia populina** A. et G. Lister, Journ. of Bot. 1904, p. 129, t. 459, f. 1. — Plasmodio albo; peridiis albis, globosis v. ovoideis 1-2-1,7 mm. diam, confertis, sessilibus, hypothallo parco, pallide ochraceo insidentibus, rarius solitariis stipiteque brevi flavo-brunneo præditis; tunica dense calcarea, exteriore plicatula et orificiis triangularibus v. rhombeis sæpe exarata, tunicam interiorem griseam revelantibus; capillitio reticulato ex filamentis crassis granulis calcareis onustis formato; sporis globosis 11 µ. diam., subvicenis in glomerulos subglobosos conjunctis, atro-purpureo-brunneis, minute, plerumque uno latere distinctius, verruculosis, plica simplici v. furcata percursis. 3886

   Hab. in trunco dejecto putrescente Populi canescentis, Epping Forest Angliæ (T. Pesch). — Ab affini *Bad. hyalina* plasmodio candido et sporis plicato-tæniatis diversa.

PHYSARUM Pers. — Syll. VII p. 336, X p. 84, XI p. 462, XIV p. 831, XVI p. 819.

1. **Physarum æneum** Rob. E. Fries Myxomyceten von Argentinien und Bolivia, in Arkiv. för Botanik, Stochkolm 1903, p. 62. — Peridiis sessilibus, globosis vel elongatis, flexuosis vel interdum reticulatim conjunctis, membrana duplici, exteriori calce incrustata, extus ænea, intus plumbea, interiori tenuissima, metallica, nitida, diutius persistente; capillitio nodulis calcareis numerosis, subrotundis vel irregularibus, fulvis prædito; sporis fusco-violaceis 7-8 µ. diam. levibus. 3887

   Hab. in truncis, in Bolivia.

2. **Physarum luteo-album** A. et G. Lister, Journ. of Bot. 1904, p. 130, t. 459, f. 2. — Plasmodio?; peridiis subglobosis, late umbilicatis, 1 mm. lat., 0,7 mm. alt., flavis, albido-tinctis, rugulosis; tunica densa, granulis calcareis albis v flavis innatis farcta; stipite obtuso, glabro, 0,5-1 mm. long, 0,2 mm. cr., læte flavo v. fulvo, sæpe deorsum pallidiore, calce onusto, basi hypothallo calcifero incrassato infixo; columella ampla hemisphærica v. breviter clavata, pallide flava; capillitio ex filamentis tenuissimis, hyalinis, æqualibus laxe ramoso-anastomosantibus formato; nodulis calcareis flavis, minutis, fusoideis parce sparsis; sporis atro-purpureo brunneis, spinulosis, 11 µ. diam. 3888

   Hab. in acubus pineis in horto T. Hanbury, La Mortola Ital. bor. (Miss Constance Pim.). — *Ph. melleo* affine, sed omnino distinctum.

3. **Physarum dictyospermum** A. et G. Lister, Journ. of Botany 1905, p. 112. — Peridiis subglobosis, stipitatis, erectis, sparsis, 0,5-0,6 mm. diam., sordide aurantiis v. atro-olivaceo-brunneis, nitidulis, tunica membranacea, firmula, aurantio-variegata, corpusculis crystallino-lenticularibus innatis, 16 µ. diam., prædita; stipite vulgo tenui, 100-500 µ. alt., in hypothallum parcum basi expanso, sursum nigro v. interdum flavido (ob granula calcaria); columella conica v. hemisphærica brevi v. peridii tertiam partem attingente, nigricante; capillitio e columella radiante, persistente ex filamentis tenuibus hyalinis v. flavidis reticulatis composito, nodulis fusoideis aurantiis calcariis interjectis; sporis globosis, 10-11 µ. d., purpureo-griseis, coacervatis brunneo-purpureis, vittis angustis saturatioribus crebre reticulatis, areolis hinc quino-senis regularibus, illinc irregularibus et minus distinctis. 3889

Hab. ad ligna putrescentia, Stewart Island Novæ Zelandiæ (Miss Hibbert-Ware).

4. **Physarum rubiginosum** Fr. — Syll. VII, p. 341 — var. **auriscalpium** Cooke (capillitio quasi *Badhamiæ*). Huc ducenda est *Badhamia citrinella* Celak. fil. Die Myxom. Böhm. 1893, p. 76, tab IV, fig. 1, teste Lister in Journ. of Bot. 1902, p. 211.
5. **Physarum leucophæum** Fr. — Syll. VII, p. 345, — *Physarum nutans* Pers. v. *leucophæum* Bost. Monogr. p. 51. Huc ducenda *Tilmadoche nephroidea* Celak. fil. l. c. pag. 69, teste Lister Journ. of Bot. 1902, p. 211.

FULIGO Hall. — Syll. VII p. 353.

1. **Fuligo gyrosa** (Rost.) Jahn, in Ber. Dr. B. G. 1902, XX, p. 272, tab. XIII, f. 3, *Physarum gyrosum* Rost. Monogr. p. 111. — Cfr. Syll. VII, p. 346. — Teste auctore, annuente nunc cl. Listero, species hæc a *Fuligine septica* est distinguenda. Nascitur in caldariis Berolinensibus.

CHONDRIODERMA Rost. — Syll. VII p. 362, X p. 85, XI p. 464, XIV p. 834, XVI p. 822.

1. **Chondrioderma asteroides** Lister in Journ. of Bot. 1902, p. 209, 3390
tab. 438, f. 1. — Peridiis gregariis, hemisphæricis v. subconicis, plerumque basi lata sessilibus, rarius breve stipitatis, sordide brunneis, subinde cacao-brunneis, raro pallide fulvis, a basi ad apicem atro-lineato-sulcatis; tunica crassiuscula, fragili granulis calcariis onusta, apice in 8-12 lobos stellatim diffracta; columella hemisphærica v. subglobosa, alba v. pallide cremea; capillitio e filamentis tenuissimis rectiusculis, anastomosantibus formato; sporis globosis, purpureo-brunneis, minute verruculosis, 10 μ. diam.

Hab. in foliis Acaciæ et Pini, La Mortola in horto Hanbury (Miss A. Fry).

DIDYMIUM Schrad. — Syll. VII p. 375, X p. 85, XI p. 464, XIV p. 835, XVI p. 822.

1. **Didymium comatum** Lister in Journ. of Bot. 1901, XXXIX, p. 7 3391
(absque diagnosi). — Peraffine *Did. difformi,* a quo præcipue differt crystallis tunicam exteriorem formantibus distinctius stellatis et laxius compactis; sporis quoque plerumque minoribus et pallidioribus; capillitio magis copioso e filamentis rectis ramis anasto-

moticis paucis connexis, subhyalinis (nec plerumque purpureo-brunneis).

Hab. in Filicibus putrescentibus in Angliæ variis locis. — Incertum an sit specifice distinctum v. tantum varietas *D. difformis,* quocum sæpe nascitur.

2. **Didymium excelsum** Lister et E. Jahn in Bericht. Deut. Bot. Gesell. 1902, p. 275, tab. XIII, f. 5-10. — Peridiis stipitatis, 1,7 mm. alt. incluso stipite, discoideis, infra profunde concavis, subpileiformibus; stipite brunneo-flavo, levi, deorsum sensim incrassato 1 mm. longo, sæpe subcompresso ubique granulis crystallinis usque 10 μ. crassis referto; columella flavida; crusta peridii e crystallis typicis formata; capillitii filamentis hyalinis; sporidiis globosis, 9-11 μ. diam., saturate coloratis, margine acute spinulosis. 3892

Hab. ad truncos putres in Brasilia meridionali (Alfr. Möller). — Stipite longo et levi et granulis crystallinis referto a *Did. effuso* imprimis distinguenda species.

SPUMARIA Pers. — VII p. 388.

1. **Spumaria alba** (Bull.) DC. — Syll. VII, p. 388 — var. **dictyospora** Rob. E. Fries, Myxom. von Argentinien u. Bolivia, in Arkiv för Botanik Stockholm 1903, p. 66. — A typo differt filamentis capillitii tenuioribus sporisque saturatius brunneis et aculeis longioribus sculpturisque tenuiter reticulatis præditis. 3893

Hab. in Opuntia adhuc viva, prope Tarija Boliviæ. — Crystalla stellata fere nulla.

STEMONITES Gled. — VII p. 397, X p. 87, XI p. 466, XIV p. 836, XVI p. 823.

1. **Stemonites splendens** Rostr. — Syll. VII, p. 398. — var. **flaccida** List. Mycetoz. p. 112; t. XLIII, f. *g-i, Jundzillia Tubulina* Rac. fil. l. c. p. 46 (teste List. Journ. of Bot. 1902, p. 212). — Peridiis mollibus, adhærentibus; capillitio laxo rete superficiale formante; strato membranaceo peridii jugiter præsenti. 3894

Hab. ad ligna putrida in Britannia Bohemia et Amer. bor.

COMATRICHA Preuss. — Syll. VII p. 394, X p. 87, XI p. 466, XIV p. 837.

1. **Comatricha typhina** (Wigg.) Rost. — Syll. VII, p. 394 — var. **heterospora** Rex ap. List. Myx. pag. 121, *C. dictyospora* Cel. fil. l. c. p. 49, t. II, f. 9 (teste Lister in Journ. of Bot. 1902, p. 211). 3895

— Membrana peridii evanescente; sporis minutissimis verruculosis reticulatisque, 5-6 μ. diam.

Hab. ad ligna putrida, Philadelphia, Jowa, Carolina inf. Amer. borealis et Bohemia.

2. **Comatricha laxa** Rost. — Syll. VII, p. 396. — Huc ducenda *C. macrosperma* Racib. fil. l. c. pag. 211, teste List. Journ. of Bot. 1902, p. 212.

TRICHIA Hall. — Syll. VII p. 438, X p. 93, XI p. 470, XIV p. 839.

1. **Trichia contorta** (Desm.) Rost. Syll. VII, p. 444, *T. pachyderma* Cel. fil. l. c. p. 38 (teste Lister). — var. **inconspicua** (Rost.) List. Monogr. p. 169, *T. inconspicua* Rost. *T. Rostafinskii* Cel. fil. l. c. p. 37 (teste Lister in Journ. of Bot. 1902, p. 211). — Elateriis cylindricis vulgo sensim versus apicem acuminatum incrassatis; tæniis spiralibus distinctis, regularibus, delicatis. 3896

Hab. ad ligna in Britannia, Norvegia, Amer. bor.

2. **Trichia varia** Pers. — Syll. VII p. 442 — Huc ducenda *T. aculeata* Cel. fil. l. c. pag. 34, teste Lister in Journ. of Bot. 1902, p. 211.

HEMIARCYRIA Rost. — VII p. 446, X p. 98, XI p. 471, XIV p. 839.

1. **Hemiarcyria expansa** Martius, Versuch eines Comment. in Werk. Marcgrav und Piso. München 1853 (Akad. Wiss.) pag. 224, sub *Trichia* (Hemiarcyria) *expansa*. — Hypothallo late effuso vix determinato, primum gelatinoso albo, mox siccescente tenui suberustaceo-floccoso, albido, coccineo-vinoso; peridio ovali puniceo simplici, parte basilari irregulariter persistente; capillitio dense lutescenti, inæqualiter et anguloso-reticulato, demum in formas sublobatas inæquales propullulante. 3897

Hab. in ligno putrido insulæ Gubernatoris in sinu Sebastianopolitano pr. Rio de Janeiro, Julio 1817. — Fungillus explosus 4-8 mm. longus.

2. **Hemiarcyria Karstenii** Rost. — Syll. VII, pag. 448. — Huc ducenda, teste Lister in Journ. of Bot. 1902, p. 212, *Perichæna cornuvioides* Celak. fil. Die Myxomyc. Böhm 1893, pag. 26, tab. I, fig. 67.

ARCYRIA Hall. — Syll. VII p. 425, X p. 92, XI p. 469, XIV p. 839.

1. **Arcyria ferruginea** Saut — Syll. VII, p. 431. — Huc ducenda *A. clavata* Celak fil. Die Myxom. Böhm. 1893, pag. 29, teste cl. Lister.

PERICHÆNA Fr. — Syll. VII p. 420, X p. 91, XI p. 468, XIV p. 839.

1. **Perichæna annulifera** Boud. in Boll. Soc. Myc. de France 1902, 3898
n. 2, tab. VIII, fig. 3. — Peridiis minutis 0,3-0,5 mm. latis, rotundatis v. suboblongis, levibus, ochraceis v. ochraceo-fulvis, sessilibus, congestis, rarius gregariis, subnitidis; massa sporacea et capillitii lutea; capillitio parco e tubis circulos clausos sæpe appendiculatos figurantibus formato; tubis 5-7 μ. cr., levibus sed hinc inde lineolis tenuissimis crebre spiraliter dispositis, notatis; sporis rotundis 15-16 μ. cr., crebre verrucosis, luteis.

Hab. ad ligna putrida, Angers Galliæ (Galliard). — *Perich. corticali* affinis, sed minor, distincte flava et minus nitida.

2. **Perichæna ochrospora** Peck Rep. of the State bot. 1900, p. 156. 3899
— Peridiis dense gregariis, hemisphæricis, globosis vel subglobosis 300-500 μ. diam., sessilibus cinereis, sæpe rubro-tinctis; sporidiis globosis, ochraceis vel griseo-ochraceis 15-17,5 μ. diam.

Hab. ad ligna, Lyndonville, Amer. bor. (C. E. Fairman). — Capillitium nullum. *Perichænæ marginatæ* Schw. affinis, sed defectu incrustationis peridii, colore sporarum et defectu hypothalli differt.

3. **Perichæna variabilis** Rost. Syll. VII, p. 496. — var. **pedata** A. 3900
et G. List. Journ. of Bot. 1904, p. 139, t. 459, f. 3-4. — A typo differt peridiis stipitatis, globosis, ochraceo-brunneis, stipite nigricante, 0,3 mm. long., 0,1 mm. cr.; sporis paullo minoribus nempe 8-9 μ. diam.

Hab. in foliis emortuis Lyme Regis Undercliff Britanniæ et Philadelphia Amer. bor.

Genus dubium.

HEIMERLIA v. Höhnel in Annales Mycol. 1903, vol. I, p. 391 (Etym. a cl. prof. Ant. Heimerlio Vindobonensi). — Planta candida. Peridium globosum vel piriforme, stipitatum. Stipes corneus, subulatus, in columellam intra peridium subtiliter productus. Tunica tenuissima, homogenea, structura deficiente. Capillitium nullum. Sporæ (nondum bene evolutæ) hyalinæ.

1. **Heimerlia hyalina** v. Höhnel l. c. — Tota hyalina; stipite rigido, 3901
e basi dilatata subulato, candido, corneo, subtiliter striato, solido vel solum basin dilatatam versus cavitate tenuissima, tubuliformi instructo, 600-800 μ. long., in basi 12-15 μ. superne solum 4 μ. crasso ibique infra peridium semper levissime intumescente in columellam rigidam, 2-3 μ. crassam, acutissimam, apice denique sæpe arcuatim deflexam subtiliter producto; peridio globoso vel piriformi, circ. ad 120 × 70-120; tunica tenuissima, homogenea, supra libera, basi circum stipitis insertionem annulatim incrassata; capillitio nullo; sporis (nondum bene evolutis) hyalinis, globosis, membrana tenui instructis, 4-5 μ. (?).

Hab. ad lignum putridum Quercus, Carpini in silva « Viehoferin » (Wienerwald) prope Pressbaum Austriæ inferioris.

Fam. 2. Acrasiaceæ seu Sorophoreæ *).

GUTTULINOPSIS Olive Proc. Amer. Acad. Arts and Sciences 1901, XXXVII, p. 335 (Etym. *Guttulina* et *opsis* facies). — Myxoamœbæ pseudopodiis lobosis præditæ. Sori sessiles v. stipitati, ex pseudosporis compositi; pseudosporæ stipitis plerumque paullo longiores,

1. **Guttulinopsis stipitata** Olive l. c. pag. 336. — Soris flavido-albis 3902
longe pedunculatis; stipite ex cellulis conformibus cum illis capituli composito; soro 1-1,2 mm. alt.; stipite 800 μ. longo, capitulo 280 μ. diam.; pseudosporis sphæroideis 3-5 μ. diam.

Hab. in stercore canis, New Haven Conn. Amer. bor.

2. **Guttulinopsis clavata** Olive l. c. p. 336. — Soris primo flavido- 3903
albis proportione longe stipitatis; stipite ex cellulis elongatis muco obductis; cellulis stipitis, intra mucum periphericum, post pseudosporarum capituli deliquescentiam, columellam subrotundam v. conicam formantibus; soris 400-800 μ. long.; stipite 170-250 μ. long.; capitulo 100-400 μ. diam., pseudosporis capituli ovoideis 6-7 × 3-4 v. sphæroideis 4-5 μ. diam.; stipitis 7-10 × 3-5.

---

*) Quod ad Acrasiaceas seu Sorophoreas attinet, cfr. E. W. Olive *Preliminary enumeration of the Sorophoreæ* in Proceed. of the Amer. Acad. of Arts and Sciences XXXVII. Boston Mass. 1901 Dec. — Genera l. c. enumerata sunt: *Sappinia* Dang., *Guttulinopsis* Olive, *Guttulina* Cienk., *Acrasis* v. Tiegh., *Dictyostelium* Bref., *Polysphondylium* Bref., *Cœnonia* v. Tiegh., *Labyrinthula* Cienk., *Diplophrys* Barker.

Hab. in stercore canino, Cambridge et Indiana Amer. bor.

3. **Guttulinopsis vulgaris** Olive l. c. p. 336. — Soris vulgo pedunculatis, interdum sessilibus, 150-500 ≈ 150-400; fructificatione ex albido in sordide flavidum variante, secus substrati naturam et sori siccitatem; pseudosporis vulgo irregulariter sphæricis, 4-8 μ. diam. 3904

Hab. in stercore equino, vaccino, suino, murino, Cambridge, Alabama, Indiana, Maine Amer. bor, et Porto Rico. — *Gutt. aurea* v. Tiegh, cui affinis « sporis » aureis differre videtur.

DICTYOSTELIUM Bref. — VII p. 451.

1. **Dictyostelium aureum** Olive Proc. Amer. Acad. Arts and Sc. 1901; XXXVIII, p. 340. — Soris maturis aureo-flavis, 1,5-4 mm. alt.; sporis ovoideis, sæpe inæquilateris, 5-8 ≈ 2,5-3. 3905

Hab. in stercore murino, Porto Rico (Thaxter). — Colore aureo, crescendi modo notisque myxoamœbarum distinguenda species.

2. **Dictyostelium brevicaule** Olive l. c. — Soris albis, stipitatis; stipite 1-3 mm. alt.; sporis ovoideis 4-7 ≈ 3-4, rarius sphæricis, 3-4 μ. diam. 3906

Hab. in stercore ovino et caprino, Cambridge Mass. Amer. bor. — Sori majusculi constanter sed breviter stipitati. Stipite brevi recto etc. a *Dictyostelio mucoroidi* et affinibus mox distinguendum.

3. **Dictyostelium purpureum** Olive l. c. — Soris stipiteque purpureis v. violaceis, maturis plerumque nigricantibus; sporis ovoideis, rarius subinæquilateris, 5-8 ≈ 3-5. 3907

Hab. in stercore murino, vaccino, equino, ovino nec non bufonis, Cambridge Mass. Indiana et Florida Amer. bor.

POLYSPHONDYLIUM — Syll. VII p. 453.

1. **Polysphondylium album** Olive Proc. Amer. Acad. of Arts and Sc. 1901, XXXVII, p. 342. — Soris stipiteque albis; soris 100-200 μ. diam.; sporis ovoideis, 4-5 ≈ 2,5-3. 3908

Hab. in stercore bufonis, Eustis Florida Amer. bor. — A *P. violaceo* et *P. pallido* distinguitur soris majoribus, copiosioribus, hinc magis conspicuis prætereaque stipes basi gracilior.

2. **Polysphondylium pallidum** Olive l. c. p. 341. — Soris pedicellisque albis, primis 50-80 μ. diam.; sporis ovoideis 5-6,5 ≈ 2,5-3, rarius sphæricis 7-8 μ. diam. 3909

Hab. in stercore asinino, cuniculino, murino? (*muskrat*) in Siberia Africæ et Arlington et Stony Brook Mass. Amer. bor. — Species delicatula soris parvis distincta.

LABYRINTHULA Cienk. Arch. f. mikros. Anat. III, 1867, pag. 274 (Etym. *labyrinthus*). — Myxoamœbæ fusiformes hyalinæ v. flavidæ — utrinque pseudopodia filiformia singula v. plura fasciculata ferentes et pseudopodiorum ope inter se in plasmodium reticulatum junctæ. Sporæ (in statu fructificationis) soros irregulares formantes, germinando 1-4 myxoamœbas edentes. — Fungi parasitici in algis.

1. **Labyrinthula Cienkowskii** Zopf Beitr. zur Phys. u. Morphol. Organ. II, p. 36-48, t. IV-V, 1892. — Soris hyalinis, nudatis; sporis germinando tantum 1-2 amœbas edentibus. 3910

Hab. in aqua dulci parasitice in Vaucheria, Germania.

2. **Labyrinthula macrocystis** Cienk. l. c. p. 274, t. 15-17. — Hyalina v. flavida; sporis fusiformibus 18-25 μ. long., muco hyalino insertis, germinando 4 amœbas edentibus. 3911

Hab. ad algas marinas affixas pr. Odessa Rossiæ. Occupat loca elevatiora sæpe arescentia, supra *Lab. vitellinam.*

3. **Labyrinthula vitellina** Cienk. l. c. p. 274, t. 15-17. — Myxoamœbis contentum aurantio-rubrum jodi ope cærulescentem includentibus; sporis ovoideis v. sphæroideis, 12 μ. d., amœbas 4 germinando edentibus. 3912

Hab. ad algas marinas affixas pr. Odessa Rossiæ.

DIPLOPHRYS Barker Quart. Journ. Micr. Soc. VII, 1868, pag. 123 (Etym. *diploos* duplex et *ophrys* cilium). — Myxoamœbæ fusiformes v. sphæroideæ, utrinque pseudopodiis auctæ, intus guttulis oleosis flavidis fœtæ. Sori stipitati v. sessiles.

1. **Diplophrys Archeri** Barker l. c. — Myxoamœbis subsphæricis v. late ellipsoideis 4-5 μ. diam., utrinque fasciculum pseudopodiorum filiformium gerentibus; protoplasmate globulum oleosum refringentem aurantiacum v. succineum continente; fructificatione ignota. 3913

Hab. in aquis dulcibus in Hibernia, Germania, Pennsylvania et New Jersey Amer. bor.

2. **Diplophrys stercorea** Cienk. Arch. f. mikr. Anat. XII, pag. 44, t. VIII (1876). — Myxoamœbis lentiformibus v. fusoideis, 4-6 μ longis, utrinque pseudopodia complura gerentibus, vulgo bilateraliter symmetricis, intus 1-nucleatis 1-2-vacuolatis, flavo-granulo- 3914

sis, denique aggregatis in plasmodium et pseudosporas generantibus; pseudosporis soros vulgo stipitatos, raro sessiles formantibus.

Hab. in stercore equino, vaccino, Erinacei in Rossia, Cambridge Intervale, New Hampshire Amer. bor.

APHELIDIUM Zopf — Syll. VII p. 463.

1. **Aphelidium Melosiræ** Scherffel in Hedw. 1902, p. (106). — Cistis late ellipticis 10-12-14 μ. diam., levibus, pallide fuscescentibus, guttulis refringentibus repletis: formatio zoosporarum ut in *Aphel. deformante* Zopf. 3915

Hab. in Melosira variante, Iglò Hungariæ.

MYXOBACTERIACEÆ Thaxt.

Syll. XI p. 460, XIV p. 842.

CHONDROMYCES B. et C. — Syll. IV p. 576, XI p. 460, XIV p. 842.

1. **Chondromyces catenulatus** Thaxt. Bot. Gaz. 1904, p. 405, Rev. mycol. 1904, p. 173, t. CCXLI *bis*, f. 3. — Aurantiacus, nitens; cistophoris simplicibus, breviusculis 180-360 μ. alt., basi in substratum dilatatis, sursum tenuatis sæpeque furcatis, ramulis quoque sursum tenuatis catenulasque divergentes cistarum gerentibus; cistis pallide flavis 20-50 × 18 in catenas 200-300 μ. longas parce ramosas dispositis, fusoideis v. longe ellipsoideis, subinde irregularibus, maturitate superficie plicatulis, inter se isthmis plus minus longis separatis, sæpe 10-12 successive superpositis; baculis 4-6 × 1-1,3. 3916

Hab. in caudice putri Populi, Hanover N. H. Amer. bor. — Pseudofructificationes 650 μ. alt. Species cistis catenulatis prædistincta.

2. **Chondromyces pedunculatus** Thaxt. Bot. Gaz. 1904, Rev. Mycol. 1904, p. 174, t. CCXII *bis*, f. 6-7. — Flavo-aurantiacus, demum v. arescendo rubro-aurantius; cistophoris solitariis, erectis, simplicibus, gracilibus rugulosis, 300-700 μ. long.; cistis in umbellam laxam subcapitatis, flavo-pallidis, sæpe inclinatis, subsphæricis v. cylindraceis v. clavatis v. subpiriformibus, 45-60 × 30-40 in pedicellum sæpius 40-60 μ. longum gracilem, rugulosum plus minus abrupte tenuatis, apice tunica sæpe incrassata et rugosa; baculis 2-4 × 0,6-0,7. 3917

Hab. in stercore anserino, Sandy Run S. C. Amer. bor.

3. **Chondromyces sessilis** Thaxt. Bot. Gaz. 1904, Rev. Mycol. 1904, p. 174, t. CCXLI *bis*, f. 4. — Aurantio-rubens; cistis rosulam sessilem, cistophoris carentem formantibus; cistis forma variis, vulgo irregulariter et breviter fusoideis, rugosis, 18-55 × 25-45, mensura media 50 × 40, basi plus minus confluentibus; rosula 100-250 μ. diam.; baculis 3918

Hab. in ligno putri prope Miami, Florida Amer. bor. — Subinde adest rudimentum cistophororum.

4. **Chondromyces Muscorum** Thaxt. Bot. Gaz. 1904, Rev. Myc. 1909, p. 174, t. CCXLI *bis*, f. 8. — Vivide flavo-aurantiacus; cistis simplicibus rarius bifurcatis, sessilibus, erectis, elongatis, apice tenuatis et abrupte acuminatis; cistophoris nullis manifestis; sporis nullis visis. 3919

Hab. in Hepaticis ad truncos vivos Fagi, Crawfordsville Ind. Amer. bor. — Ad *Myxococcum coralloidem* nonnullis notis accedit, sed omnino distinctus.

MYXOCOCCUS Thaxt. — Syll. XI p. 480, XIV p. 843.

1. **Myxococcus disciformis** Thaxt. Bot. Gaz. 1904, Rev. Mycol. 1904, p. 174, t. CCXLI *bis*, fig. 9. — Cistis discoideis, confertis, sessilibus cicatricula plus minus fimbriata insertis, in massam congestis, initio subroseis, dein pallide flavo-aurantiis ambitu circularibus v. ovalibus et interdum irregularibus, tunica distincta, tenui, demum leviter rugulosa; baculis 2-3 × 0,5-0,6; sporis inæqualiter sphæricis, ægre secernendis. 3920

Hab. in excrementis Fibri zibethici et Cervi damæ in America bor.

POLYANGIUM Link — Syll. VII p. 47, XIV p. 38, 844.

1. **Polyangium septatum** Thaxt. Bot. Gaz. 1904, Rev. Mycol. 1904, 3921
p. 175, t. CCXLI *bis*, f. 10-11. — Soris aurantio-flavidis, siccis sordide rufo-aurantiis, magnitudine varia, 50-200 μ. diam., irregularibus, sæpe confluentibus; cystis inæqualibus, subrotundis, ovoideis, polyhedricis v. cylindraceis, 18-22 × 12-22, in cistas secundarias 10-12 μ. diam., septis spuriis exacte partitis, partitione transversali v. varia; baculis 3-5 × 0,8-1.

Hab. in fimo equino, Cambridge Mass. Amer. bor.

DEUTEROMYCETÆ Sacc.

SPHÆROPSIDACEÆ (Lév.) Sacc.

Syll. III p. 1, X p. 100, XI p. 472, XIV p. 844, XVI p. 825.

Fam. 1. **Sphærioidaceæ** Sacc.

Cl. prof. Fl. Tassi (in Bull. Labor. ed Orto bot. Siena, 1902, p. 3 et seqq.) expertus est genera Sphærioidacearum primaria in plura divellere ut inter se magis homogenea et paralliele respondentia evaderent. Conatus, saltem ex parte, laudabilis est et probabiliter genera Tassiana nova in posterum adhibenda fore. Hic ea non admisimus (nisi quædam ut subgenera) ne ordo Sylloges nimis subvertatur et etiam quia maluimus ut experimentum validitatem eorum plenius confirmet. Satis hic ducimus conspectum synopticum illorum generum ab ipso cl. Tassi l. c. p. 76 exhibitum referre. Lector opus auctoris conferat.

Conspectus generum Sphærioidacearum affinium.



Sect. 1. Hyalosporæ.

PHYLLOSTICTA Pers. — Syll. III p. 3, X p. 100, XI p. 472, XIV p. 844, XVI p. 825. — Cll. Allescher et Fl. Tassi species *Phomæ* foliicolas ad gen. *Phyllostictam* et *Phyllostictas* macrosporas

ad *Macrophomam* duxerunt et fortasse – saltem ex parte – recte; tamen tutius est reductionem hanc faciant mycologi, denuo inquirendo exemplaria originalia, nam et natura contextus pycnidiorum et præsentia basidiorum etc. sunt prius exacte determinanda.

1. **Phyllosticta Béguinotiana** Sacc. in Atti congr. bot. Palermo 1902, p. 54. — Maculis amphigenis subrotundis, 2-3 mm. diam., isabellinis dein albicantibus, margine angusto, elevato, nigricante cinctis; pycnidiis gregariis, punctiformibus, sæpius epiphyllis, globoso-discoideis, atris, 200-250 μ. diam., poro rotundo pertusis; contextu laxe areolato fuligineo; sporulis sessilibus, fusoideis, subinæquilateris, utrinque obtusulis, 14-15 × 2,5-3,5 e hyalino dilutissime chlorinis, obsolete 4-guttulatis, granulosisque. 3922

   Hab. in foliis nondum emortuis Clematidis Flammulæ var. fragrantis, in insula Ventotene Italiæ merid. (A. Béguinot). — Specie majuscula, prædistincta.

2. **Phyllosticta helleboricola** C. Mass. – Syll. X p. 126. — var. **Coptidis** Sacc. et Scalia, Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 21, pl. VI, fig. 19. — A typo differt sporulis angustioribus, nempe recte cylindraceis, utrinque subincrassatis, rotundatis, 5 × 0,5. 3923

   Hab. in foliis Coptidis trifoliatæ, Unalaska Alaska (Harrington).

3. **Phyllosticta Nicolai** Bubák, Pilzfl. Montenegro, 1903, p. 12. — Maculis subrotundis anguste atro-brunneo-marginatis, 2-4 mm. d., centro alutaceis; pycnidiis epiphyllis, sparsis, brunneis, poro minuto pertusis, lenticularibus, 100-180, μ. diam.; sporulis ovoideis vel oblongis vel subcylindraceis utrinque rotundatis, 6-9 × 2-3 hyalinis. 3924

   Hab. in foliis Melandryi pratensis propes Njegusi, Montenegro.

4. **Phyllosticta Gœtheæ** Magnaghi in Contr. Mic. Ligustica p. 5 Atti Ist. Bot. Pavia vol. VIII, 1902. — Maculis irregularibus, amphigenis, albescentibus, exaridis, linea fusca cinctis; pycnidiis sparsis, punctiformibus, epiphyllis, raro amphigenis, pertusis, lutescentibus 180-200 μ. diam.; sporulis ovoideis, 3-5 × 2, chlorinis. 3925

   Hab. in foliis vivis Gœtheæ caulifloræ, Cornigliano Liguria.

5. **Phyllosticta Durionis** A. Zimm. in Centralbl. f. Bakter. 1902, VIII, p. 217. — Maculis pallide brunneis 40 mm. diam.; pycnidiis epiphyllis, fere semper sparsis, immersis, globosis vel paullo subapplanatis, brunneo-nigris, ostiolo papillatis, 160-200 μ. diam.; sporulis hyalinis, ellipsoideis 5-6 × 2-3. 3926

Hab. in foliis Durionis zibethini prope Buitenzorg, in insula Java.

6. **Phyllosticta sterculicola** Traverso in Syd. Ann. Mycol. 1903, vol. I, n. 3, *Ph. Sterculiæ-frondosæ* Mori in herb. — Maculis magnis, totum foliorum apicem occupantibus, albidis, inferne badio-cinctis; pycnidiis copiosissimis, epiphyllis, nigris, erumpentibus, sphæricis vel late ellipsoideis 150-200 μ. diam., poro pertusis; sporulis ovoideo-ellipsoideis, hyalinis, continuis, intus granulosis, 5-7 × 2,5-3. 3927

Hab. in foliis vivis Sterculiæ frondosæ in horto botanico Modena, Ital. bor. (prof. A. Mori). — A *Phyllosticta Sterculiæ* Winter maculis majoribus, pycnidiis contra minoribus, sporulis semper continuis nec in medio constrictis, facillime distinguitur.

7. **Phyllostiota Theobromæ** d'Almeida et S. da Camara in Revista Agronomica 1903, n. 3, pag. 89, tab. IX, fig. 1-3. — Maculis epiphyllis, magnis, irregularibus, parum numerosis, marginalibus vel in apice dispositis; pycnidiis sparsis, punctiformibus, piriformibus, atris, primo tectis, demum erumpentibus, 130 × 140 × 60-70; sporulis irregularibus vel ellipticis, hyalinis, biguttatis, 5-7,5 × 2,5-3; basidiis subcylindricis, simplicibus, usque 17,5 μ. longis. 3928

Hab. in foliis Theobromæ Cacao, in insula San Thomè Africæ.

8. **Phyllosticta Mauroceniæ** Sacc. et D. Sacc. Mycoth. ital. n. 1523. — Maculis amplis, irregularibus, amphigenis, 1-2 cm. lat., anguste elevate rufo-marginatis, supra demum candicantibus, infra cinereo-ochraceis; pycnidiis epiphyllis, punctiformibus, subcutaneo-erumpentibus, globuloso-lenticularibus, 70-90 μ. diam., poro pertusis, circumcirca hyphulis brunneis brevibus ramulosis cinctis; sporulis ellipsoideis, 3-3,5 × 2, eguttulatis v. minutissime 2-guttulatis, hyalinis. 3929

Hab. in foliis morientibus Cassines Mauroceniæ in horto botanico Patavino, Apr. 1904.

9. **Phyllosticta propinqua** Ferr. et Sacc. in Atti congr. bot. Palermo 1902, p. 55. — Maculis suborbicularibus v. irregularibus, sæpius marginalibus, amphigenis, supra pallidioribus anguste atro-cinctis; pycnidiis plerumque epiphyllis, gregariis, globoso-discoideis, punctiformibus, nigris, 130-140 μ. diam., subcutaneo-erumpentibus, poro pertusis; sporulis cylindraceo-ellipsoideis, utrinque rotundatis, continuis, hyalinis, 8,5-10 × 2,5-3,5 non guttatis. 3930

Hab. in foliis adhuc vivis Buxi sempervirentis, pr. Crescentino Italiæ bor. — A *Ph. limbali* et *phacidioide* satis diversa.

10. **Phyllosticta Heveæ** Zimm. in Bull. de l'Inst. bot. de Buitenz. 1901, p. 21. — Maculis brunneis, extremitatem foliorum occupantibus; pycnidiis epiphyllis, densis, epidermide velatis, dein erumpentibus, planiusculis, prope ostiolum brunneo-nigris, 80-150 × 60; ostiolo 16 μ. lato; sporulis ellipticis, utrinque acutis, hyalinis 6-7 × 2,5, biguttulatis. 3931

Hab. in foliis Heveæ brasiliensis, Buitenzorg, in insula Java.

11. **Phyllosticta Briosiana** Traverso in Syd. Ann. Mycol. 1903, vol. I, n. 3. — Maculis epiphyllis, suborbicularibus, raro confluentibus, griseis, badio-cinctis, magnitudine varia 2-8 mm. diam.; pycnidiis sat numerosis, subepidermicis, prominentibus, globosis, ochraceis, poro pertusis, 50-100 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, utrinque obtusis, hyalinis, intus granulosis, 4-7 × 2,5-3. 3932

Hab. in foliis vivis Acalyphæ virginicæ prope Pavia Ital. bor.

12. **Phyllosticta prætervisa** Bub. Ann. Mycol. 1904, p. 397. — Maculis copiosis, utrinque visibilibus, minutissimis, angulosis, venis limitatis, varie confluentibus, inferne cinereo-viridulis, v. brunneolis, superne pallide nigricantibus vel rufescentibus; pycnidiis hypophyllis, laxe gregariis, perexiguis 30-70 μ. diam., globosis, prominulis, atro-brunneis v. nigricantibus, poro ampliusculo pertusis; contextu castaneo, parenchymatico; sporulis breve cylindraceis, rectis, utrinque rotundatis, 4-5 × 1, hyalinis, biguttatis. 3933

Hab. in foliis morientibus Tiliæ parvifoliæ in silvaticis pr. Tabor Bohemiæ.

13. **Phyllosticta bracteophila** Ferraris, Malp. 1904, pag. 492, t. IX, f. II. — Maculis dealbatis v. cinereis, internerviis, minutis; pycnidiis amphigenis, brunneis, punctiformibus, membranaceis, 70-80 μ. diam. obscure perforatis; sporulis hyalinis, cylindricis, apice rotundatis, 4-4,5 × 1,5. 3934

Hab. in bracteis peduncularibus Tiliæ europeæ, Riva Valdobbia Ital. bor. (Ab. A. Carestia).

14. **Phyllosticta tiliicola** Oud. Contr. á la Fl. Myc. des Pays. Bas XVIII, pag. 747. — Maculis amphigenis, parvis 0,3-1 mm. d., umbrinis, angulosis, inter parvulos nervos foliorum limitatis; pycnidiis hypophyllis 1-3-4 in singulis maculis, globulosis, prominentibus, 100 μ. diam.; sporulis bacillaribus, utrinque rotundatis, continuis 2 × 0,5 hyalinis. 3935

Hab. in foliis Tiliæ ulmifoliæ, Nunspeet Hollandiæ.

15. **Phyllosticta Arethusa** Bubák, Œsterr. Bot. Zeitschr. 1904, p. 181. 3936
— Maculis genuinis nullis; pycnidiis epiphyllis, areas amplas occupantibus, easque griseo-brunneas reddentibus, confertis, copiosis, hemiphæricis, prominulis, contextu parenchymatico nigricante; sporulis minutis, oblongis, utrinque rotundatis, 2-3 × 1-1,5, hyalinis.

Hab. in foliis viventibus et emortuis Citri Aurantii, socia *Septoria Arethusa*, Meran Tiroliæ.

16. **Phyllosticta Curatellæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, p. 385 (Hedw. 3937
1904). — Maculis rufo-brunneis vel fuscis, rotundatis, gregariis; pycnidiis superficialibus innato-erumpentibus, sparsis, lenticularibus, pertusis, atris; sporulis oblongis, subclavatis, hyalinis, 2-guttulatis, continuis, 6-8 × 2-2 $^1/_2$.

Hab. in foliis Curatellæ americanæ, Tarapoto Peruviæ.

17. **Phyllosticta Anonæ** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 3938
1902, p. 113. — Maculis rotundatis v. oblongis, pallidis, exaridis, zona atro-brunnea circumdatis, 0,5-2 cm. diam.; pycnidiis sparsis, innatis, punctiformibus, atris, subhemisphæricis, 50-70 μ. diam.; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, hyalinis, 3-3,5 × 2,5.

Hab. in foliis Anonæ spec., S. Paulo, Brasilia.

18. **Phyllosticta camelliæcola** Brun. — Syll. X, p. 101. — var. **me-** 3939
ranensis Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 80. — A typo differt sporulis cylindraceis, bacterioideis, 3-5 × 1-1,5.

Hab. in foliis vivis Camelliæ japonicæ, Meran Tiroliæ.

19. **Phyllosticta Theæ** Speschnew, Tifl. Bot. 1904, pag. 74, t. III, 3940
f. 1-4. — Maculis epiphyllis versiformibus, dealbatis non marginatis; pycnidiis sparsis variis, punctiformibus applanato-lenticularibus, 100-240 μ. diam. 60-80 μ. alt., poro lato pertusis; sporulis oblongo-ellipticis, hyalinis, semper obsolete biguttulatis, 6-8 × 1,5-2.

Hab. in foliis vivis Theæ sinensis et assamicæ, Tschawa prope Batun Caucasi.

20. **Phyllosticta amphigena** D'Almeida, Contrib. á la Mycoflore du 3941
Portugal 1903, pag. 28. — Pycnidiis amphigenis, nigrescentibus, membranaceis, 180 μ. diam., poro pertusis; sporulis ellipticis, subhyalinis vel dilute chlorinis, 2-3-guttatis, 12-17 × 3-4; basidiis non visis.

Hab. in maculis aridis, brunneis, foliorum Camelliæ japonicæ, Lisboa, Lusitaniæ. — A *Ph. Camelliæ* et a *Ph. camelliæcola* Brun. pycnidiis amphigenis et sporulis non hyalinis et valde longioribus differt.

21. **Phyllosticta Guareæ** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, pag. 113. — Maculis pallidis, exaridis, zona brunneola circumdatis, rotundatis; pycnidiis sparsis vel gregariis, tectis dein erumpentibus, punctiformibus, hemisphærico-scutellatis, fusco-brunneis, poro pertusis, 130-180 μ. diam.; sporulis oblonge ellipsoideis, bi-guttulatis, 6-7 × 2,5, hyalinis. 3942

Hab. in foliis Guareæ trichiloidis, in horto botanico, S. Paulo, Brasilia.

22. **Phyllosticta Correæ** Mc. Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, p. 556. — Epiphylla; maculis elongatis, brunneis margine intensius concoloribus; pycnidiis nigris, suberumpentibus, sparsis, depresso-globosis, membranaceis, poro papillatis, 180-210 μ. diam.; sporulis hyalinis, numerosis, guttulatis, cylindraceis, 7-9 × 2-3; basidiis basi olivaceis, filiformibus 9-10 μ. longis, hyalinis. 3943

Hab. in foliis languidis Correæ speciosæ, Sandrigham, in Victoria Australiæ.

23. **Phyllosticta socialis** Bub. et Kab. Hedw. 1904, p. 417. — Maculis exiguis, utrinque conspicuis, raro deficientibus circ. 1 mm. lat., angulosis, purpureo-brunneis, immarginatis, totum fere folium occupantibus; pycnidiis hypophyllis, gregariis punctiformibus, epidermide velatis, dein varie erumpentibus, 80-100 μ. diam.; poro minuto pertusis; contextu firmulo parenchymatico; sporulis copiosis, perexiguis, bacillaribus, 3-4,5 × 0,7-1, hyalinis. 3944

Hab. in foliis dilabentibus Æsculi Hippocastani, pr. Turnau Bohemiæ, socia *Septoria æsculina*. — A ceteris speciebus æsculicolis minutie sporularum inprimis dignoscitur.

24. **Phyllosticta Hippocastani** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4, 1903, p. 892. — Maculis nullis; pycnidiis hyphophyllis late sparsis in zonis limitatis, globulosis, nigris 100 μ. diam., prominentibus deinde erumpentibus; sporulis oblongis, hyalinis, rectis, continuis, utrinque rotundatis, 7 × 2. 3945

Hab. in foliis siccis, brunneo-rubris Æsculi Hippocastani, Nunspeet Hollandiæ.

25. **Phyllosticta Patouillardi** Sacc. et D. Sacc. *Phyllosticta Sapindi* Patouill. in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, pag. 259, non Henn. 1902. — Maculis amphigenis, orbicularibus vel angulosis 8-15 mm. lat., castaneo-plumbeis, nitentibus, fusco-cinctis; pycnidiis epiphyllis, globosis, atris, 200 μ. diam., levibus, poro apicali pertusis; contextu celluloso, brunneo; sporulis hyalinis, continuis, fusoideis, utrinque attenuatis, biguttulatis, 6-8 × 2-3. 3946

Hab. in foliis vivis Sapindi cujusdam, Alger, Algeria.

26. **Phyllosticta Sapindi** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 306. — Maculis 3947
rotundatis, pallidis, exarescentibus; pycnidiis sub epidermide erumpentibus, lenticularibus, atris, pertusis 70-100 μ.; sporulis subfusoideis vel clavulatis, hyalinis, continuis, 6 × 2-2,5.

Hab. in foliis Sapindi Saponariæ, in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

27. **Phyllosticta Terminaliæ** P. Henn. in Ergebn. der Kunene Sam- 3948
besi Expedit. p. 167 (1902). — Maculis fusco-olivaceis, rotundatis, zona sanguinea circumdatis; pycnidiis gregariis lenticularibus, atris, poro pertusis 60-80 μ. diam., conidiis oblongis obtusis, continuis 4 × 0,5 hyalinis.

Hab. in foliis Terminaliæ Baumii, Kuitò prope Kutue et Sobi Africæ austr.

28. **Phyllosticta staphyleicola** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, p. 13. — 3949
Amphigena; maculis numerosissimis, parvis, pallidis, margine concoloribus, angulosis $^1/_3$-1 mm. diam.; pycnidiis paucis in quavis macula, innatis, punctiformibus, 45-70 × 60, nigris, obtuse prominentibus, in luce pervia fuscescentibus, tandem summo erosis; sporulis hyalinis, brevi-bacillaribus, utrinque obtusis, iteratim ex summo basidiorum hyalinorum renovatis, 4-5 × 1,5-2.

Hab. in foliis Staphyleæ pinnatæ, Nunspeet Hollandiæ. — A *Ph. Staphyleæ* Dearn. sporulis minoribus et aliis characteribus differt.

29. **Phyllosticta iliciperda** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4, 3950
1903, p. 892. — Maculis epiphyllis, griseis, irregularibus; pycnidiis subcutaneis, orbiculari-depressis 60-160 μ. diam., dein erumpentibus, poro pertusis; sporulis hyalinis, oblongis, utrinque rotundatis, binucleatis, 5-7 × 2-2,3.

Hab. in foliis Ilicis Aquifolii, Veenendaal Hollandiæ.

30. **Phyllosticta Passifloræ** Mc. Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 3951
1903, p. 557. — Maculis irregularibus, latis, dein perforatis; pycnidiis nigris, punctiformibus, sparsis vel subgregariis, immersis, depresso-globosis, membranaceis, apice poro papillatis, 200-220 μ. diam.; sporulis coacervatis viridulis, minutis, bacillariformibus 3 μ. longis, hyalinis.

Hab. in foliis Passifloræ edulis, Malvern in Victoria Australiæ.

31. **Phyllosticta pilispora** N. Speschnew, Fungi transcaspici et turke- 3952
stanici 1901, p. 17, tab. II, fig. 12-15. — Maculis irregularibus,

2-8 mm. diam., fuscis, quandoque subzonatis; pycnidiis immersis, dilute coloratis; ostiolo plus minus amplo; sporulis initio hyalinis, dein dilutissime flavescentibus 4-5,5 × 0,5-1,5.

Hab. in pag. sup. foliorum Vitis viniferæ in regione transcaspica — A *Phyll. osteospora* Sacc. sporulis minoribus, contextu pycnidii etc. differt.

32. **Phyllosticta laurina** d'Almeida, Contrib. à la Mycoflore du Portugal 1903, p. 29. — Maculis irregularibus, fuscis dein arescendo avellaneis, castaneo-cinctis; pycnidiis amphigenis, rarius epiphyllis, gregariis, pertusis, fuligineis, punctiformibus, primo tectis, demum erumpentibus 175-250 × 150-200; sporulis longe ellipticis, rectis, plerumque curvulis, utrinque rotundatis, hyalinis, echinulatis 4,5-5 × 1,5-2; basidiis filiformibus, hyalinis, 15 µ. longis. 3953

Hab. in foliis vivis Lauri nobilis in hortis Lisboa Lusitaniæ (S. da Camara).

33. **Phyllosticta juruana** P. Hennn. Fungi Amaz. III, p. 385 (Hedw. 1904). — Maculis rufo-brunneis, rotundatis, subincrassatis, zona flavidula circumdatis, ca. 2-3 mm. diam.; pycnidiis epiphyllis, paucis, punctiformibus, atris, pertusis, ca. 80 µ.; conidiis subfusoideis, utrinque acutiusculis, intus granulosis, hyalinis, continuis, 6-8 × 3-4. 3954

Hab. in foliis Bauhiniæ spec. Juruá-Miry Rio Juruá Amazoniæ.

34. **Phyllosticta bauhinicola** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 306. — Maculis atro-fuscis, rotundatis, medio pallescentibus, 5-8 mm. diam.; pycnidiis sparsis, epiphyllis, lenticularibus, fusco-brunneis, 80-100 µ. diam., poro pertusis; conidiis ellipsoideis vel ovoideis 3-3,5 × 1,5-2, hyalinis, continuis. 3955

Hab. in foliis vivis Bauhiniæ spec., prope S. Paulo Brasiliæ.

35. **Phyllosticta Bauhiniæ-reticulatæ** P. Henn. in Ergebn. der Kunene Sambesi Expedit. p. 167 (1902). — Maculis rotundatis, angulatis, pallidis, exaridis; pycnidiis gregariis, punctiformibus, sublenticularibus, atris ca. 70-90 µ. diam., poro pertusis; conidiis ovoideis continuis, 5-7 × 3-4, hyalinis. 3956

Hab. in foliis Bauhiniæ reticulatæ prope Kakele et Goudkopje, Afr. austr. — A *Phyll. Bauhiniæ* maculis pallidioribus, sporulis brevioribus etc. differt.

36. **Phyllosticta Tipuanæ** Tassi Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 7. — Maculis obsoletis; pycnidiis sparsis gregariisque, hypophyllis, lenticularibus, pertusis, 70-80 µ. diam., epidermide tenui- 3957

ter velatis; sporulis ellipticis v. ovato-ellipticis, rectis v. inæquilateralibus, 5-6 × 2, hyalinis.

Hab. in foliis languentibus v. emortuis Tipuanæ speciosæ, Argentina, Amer. Austr.

37. **Phyllosticta Julifloræ** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 174. — Maculis pallide albis, irregularibus, margine 2-4 mm. purpureo donatis, subconfluentibus; pycnidiis pustuliformibus, circ. 0,5 mm. diam., nigris, superne applanatis, in sicco subhysteriiformibus, subconfluentibus; sporulis ovato-oblongis, 9-12 × 4-5. 3958

Hab. in leguminibus Prosopidis julifloræ, Austin, Texas, Amer. bor. (W. H. Long). — A *Ph. Prosopidis* P. Henn., sporulis latioribus differt.

38. **Phyllosticta Leucadendri** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (86). — Maculis rotundatis fuscidulis v pallidis; pycnidiis epiphyllis sparsis, minute punctiformibus, atris, poro pertusis, ca. 60 µ. diam.; sporulis oblonge ellipsoideis vel ovoideis, hyalinis 2-guttulatis 3-3,5 × 0,8. 3959

Hab. in foliis Melaleucæ Leucadendri ad fl. Barron, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

39. **Phyllosticta psidiella** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, p. 125. — Maculis minutis irregulariter angulosis, sparsis, albicantibus, lineola tenui fusca cinctis, subtus fere rubiginosis, subprominulis, vetustate varie findentibus, rarius circumscissis; pycnidiis epiphyllis, paucis, remote sparsis epidermide tenuiter velatis, lenticularibus, membranaceis, nigris, 80-100 µ. diam.; contextu olivaceo fuligineo; sporulis ovatis vel ovato-ellipticis 2-3 µ. diam. hyalinis v. fuscidulis. 3960

Hab. in foliis vivis Psidii montani, in horto botanico Siena Italiæ centr.

40. **Phyllosticta tirolensis** Bubák, Œsterr. Bot. Zeitschr. 1904, p. 181. — Maculis subrotundis vel irregularibus, albidis vel griseis, linea saturatiore præcise limitatis, sæpe concavis, minutis, 1-3 mm. diam.; pycnidiis parcis, depresse globosis, innatis, epidermide velatis, nigris, 180-260 µ. diam., poro 20-30 µ. lato, pertusis, contextu parenchymatico læte castaneo; sporulis ovato-ellipsoideis, vulgo oblongis 6-11 × 2,5-5,5, hyalinis v. roseolis; basidiis aciculariibus 20-30 × 2. 3961

Hab. in foliis vivis et dejectis Piri communis, Meran Tiroliæ.

41. **Phyllosticta clypeata** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, 3962

p. 15. — Maculis circularibus vel ellipticis, vel clypeiformibus lutescentibus 0,5-1 cm. diam., ramulos ambientibus; pycnidiis sparsis, depresso-globosis, prominulis 150-200 μ. diam.; sporulis ellipticis vel subglobosis 3,5-4 × 2,5-3, hyalinis.

Hab. in ramulis vivis Piri Mali, Corvallis, Oregon, Amer. bor. (A. B. Cordley). — Species valde noxia.

42. **Phyllosticta Mali** Prill. et Delacr. — Syll. X, pag. 109. — var. **comensis** Trav. Malp. 1905, pag. 141. — A typo differt maculis immarginatis, sporulis angustioribus ellipsoideo- v. clavato-oblongis, 7-8 × 2,5. 3963

Hab. in foliis Piri Mali, Villa Stroppa, Tradate (Como) Ital. bor. — Pycnidia 100-105 μ. diam. *Phyll. limitata* Peck a *Ph. Mali* vix diversa videtur.

43. **Phyllosticta cydoniicola** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 114. — Maculis fuscis, exaridis, rotundato-explanatis v. confluentibus; pycnidiis sparsis, lenticularibus, atris, poro pertusis, 100-130 μ. diam ; sporulis ovoideis vel ellipsoideis, hyalinis, 4-5 × 2,5-3. 3964

Hab. in foliis Cydoniæ vulgaris, in horto botanico, San Paulo, Brasilia.

44. **Phyllosticta Mespili** Sacc. — Syll. III, p. 5. — var. **macrospora** Ferr. Malp. 1904, p. 491. — Maculis ochraceis; pycnidiis rarioribus, pertusis; sporulis hyalinis, numerosissimis, ovoideis, 2-guttulatis, 6-7 × 4. 3965

Hab. in foliis Mespili germanicæ, Riva Valdobbia Ital. bor. (Ab. A. Carestia). — A typo præcipue sporulis majoribus 2-guttulatis dignoscenda.

45. **Phyllosticta minutissima** Kabát et Bubák Œsterr. bot. Zeitschr. 1904, pag. 2. — Maculis amphigenis, leviter concavis, e rotundo irregularibus, confluentibus, pallide brunneo-cinereis, immarginatis v. linea leviter elevata limitatis; pycnidiis epiphyllis, sed utrinque prominulis, minutis, globosis, 40-80 μ. diam., nigris, gregariis, poro lato pertusis; contextu firmo parenchymatico, atro-brunneo; sporulis, minutissimis, bacterioideis, 2,5-3,5 × 0,7-0,8 hyalinis. 3966

Hab. in foliis adhuc vivis et delapsis Pruni spinosæ pr. Turnau Bohemiæ (Kabát).

46. **Phyllosticta chlorospora** Mc. Alp. Fungus disease. Stone-fr. Melb. 1902, p. 108, fig. 163-164. — Maculis transverse elongatis, constrictis, irregularibus, leviter depressis, in pagina super. albido-isabellinis, in pag. inf. rufo-brunneis; pycnidiis sparsis, minutis, 3967

nigris, punctiformibus, subcutaneis vel prominentibus, depresso-globosis, poro pertusis 150 circ. μ. diam.; sporulis in gleba olivaceis, separatim pallidioribus, elongatis, ellipticis, 3-3,5 × 1,5.

Hab. in foliis Pruni domesticæ, Armadale prope Melbourne Australiæ.

47. **Phyllosticta grisea** Peck in Rep. of the State botanist. 1902, p. 29. — Maculis suborbicularibus, 2-3 mm. latis, aridis, griseis, rufo-brunneo-marginatis; pycnidiis epiphyllis, minutis, erumpentibus, nigris; sporulis ellipsoideis, hyalinis, 6-7,5 × 4. 3968

Hab. in foliis vivis Cratægi præcocis, Crown Point, Amer. borealis.

48. **Phyllosticta Rubi** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 306. — Maculis pallidis, exaridis, zona lata rufo-brunnea circumdatis, rotundatis; pycnidiis sparsis, subglobosis, poro pertusis, membranaceis, fusco-brunneis 60-80 μ. diam.; conidiis oblonge ovoideis v. ellipsoideis, hyalinis 3,5-4 × 1,5-2. 3969

Hab. in Rubo spec., in horto botanico S. Paulo Brasiliæ.

49. **Phyllosticta cryptocarpa** Kab. et Bub. Hedw. 1904, p. 416. — Maculis epiphyllis, sparsis, utrinque visibilibus, ex orbiculari angulosis, 5-10 mm. lat. ex alutaceo brunneis, late purpureo-brunneo-marginatis, serius cinerescentibus, sæpe confluentibus; pycnidiis epiphyllis, epidermide velatis, globoso-depressis, 100-150 μ. diam., poro inæquali apertis; contextu tenuissimo parum distincto; sporulis copiosis, bacillaribus utrinque obtusulis, rectis, 4-6 × 1,5-2, hyalinis; basidiis ramulosis, ramulis acicularibus, 10-25 × 1,5-2, hyalinis. 3970

Hab. in foliis hibernantibus Rubi glandulosi pr. Turnau Bohemiæ januario.

50. **Phyllosticta griseo-fusca** Bub. Ann. Mycol. 1904, pag. 396. — Maculis utrinque visibilibus, minutis, angulosis, nervis limitatis, non discolori-marginatis, supra sordide virentibus et dein griseo-brunneis, infra griseis, demum confluentibus; pycnidiis epiphyllis, gregariis, minutis, 30-80 μ. diam, applanatis, rufo-brunneis, poro irregulariter rotundato pertusis; contextu subochraceo parum distincto; sporulis bacillaribus, utrinque rotundatis, 3-4,5 × 0,7-1, hyalinis. 3971

Hab. in foliis Spirææ Aruncі in silvaticis pr. Tabor Bohemiæ.

51. **Phyllosticta concentrica** Sacc. — Syll. III, p. 21. — var. **lusitanica** D'Almeida Contrib. à la Mycoflore du Portugal 1903, p. 29. 3972

— Pycnidiis 150-195 × 135-141; sporulis subglobosis 3 × 2,5-3, v. ovoideis 6-9 × 2,5-4; basidiis filiformibus, hyalinis 12-15 µ. long.

Hab. in foliis vivis Hederæ Helicis, Lisboa, in Tapada da Ajuda, Lusitaniæ (S. da Camara). — A typo pycnidiis et sporulis brevioribus differt.

52. **Phyllosticta Pleurospermi** Diedicke in Hedw. 1903, p. (165). — Maculis griseis mox atratis, angulosis, plerumque nervis limitatis; pycnidiis hypophyllis rotundis, nigris, subcarbonaceis leviter, prominulis 50-70 µ. diam.; ostiolo inconspicuo; sporulis minutissimis, cylindraceis, utrinque rotundatis, 3 × 1, hyalinis. 3973

Hab. in foliis, quæ tandem flavescunt, Pleürospermi austriaci, prope Erfurt Thuringiæ.

53. **Phyllosticta asteromoides** Bubák, Ann. Mycol, 1904, p. 396. — Maculis irregularibus, utrinque visibilibus, supra purpureo-brunneis, v. nigricantibus, infra atro-griseo-brunneis, non marginatis, confluentibus; pycnidiis numerosis, amphigenis, lenticularibus, minutis, 60-100 µ. diam., sordide nigris, poro pertusis; contextu firmulo, parenchymatico atro-brunneo; sporulis bacillaribus, utrinque rotundatis, rectis, hyalinis, 4-5 × 1. 3974

Hab. in foliis languidis Bupleuri falcati, socia *Septoria Bupleuri* pr. Prag Bohemiæ. — Habitus asteromatoides sed fibrillæ nullæ manifestæ.

54. **Phyllosticta berolinensis** P. Henn. Hedw. 1903, p. 219. — Maculis fuscis vel griseis, explanatis; pycnidiis immersis, sparsis v. gregariis epidermide rupta pallida cinctis, atris, poro pertusis, ca. 250-300 µ. diam.; sporulis oblonge ellipsoideis, subcylindraceis, utrinque obtusis, 2-guttulatis, 5-7 × 2-2,5, hyalinis. 3975

Hab. in foliis Rhododendri Falconeri, in horto botanico Berolini.

55. **Phyllosticta Falconeri** P. Henn. Hedw. 1903, p. 219. — Maculis fuscis vel griseis, rotundatis vel explanatis, zona atro-rufa cinctis; pycnidiis erumpentibus, atris, lenticularibus, v. subhemisphæricis, poro pertusis ca. 150-180 µ. diam.; sporulis bacillaribus, utrinque obtusis, eguttulatis, hyalinis, 3-3,5 × 0,5-0,6. 3976

Hab. in foliis Rhododendri Falconeri, in horto botanico Berolini.

56. **Phyllosticta Vaccinii-hirti** P. Henn. Bot. Jahrb. 1904, p. 603. — Maculis epiphyllis, rufo-brunneis, effusis, hypophyllis cinereo-fuscis; pycnidiis gregariis hypophyllis subhemisphæricis, atris, per- 3977

tusis, 70-80 μ. diam.; sporulis ovoideis v. subglobosis, pluriguttulatis, hyalinis, 7-9 × 5-7.

Hab. in foliis Vaccinii hirti, Tosa Japoniæ (Yoshinaga).

57. **Phyllosticta Oxycocci** P. Henn. Hedw. 1902, p. 136. — Pycnidiis hypophyllis sparse erumpentibus, hemisphæricis, atris, minute punctiformibus, 50-70 μ. diam. pertusis; sporulis oblonge ellipsoideis, utrinque obtusis, rectis vel subcurvulis, eguttulatis, hyalinis 4-4,5 × 2-2,5. 3978

Hab. in foliis Vaccinii macrocarpi, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

58. **Phyllosticta Gelsemii** Ell. et Ev. — Syll. XI, p. 475. — var. **Mandevilleæ** Sacc. et Scal. in Sacc. Fl. Myc. Lus. XII (1903) p. 7. — Maculis suborbicularibus arescendo griseis, late purpureo-marginatis; pycnidiis paucis, epiphyllis, perexiguis, 70-80 μ. diam., contextu tenuissimo, fuscidulo; sporulis breve fusoideis, rectis, 10-13 × 3,5-4, hyalinis (rarissime spurie 1-septatis, non constrictis). 3979

Hab. in foliis Mandevilleæ suaveolentis, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ.

59. **Phyllosticta minor** Ell. et Ev. — Syll. XVI, p. 844. — var. **montellica** Sacc. Notæ mycol. in Syd. Ann. Mycologici 1903, n. 1, p. 26. — Pycnidiis punctiformibus, atris, 100-120 μ. diam., poro pertusis, in maculis albidis epiphyllis sparsis; sporulis subgloboso-ellipsoideis 7-9 × -6,5 varie guttulatis, hyalinis. 3980

Hab. in foliis languidis Vincæ minoris, Montello (Treviso) Italiæ borealis.

60. **Phyllosticta owariensis** Maublanc in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 292, tab. XIV, fig. 3. — Maculis minutis, albidis, irregularibus, brunneo-cinctis; pycnidiis globosis, nigris, immersis 90-100 μ. diam.; ostiolo papillæformi; sporulis hyalinis, ovoideis, parte inferiore paullo attenuatis, 9-10 × 4-5; mycelio fusco 3-5 μ. crasso. 3981

Hab. in foliis vivis Landolphiæ owariensis, Dahomey Guineæ inf. (Le Testu). — A *Phyll. Landolphiæ* Henn., valde differt.

61. **Phyllosticta Plumieræ** F. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1901, IV, pag. 8. — Maculis versiformibus, plerumque minutis, sparsis confluentibusque, demum laceratis v. circumscissis, griseis vel albicantibus, haud marginatis, sæpe concaviusculis; pycnidiis epiphyllis, sparsis, prominulis, lenticularibus, epidermide velatis, mox erumpentibus, pertusis, nigris, 150-160 μ. diam., contextu 3982

pallide fuligineo, membranaceo; sporulis ellipticis 2 × 4,5 hyalinis.

Hab. in foliis Plumieræ albæ, in horto bot. Siena Italiæ centr.

62. **Phyllosticta viridi-tingens** Ferraris in Malpighia 1902, pag. 18 3983
— Maculis minutis, sparsis, subcircularibus, initio viridi-tinctis, dein luteo-ochraceis, interdum fusco-zonatis; pycnidiis minutissimis, epiphyllis, pertusis, globosis 70-110 μ. diam.; sporulis perexiguis, utrinque rotundatis, 3-3,5 × 0,5.

Hab. in foliis Cynanchi Vincetoxici, Courmayeur, Italiæ borealis.

63. **Phyllosticta Lucumæ** Syd. in Hedw. 1903, p. (105). — Maculis 3984
orbicularibus v. suborbicularibus, linea angusta, elevata purpureo-brunnea limitatis, albidis 3-6 mm. diam.; pycnidiis epiphyllis, punctiformibus, atris; sporulis ovatis, utrinque rotundatis, continuis, hyalinis 4-6 × 1,5-2.

Hab. in foliis vivis Lucumæ neriifoliæ, Rivalto Parana, Uruguay. (G. Niederlein).

64. **Phyllosticta Palaquii** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, 3985
p. 144. — Maculis effusis, pallidis v. cinereis, exaridis; pycnidiis sparsis, membranaceis, poro pertusis, atro-brunneis, 60-70 μ. diam.; sporulis subovoideis v. ellipsoideis, bi-guttulatis, utrinque obtusis 4,5-6 × 3-3,5, hyalinis.

Hab. in foliis Palaquii oblongifolii, Pandak-Gedeh Javæ.

65. **Phyllosticta Mimusopis** Cufino in Malp. 1904, p. 549. — Maculis 3986
albidis rotundatis v. irregularibus rufo-viridi-marginatis; pycnidiis epiphyllis punctiformibus, numerosis, subconcentrice dispositis, nigris, 120-150 μ. diam.; sporulis minutis oblongo-cylindraceis, raro ad medium subconstrictis, 3-6 × 3-5, hyalinis, guttulatis, raro medio subconstrictis.

Hab. in foliis Mimusopis crassifoliæ in horto botanico Neapolitano Italiæ merid. — Si mensuræ recte allatæ sporulæ essent subglobosæ nec oblongo-cylindraceæ; verisimiliter sporulæ sunt 5-6 × 2,5.

66. **Phyllosticta stenospora** Mc Alp. Austral. Fungi, Dec. III-IV, 3987
p. 103 (Proc. Linn. Soc. New S. Wal. 1903) *Phoma stenospora* Mc Alp. Proceed. cit. 1896, p. 105, t. XI, fig. 13-15. — Maculis minutis v. ampliusculis, 3-10 mm. long., inæqualiter ovatis, cinereis, distincte rufo-brunneo marginatis; pycnidiis epiphyllis, punctiformibus, nigris, semiimmersis, globoso-ovoideis, poro dehiscen-

tibus, 112-280 μ. diam.; sporulis cylindraceis utrinque rotundatis, hyalinis, plerumque 3-guttulatis, 4 × 1, rectis v. leviter curvis, basidiis brevibus, rectis.

Hab. in foliis vivis Notelææ longifoliæ, New South Wales Australiæ (I. H. Maiden).

67. **Phyllosticta romana** D. Sacc. in Staz. Sperim. Agrariæ Ital. 1904, 3988
p. 67. — Maculis amphigenis, subcircularibus vel oblongis, vel fere totum folium occupantibus, pallide cinereis, fusco-marginatis; pycnidiis amphigenis, gregariis, innato-erumpentibus, nigris, globosis, crateriformibus, apice poro amplo pertusis, tandem elabentibus et matrice perforata, foveolam reliquentibus 160-200 μ. diam. mycelio articulato, sinuoso, crassiusculo, fusco, donatis; contextu parenchymatico e cellulis minimis formato; sporulis ovoideo-ellipsoideis, obtusiusculis 9-12 × 3-3,5, luteo-olivaceis; basidiis non viis.

Hab. in foliis vivis, adhuc stantibus Phillyreæ mediæ, Acque Albule, prope Romam.

68. **Phyllosticta syringophila** Oud. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 1904, 3989
p. 1115 (Ned. Kruidk. Arch.) — Maculis amphigenis cinerescentibus, ferrugineo-cinctis, amplis, multiformibus; pycnidiis innatis, æqualiter distributis, nigris, perexiguis, 25-100 μ. diam., globulosis, poro pertusis; sporulis globulosis, hyalinis, 2,3 μ. diam., eguttulatis.

Hab. in foliis demum siccis Syringæ vulgaris in Hollandia.

69. **Phyllosticta superflua** Oudem. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 3990
1904, p. 1105 et 1115 (Ned. Kruidk. Arch.). — Maculis circularibus, utrinque visibilibus, 1-4 cm. diam. vix zonatis, interdum confluentibus, pallide cinereo-brunneis; pycnidiis amphigenis, nigris, 200 μ. diam.; sporulis ellipsoideis v. ovoideis, utrinque obtusis, tenuiter 2-guttulatis, dilutissime griseolis, 5 × 4,5.

Hab. in foliis Syringæ vulgaris, Wageningen Hollandiæ. — A *P. Syringæ* sporularum colore et mensura satis diversa.

70. **Phyllosticta Lisianthi** Syd. Ann. Mycol. 1904, p 171. — Maculis 3991
amphigenis, orbicularibus v. suborbicularibus, brunneolis, margine elevato cinctis, 2-5 mm. diam.; pycnidiis epiphyllis, sparsis, punctiformibus, 50-70 μ. diam., apice late pertusis, atris; sporulis anguste cylindraceis, continuis (ut videtur), rectis vel subinde leniter curvulis, guttulatis, hyalinis, 5-7 × 1-1 1/2.

Hab. in foliis vivis Lisianthi exserti, Jamaica (D. Bertero). — Ob sporulas angustas ad *Septoriæ* typum nutat.

71. **Phyllosticta Stuckertii** Speg. in Ann. Soc. Cient. Arg. 1899, 3992

p. 272. — Maculis amphigenis, minutis 0,5-3 mm. diam., sparsis, areola plus minusve lata purpurascente cinctis; pycnidiis paucis, lenticularibus 100-150 μ. diam., ostiolo maximo 25 μ. diam. perforatis; contextu olivaceo parum distincto; sporulis cylindraceis 14-16 × 5, rectis v. leniter curvulis, utrinque obtusiusculis, grosse multiguttulatis, hyalinis.

Hab. ad folia viva v. languida Ipomœæ cujusdam, prope Córdoba Argentinæ. — A ceteris *Phyllostictis* in Convolvulaceis vigentibus valde differt.

72. **Phyllosticta Marrubii** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. New S. Wales, 1904, p. 125. — Maculis pallide brunneis, irregularibus; pycnidiis amphigenis sed vulgo epiphyllis, minutis, nigris, punctiformibus, erumpentibus, prominulis, sparsis, 120-130 μ. diam., poro rotundo pertusis; contextu membranaceo parenchymatico, luce transmissa aureo-olivaceo; sporulis ovoideis, hyalinis, 5,5-6 × 2,5-3, rarius ad 8 μ. long. 3993

Hab. in foliis vivis Marrubii vulgaris, Armadale Vict. Australiæ.

73. **Phyllosticta Ballotæ** Diedicke in Hedw. 1903 (p. 165). — Maculis initio brunneolis, dein albidis, brunneo-marginatis, subrotundis, facile elabentibus; pycnidiis sparsis, epiphyllis, papillatis, prominulis, brunneis 60-105 μ. diam.; sporulis ovoideis v. oblongis utrinque rotundatis 3-6 × 2-3, hyalinis. 3994

Hab. in foliis viventibus Ballotæ nigræ, Mühlberg, Thuringiæ.

74. **Phyllosticta Atropæ** F. Tassi Bull. Lab. Ort. Bot. Siena, IV, p. 8, 1901. — Maculis orbicularibus, lacteis, linea tenuissima flavidula limitatis; pycnidiis sparsis gregariisve, lenticularibus, tectis, prominulis 180-200 μ. diam.; sporulis bacillaribus, rectis v. suballantoideis, obtusulis, 4-6 × 2, hyalinis. 3995

Hab. in foliis vivis Atropæ Belladonnæ var. acuminatæ, in horto bot. Siena Italiæ centr.

75. **Phyllosticta bacillispora** Kabát et Bubák, Mykol. Beitr. I, p. 1, (Sitzb. böhm. Ges. Wiss. 1903). — Maculis inæqualibus, versiformibus orbicularibus v. angulosis, plerum folium late occupantibus, amphigenis, brunneis, immarginatis, brunneis, demum arescendo griseis; pycnidiis sparsis vel hinc inde gregariis, innatis, diu epidermide tectis, dein amphigene prominulis, hemisphæricis; contextu firmo parenchymatico; sporulis minutis breve cylindraceis, 3-4 × 1,5-1,8, utrinque rotundatis, hyalinis. 3996

Hab. in foliis vivis et morientibus Catalpæ syringifoliæ pr. Turnau Bohemiæ. — Sporulis perexiguis a ceteri speciebus catalpicolis dignoscitur.

76. **Phyllosticta catalpicola** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3, Ser. II, 4, 1903, p. 891. — Maculis pallide luteolis, vel fere nullis, oblongis; pycnidiis sparsis vel congestis, 80-160 μ. diam., globuloso-depressis, poro pertusis, ferrugineo-pallidis, parenchymate corticali exili donatis; sporulis rectis vel leviter curvulis, 3-4,5 × 1,5, utrinque rotundatis, continuis, hyalinis, enucleatis. 3997

Hab. in fructibus Catalpæ syringifoliæ, Nunspeet Hollandiæ.

77. **Phyllosticta Oroxyli** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 306. — Maculis rotundatis, pallidis, exaridis, usque ad 1 cm. diam., zona atro-brunnea cingulatis; pycnidiis sparsis, lenticularibus, atris, pertusis ca. 150 μ.; sporulis subglobosis, 1-guttulatis, hyalinis, 4-5 μ. diam. 3998

Hab. in foliis Oroxyli indici, in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

78. **Phyllosticta Coprosmæ** Mac Alp. Austral. Fungi Dec. I–II. p. 377 (Proceed. Linn. Soc. New S. Wal. 1902). — Maculis cinereis, margine angusto, elevato, atro-rubro distincto cinctis, in utraque pagina indefinite pallide zonatis; pycnidiis gregariis, epiphyllis, erumpentibus, globosis, luce transmissa brunneolis, breviter papillatis, 250-330 μ. diam.; sporulis hyalinis, coacervatis dilutissime roseolis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, 6 × 2-2,5. 3999

Hab. in foliis Coprosmæ sp. Sunbury Vict. Australiæ (C. French).

79. **Phyllosticta Richardsoniæ** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 62. — Pycnidiis amphigenis, irregularibus, in maculis albido-isabellinis, sparsis, globosis, 80-110 μ. diam.; sporulis oblongo-ellipticis, 4 × 1,5. 4000

Hab. in foliis Richardsoniæ scabræ, Tuskegee, Amer. bor.

80. **Phyllosticta Rondeletiæ** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. bot. Siena 1904, p. 125. — Maculis epiphyllis, minutis, versiformibus 1-5 mm. diam., initio rubiginosis, dein albo-cinereis; pycnidiis sparsis, globulosis, prominulis, nigris, parenchymaticis 80-90 μ. diam.; sporulis ellipsoideis 5-6 × 2-3, sæpe 2-guttulatis, hyalinis. 4001

Hab. in foliis vivis Rondeletiæ speciosæ, in horto botanico Siena Italiæ centr.

81. **Phyllosticta camoensis** Delacr. Bull. Soc Mycol. 1904, p. 148, et 151, tab. 9, fig. *C*, 6-9. — Maculis albis; pycnidiis epiphyllis, 4002

nigris, sat numerosis, paulum applanatis, initio subepidermicis dein prominentibus, ostiolo non emergente, 75-115 × 55-90; sporulis hyalinis, cylindraceis, 3-4 × 2, sessilibus.

Hab. in foliis Coffeæ camoensis parasitica, Gabon Africæ (Dybowski). — Mycelium circa pycnidia copiosum, hyphis repentibus septatis, hyalinis, 4-5 μ. cr. Status conidicus socius adest et *Cladosporii* formam refert.

82. **Phyllosticta coffeicola** Delacr. Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 146, et 148, tab. IX, f. *C*, 1-5. — Maculis albidis; pycnidiis epiphyllis, nigris subcuticularibus, mox erumpentibus, rotundatis, 60-70 μ. diam., v. interdum parte superiore applanatis, 90 × 60, ostiolo circulari, non vel vix prominenti, frequenter circumcirca pilis brunneis, simplicibus, rigidulis, v. parum arcuatis ornato; sporulis ovoideis, hyalinis, eguttulatis, 2-2,8 × 1,2-1,5; basidiis non visibilibus. 4003

Hab. in foliis Coffeæ arabicæ, sæpe socio *Stilbo? flavido*, in Mexico et Brasilia.

83. **Phyllosticta alpigena** Sacc. Notæ Mycol. in Syd. Annales mycol. 1903, n. 1. p. 26. — Maculis nigricantibus, latis, amphigenis, sed distinctius epiphyllis; pycnidiis perexiguis vix 50-60 μ. diam., nigricantibus, laxe gregariis, contextu celluloso olivaceo; sporulis cylindraceis, rectiusculis, utrinque rotundatis, 4-4,5 × 1. 4004

Hab. in foliis languidis Loniceræ nigræ, Bosco di S. Marco (Belluno) Italiæ borealis (D. Saccardo).

84. **Phyllosticta Michauxioidis** P. Magn. in Bull. Herb. Boissier, 1903, n. 7, p. 583, tab. V, fig. 2-3. — Maculis latis, supra flavidis, infra nigricantibus immarginatis; pycnidiis hinc inde confertis, globulosis, ostiolo impresso pertusis, pseudoparenchymaticis, nigricantibus; basidiis fasciculatis, bacillaribus; sporulis oblongis, 4,5 × 1,2, hyalinis. 4005

Hab. in foliis Campanulæ michauxioidis in regione subalpina Phrygiæ, socia et verisimiliter matagenetice connexa *Ramularia Michauxioidis*.

85. **Phyllosticta Volkarti** Sacc. *Phyllostictæ* sp. Volk. in Berichte der deutsch. bot. Gesellsch. 1903, p. 481. — Maculis rufo-brunneis; pycnidiis late gregariis, 70-100 μ. diam., pallide brunneis; sporulis ovoideis 4-5 × 1, hyalinis. 4006

Hab. in follis vivis Aronici Clusii, Bärenhorn in Safien Graubünden Helvetiæ.

86. **Phyllosticta hieracicola** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, pag. 28 4007

(Vidensk. Skrift.). — Maculis atro-brunneis, roseo-cinctis; pycnidiis epiphyllis, minutissimis, numerosis, aggregatis; sporulis cylindraceis, 3-4 × 0,5-1.

Hab. in foliis Hieracii umbellati, As Norvegiæ (Werenskjold) — A *Ph. Hieracii* All. et Syd. diversa.

87. **Phyllosticta corcontica** Kab. et Bub. Mycol. Beitr. I, p. 2 (Sitz. böhm. Ges. Wiss. 1903). — Maculis amphigenis, subcircularibus v. angulosis, sæpe concentrice sulcatis, ochraceis v. brunneis, arescendo griseis; pycnidiis numerosis, nigris, sæpius epiphyllis, gregariis vel circulum formantibus, tectis dein erumpentibus, hemisphæricis, poro irregulari pertusis, 50-70 μ. diam., contextu dense parenchymatico; sporulis perexiguis, bacterioideis, 3-4 × 1-1,2, rectis v. curvulis, subhumeriformibus, hyalinis. 4008

Hab. in foliis vivis Hieracii alpini et ejus var. tubulosæ, socia *Ramularia corcontica,* Riesengebirge.

88. **Phyllosticta eximia** Bubák, Pilzfl. Montenegr. 1903, p. 11. — Maculis epiphyllis v. amphigenis angulosis, nervis limitatis, atro-brunneis v. nigris; pycnidiis amphigenis, numerosis, dense approximatis, hemisphæricis, 60-120 μ. diam., atro-fuligineis v. nigris, nitidulis; sporulis bacillaribus 4,2-6,5 × 0,5-1, hyalinis. 4009

Hab. in foliis Crepidis viscidulæ in iisdem maculis in quibus antea *Ramularia eximia* vigebat, pr. Pasina Voda, Montenegro.

89. **Phyllosticta Siphonis** Kabát et Bubák, Œst. bot. Zeitschr. 1904, pag. 1. — Maculis epiphyllis, majusculis, ex orbiculari angulosis, 5-15 mm. diam., subinde confluentibus, pallide brunneis nigricantibusque non v. saturatius anguste marginatis, tandem arescendo cinerescentibus, laceratisque; pycnidiis epiphyllis, sparsis, globosis, 100-125 μ. diam., diu epidermide tectis, demum erumpentibus, nigris, poro minuto pertusis, laxiuscule contextis; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, utrinque rotundatis v. subreniformibus, 6-14 × 2,5-5, hyalinis v. chlorinis. 4010

Hab in foliis emortuis Aristolochiæ Siphonis cultæ, pr. Turnau Bohemiæ.

90. **Phyllosticta nucularia** F. Tassi Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 8. — Maculis nullis; pycnidiis sparsis, lenticularibus, pertusis, nigris, parenchymate immersis 50-60 μ. diam., contextu olivaceo-fusco; sporulis breve fusoideis, 6-8 × 2, hyalinis. 4011

Hab. in maculis siccis Ruprechtiæ excelsæ, Argentina, Amer. austr.

91. **Phyllosticta pipericola** Syd. Ann. Mycol. 1903, p. 178, *Ph. Piperis* P. Henn. Hedw. 1902, pag. 144, nec F. Tassi. — Maculis angulatis, pallidis, exaridis; pycnidiis sparsis, sublenticularibus, atris, poro pertusis, contextu membranaceo, fusco-atro, 50-80 μ. diam.; sporulis subglobosis, continuis 3-3,5 hyalinis. 4012

Hab. in foliis Piperis nigri, Buitenzorg Javæ.

92. **Phyllosticta lupulina** Kab. et Bub. Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 77. — Maculis amphigenis per totum folium sparsis, minutis, usque ad 5 mm. lat. e rotundo angulosis, vulgo confluentibus, arescentibus, cinereis, sæpe anguste purpureo-brunneo-marginatis; pycnidiis epiphyllis, sparsis, punctiformibus, nigris, globulosis, velatis, dein vertice erumpentibus, 50-70 μ. diam.; contextu rufo-brunneo firmulo, parenchymatico; sporulis copiosis ovoideo-ellipsoideis v. oblongis, utrinque rotundatis, 3-7 × 2-3, hyalinis; basidiis brevibus hyalinis. 4013

Hab. in foliis viventibus et emortuis Humuli Lupuli, Eggenthal Tiroliæ. — A *Phyll. Humuli* pycnidiis astomis et sporulis minoribus dignoscitur.

93. **Phyllosticta Berlesiana** Allesch. — Syll. X, p. 160. — **var. socialis** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902, p. 17 — Pycnidiis minutis, brunneis, amphigenis, in maculis *Phleosporæ Mori* insidentibus, globosis, membranaceis, ostiolatis, 90-150 μ. diam.; sporulis hyalinis, ovalibus, 7-9 × 3,5-4 bi-guttulatis. 4014

Hab. in foliis Mori albæ, Crescentino Italiæ bor. — A typo differt pycnidiis amphigenis minoribus.

94. **Phyllosticta sycina** Traverso in Syd. Ann. Mycol. 1903, vol. I, n. 3. — Maculis totum foliorum apicem occupantibus, albo-cinereis, inferne plus minusve late badio-cinctis; pycnidiis numerosis, epiphyllis, epidermide elevata diu tectis, subsphæricis v. ellipsoideis, 200-300 × 200-250, nigricantibus, obsolete ostiolatis; sporulis oblongis, intus granulosis, 7-12 × 4, ex hyalino fuscidulis. 4015

Hab. in foliis vivis Fici heterophyllæ in calidariis horti botanici Modena Ital. bor. — *Ph. sycophila* Thüm., *P. Caricæ* C. Mass., *Ph. Fici* Bres, *Ph. Roberti* Boy et Jacz. et a *Ph. ficicola* Pat. variis notis facile distinguenda.

95. **Phyllosticta alniperda** Oud. Contr. XX, Mycol. Pays. Bas, 1904, pag. 1114 (Ned. Kruidk. Arch.). — Maculis utrinque visibilibus, parcis (2-8) circularibus v. angulosis, linea nigricanti marginatis, 3-10 mm. diam., demum circumscissis et plus minus dilabentibus; pycnidiis perexiguis, 100 μ. diam., amphigenis æqualiter distribu- 4016

tis, nigris; sporulis oblongis, rectis vel curvulis, hyalinis, biguttulatis, 12 × 3, utrinque rotundatis.

Hab. in foliis Alni glutinosæ in Hollandia. — A ceteris speciebus alnicolis sporulis majusculis biguttatis distincta.

96. **Phyllosticta Betulæ** Oud Contr. a la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 743. — Pycnidiis hypophyllis sparsis, innatis, globulosis 80 μ. diam., membranaceis, nigris, paullo emergentibus, poro pertusis; sporulis bacillaribus, hyalinis, continuis, initio truncatis dein utrinque rotundatis, eguttulatis 2,5-3 × 0,5; basidiis filiformibus, continuis, hyalinis, 6-10 μ. altis. 4017

Hab. in folii Betulæ albæ, Bussum Hollandiæ. — *Ph. betulinæ* Sacc. affinis.

97. **Phyllosticta Alcides** Sacc. — Syll. III, p. 34. — f. **americana** Sacc. et D. Sacc. *Phyllosticta Alcides* Ell. et Kell. in Ohio Natur. 1902, II, p. 262. — Maculis cinereis, epiphyllis, subindefinitis 2-4 mm.; pycnidiis sparsis, punctiformibus 100-120 μ. diam., epidermide velatis dein erumpentibus; sporulis breve fusoideis vel oblongis, luteolis, 2-3-nucleatis, 7-15 × 3-3,5. 4018

Hab. in foliis Populi albæ, Waynesville, Ohio, Amer. bor. (Kellermann). — Socia adest *Leptosphæria Alcides* Sacc., cujus pycnidium videtur.

98. **Phyllosticta prominens** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 746. — Pycnidiis amphigenis, innatis, gregariis, compactis 120-400 × 120-300, papilla prominentibus, summo poro pertusis; contextu membranaceo, molli, brunneolo; sporulis ellipticis v. oblongis, utrinque rotundatis, continuis eguttulatis, 5-7 × 3-5, hyalinis; basidiis 8 μ. longis. 4019

Hab. in foliis Populi balsamiferæ, Bussum Hollandiæ.

99. **Phyllosticta bacteriiformis** (Pass.) Sacc. — Syll. III, p. 34. — forma **Quercus** C. Mass. Novit. Fl. Myc. ver. 1902, pag. 67. — Pycnidiis 70-100 μ. diam., hypophyllis, nigris, dense gregariis; sporulis bacillaribus 5-7 × 1,5 utrinque vix incrassatis et rotundato-obtusis. 4020

Hab. ad folia emortua Quercus sessilifloræ, Verona Italiæ borealis.

100. **Phyllosticta iliciseda** Sacc. in Atti congr. bot. Palermo 1902, p. 54. — Maculis plerumque epiphyllis, latis, irregularibus, ex albo avellaneis, linea nigra cinctis; pycnidiis laxe gregariis epiphyllis, globoso-discoideis 200-300 μ. diam., epidermide diaphana radiatim 4021

fissa velatis; sporulis cylindraceis, rectis 7 × 2, utrinque rotundatis, hyalinis; basidiis brevissimis, hyalinis, parallele stipatis.

Hab. in foliis morientibus Quercus Ilicis, Villa Doria Romæ. — A ceteris speciebus ilicicolis, pycnidiis majusculis, sporulis cylindraceis etc. dignoscitur.

101. **Phyllosticta Roboris** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 746. — Maculis hypophyllis, pallidis, parvis, angulosis, sæpe confluentibus; pycnidiis innatis paullo prominentibus, nigris, membranaceis 108 × 80-88; sporulis bacillaribus, protoplasmate granuloso farctis, 5-7 × 1,5-2, hyalinis; basidiis filiformibus, hyalinis, continuis 10-11 μ. longis. 4022

Hab. in foliis Quercus Roboris, Bussum Hollandiæ.

102. **Phyllosticta associata** Bubák, Ann. Mycol. 1904, p. 396. — Maculis minutis, 0,5-1 mm. latis, angulosis, nervis limitatis, amphigenis, supra atro-brunneis, infra dilute castaneis, demum confluentibus; pycnidiis sparsis, hypophyllis, minutis, 50-100 μ. diam., hemisphæricis, prominulis, nigricantibus, poro pertusis; contextu parenchymatico brunneo; sporulis breve cylindricis, rectis, utrinque rotundatis, 2-4 × 1, hyalinis. 4023

Hab. in foliis Quercus pedunculatæ, socia *Phleospora associata* in silvaticis pr. Tabor Bohemiæ. — Analoga *Ph. punctiformis*.

103. **Phyllosticta Fagi** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, p. 13. — Maculis amphigenis, fuscescentibus, versiformibus, non marginatis, areolas angulosa 5-10 mm. diam., venulis limitatas occupantibus; pycnidiis innatis, dense gregariis, punctiformibus, summo pertusis; sporulis bacillaribus, tenuissimis 3,5-4,5 × 1,2 hyalinis, continuis, eguttulatis, utrinque rotundatis. 4024

Hab. in foliis Fagi silvaticæ, Bussum Hollandiæ. — A *Ph. fagicola* Ell. et *Ph. faginea* Peck sporulis minoribus aliisque characteribus differt.

104. **Phyllosticta punctiformis** Sacc. Notæ mycologicæ in Syd. Ann. mycologici 1903, n. 1, p. 26. — Maculis ochraceo-rufis, irregularibus, amphigenis; pycnidiis laxe gregariis, hypophyllis, punctiformibus, globoso-lenticularibus, nigris, poro pertusis, 100 μ. diam.; sporulis ovato-oblongis, 4-4,5 × 1-1,2, rectiusculis, hyalinis. 4025

Hab. in foliis languidis Castaneæ vescæ, Montello, Treviso Italiæ borealis. — Verisimiliter pycnidium *Sphærellæ punctiformis*

105. **Phyllosticta sordidissima** Speg. in Ann. Soc. Cient. Arg. 1899, p. 270. — Maculis epiphyllis, eximie determinatis, sordide cine- 4026

reis, centro sæpius rimosis v. squarroso-furfuraceis; pycnidiis in centro macularum parce aggregatis, sublenticularibus, 80-90 μ. diam., atro-olivaceis v. cinerescentibus, glabris, contextu ostioloque parum manifestis; sporulis ellipticis v. ovatis sæpe medio coarctatulis, continuis, utrinque obtusiusculis atque 1-guttulatis, 10-15 × 5-6, hyalinis, levibus.

Hab. in foliis languidis Choristigmatis Stuckertiani prope Córdoba Argentinæ.

106. **Phyllosticta sabalicola** J. Szabó Magyar bot. Lap. 1903, p. 168 et in Zahlbruckn. Sched. ad Crypt. exsicc. Cent. IX, pag. 356, n. 828. — Pycnidiis globuloso-depressis, punctiformibus, atris, parenchymate innatis, epiphyllis, cuticula hyalina tectis, epidermidem subelevantibus et irregulariter dehiscentibus, plerumque sparsis sed hinc inde seriatis, 300-500 μ. diam.; sporulis oblongo-ellipsoideis, subchlorinis, 13-15 × 4-5, eguttulatis. 4027

Hab. in petiolis Sabaleos Blachburniani in horto bot. Budapest.

107. **Phyllosticta Aloidis** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, pag. 12. — Amphigena; pycnidiis sub epidermide absconditis, summo poro hiantibus, globulosis, fuscescentibus; pycnidiis *Septoriæ Stratiotis* simul præsentibus, multo pallidioribus 30-40 μ. diam.; sporulis ellipticis, continuis, hyalinis, biguttulatis 7 × 3,5. 4028

Hab. in foliis Stratiotis aloidis, Nunspeet Hollandiæ.

108. **Phyllosticta Stratiotis** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, p. 13. — Pycnidiis sub epidermide absconditis, globulosis 30-40 μ. diam., summo poro hiantibus, fuscescentibus; pycnidiis simul præsentibus *Septoriæ Stratiotis,* multo pallidioribus; sporulis minimis, subglobosis 2-3 μ. diam., hyalinis, continuis. 4029

Hab. in foliis Stratiotis aloidis, Nunspeet Hollandiæ.

109. **Phyllosticta decidua** Ferraris, Malp. 1904, pag. 492, tab. IX, f. III. — Maculis ochraceo-pallidis, rotundatis, 2-3 mm. diam., brunneo-marginatis; pycnidiis parcis, exiguis, pertusis, membranaceis; sporulis hyalinis, cylindraceis, apice rotundatis, eguttulatis, 3-3,5 × 1,5. 4030

Hab. in foliis Goodyeræ repentis, Riva Valdobbia Ital. bor. (Ab. A. Carestia).

110. **Phyllosticta Epipactidis** Diedicke in Hedw. 1903, p. (166). — Maculis tandem atro-brunneis, indistincte marginatis, serius medio expallentibus, ovatis, longitudinaliter sparsis 1–1,5 cm. diam.; pycnidiis in parte pallidiore maculæ sparsis, lenticularibus, griseo- 4031

brunneis, plerumque epiphyllis, poro rotundo apertis 65-80 μ. d.; sporulis oblongis, utrinque obtusis, bi-guttulatis, 3-7 × 2-3.

Hab. in foliis vivis Epipactidis violaceæ prope Erfurt Thuringiæ.

111. **Phyllosticta Vanillæ** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, pag. 144. — Maculis effusis, pallidis; pycnidiis sublenticularibus, membranaceo-atris, pertusis 50-60 μ.; sporulis oblongis, subfusoideis, continuis, 4-5 × 1,5-2, hyalinis. 4032

Hab. in foliis Vanillæ aromaticæ, Buitenzorg Javæ.

112. **Phyllosticta Agaves** Maublanc in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 293, tab. XV, fig. 4. — Maculis epiphyllis, luteolis, fusco-marginatis; pycnidiis globosis vel depressis, nigris, sparsis, immersis, 150-250 μ., ostiolo papillato, prominulo; sporulis minutissimis, oblongis, hyalinis, 2-2,5 × 1,5. 4033

Hab. in foliis Agaves in Algeria.

113. **Phyllosticta Marantaceæ** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 1905, p. 69. — Maculis rotundatis, incrassato-subelevatis gregariis, fuscidulis; pycnidiis singularibus, atris, erumpentibus, subglobosis, membranaceis, poro pertusis, 70-80 μ.; sporulis ellipsoideis, obtusis, eguttulatis, 6-8 × 3-3 $^1/_2$. 4034

Hab. in foliis Marantaceæ cujusdam, Iquitos, Rio Amazonas Brasiliæ.

114. **Phyllosticta albina** Bub. et Kab. Hedw. 1904, p. 416. — Maculis epiphyllis, utrinque visibilibus, oblongis, nervisequiis, brunneo-atris, immarginatis, tandem confluentibus; pycnidiis epiphyllis, sparsis gregariisque subinde seriatis, atro-rufis, opacis, globoso-depressis, 70-150 μ. diam., innatis, poro brevi apertis; contextu indistincte parenchymatico, tenuissimo, ochraceo; sporulis copiosis, bacillaribus, utrinque rotundatis, apicibus subinde incrassatulis, 6-9 × 1,5-2, hyalinis. 4035

Hab. in foliis morientibus Veratri Lobeliani, Elbgrund, Riesengebirge. — A *Ph. melanoplaca* maculæ natura, sporulis longioribus etc. dignoscitur.

115. **Phyllosticta latemarensis** Kab. et Bub. Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 77. — Maculis amphigenis, minutis, inæqualibus, oblongis, nigricantibus, confluentibus et tunc totum folium occupantibus; pycnidiis amphigenis, subgregariis, nigris, globosis, 60-160 μ diam., innatis, demum poro rotundo erumpentibus; contextu firmo, parenchymatico, nigricante, basi hyphis vermicularibus, atro-brunneis, mesophyllum invadentibus prædito; sporulis copiosis, bacil- 4036

laribus, utrinque rotundatis, rectis curvulisve, 4-6 × 0,7-1, hyalinis; basidiis 12 × 2, hyalinis, sursum tenuatis.

Hab. in foliis emortuis Colchici autumnalis, ad passum Costalunga, Trentino, socia *Septoria gallica.*

116. **Phyllosticta Dioscoreæ-dæmonæ** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 305. 4037
— Maculis rotundatis, pallidis, exaridis, late atro-fusco-cingulatis, ca. 1 cm. diam.; pycnidiis sparsis erumpentibus, membranaceo-cellulosis, poro pertusis, 110-130 μ.; conidiis subfusoideis vel oblonge ovoideis, hyalinis, continuis, 2-guttulatis, 5-6 × 2,5-3.

Hab. in foliis Dioscoreæ dæmonæ, S. Paulo Brasiliæ.

117. **Phyllosticta Polygonati** Bäumler Beitr. 2, Cryptog. Fl. des Pres- 4038
burger Comit. 1902, p. 43. — Maculis brunneolis demum saturatius marginatis, sæpe in quoque folio valde numerosis; pycnidiis 150–200 μ. diam. ostiolo leviter incrassato 25-35 μ. diam., valde manifesto, contextu parenchymatico, tenui; sporulis copiosis, ovoideis, utrinque rotundatis hyalinis, 12-16 × 6-7, intus granulosis; basidiis 8-12 × 3-4.

Hab. in foliis vivis Polygonati multiflori in Comitatu Presburg Hungariæ.

118. **Phyllosticta Aspidistræ** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, p. 12. — 4039
Maculis amplis, ferruginosis, ætate expallentibus; pycnidiis plerumque hypophyllis, in series breves inter venas parallelas dispositis, nigris, opacis, summo poro hiantibus, 200-250 μ. diam.; sporulis ellipticis, hyalinis, continuis, utrinque rotundatis, eguttulatis 5 × 2,5.

Hab. in foliis Aspidistræ elatioris, Nunspeet Hollandiæ.

119. **Phyllosticta caricicola** Sacc. et Scalia, Harrim. Alask. Exped. 4040
Crypt. p. 21, pl. VI, fig. 18. — Maculis arescentibus, indeterminatis, plerumque hypophyllis; pycnidiis minutissimis, atris, globoso-depressis, 50-80 μ. diam., poro pertusis, laxiuscule seriatim dispositis; contextu fusco e cellulis polyhedricis 6-8 μ. diam. composito; sporulis oblongo-bacillaribus, 4-5 × 5; basidiis minimis.

Hab. in foliis Caricis spec., Orca Alaska (Trelease). — A *P. Caricis* differt defectu maculæ fuscæ et pycnidiis seriatis.

120. **Phyllosticta Setariæ** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902, 4041
p. 17 tab. I, IV, fig. 1-4. — Maculis irregularibus, candicantibus, purpureo-marginatis; pycnidiis sparsis, globosis, parvulis 110-120 μ. diam., pertusis; sporulis ovato-ellipsoideis, utrinque rotundatis 6,5-7 × 2,5-3, eguttulatis.

Hab. in foliis languidis Setariæ glaucæ, Crescentino Italiæ

bor. — *Ph. sorghinæ* Sacc. affinis; a *Ph. crastophila* Sacc. satis diversa.

121. **Phyllosticta uncialicola** Zopf, Hedw. 1896, p. 324. — Pycnidiis 4042
in podetiis Cladoniæ hypertrophias efficientibus; sporulis 1-cellularibus, ovoideis, v. piriformibus, hyalinis 8,4 × 5.

Hab. in podetiis Cladoniæ uncialis in Germania.

122. **Phyllosticta Mattiroliana** (Sacc. et Matt.) Mc. Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 103, fig. 108, 190. — Ita vocanda est *Phyll. perforans* Sacc. et Matt. — Syll. XIV, pag. 849 (1900) nec *Phyll. perforans* Ell. et Ev. North Amer. Fungi p. 157 (1893).

123. **Phyllosticta Bresadolæ** Sacc. et D. Sacc. — Ita vocanda *Phyllosticta faginea* Bres. 1900. — Syll. XVI p. 846, nec Peck (1887). — Syll. X p. 117.

124. **Phyllosticta Rhamni** West. V. Not in Bull. Acad. v. Belg. 1857. — Observante cl. Oud. in Rev. Myc. 1902, hoc nomen servandum, nam mutatio a Kickxio facta in *P. Frangulæ* Kickx. — (Syll. III p. 15) — ut distingueretur a simili sed non identico nomine *Ph. rhamnicola* Desm. non legitima.

125. **Phyllosticta virginica** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, p. 15. — Huc ducenda est *Phoma virginiana* Ell. et Halst. — Syll. X, p. 142.

126. **Phyllosticta Typhæ** (Pass.) Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 13, *Phoma Typhæ* Pass. — Syll. X, pag. 184. — Sporulæ 4,7 × 2. — Adde locum: in foliis Typhæ angustifoliæ, Nunspeet Hollandiæ (C. A. G. Beins).

PHOMA Fr. em. Desm. — Syll. III p. 65, X p. 138, XI p. 482, XIV p. 866, XVI p. 851.

1. **Phoma delphiniicola** Tracy et Earle, Plantæ Bakerianæ fasc. I, 4043
Fungi p. 36. — Pycnidiis sparsis vel 2-3 aggregatis, epidermide velatis, nigris, 300-500 μ. diam.; sporulis cylindraceis 8-10 × 2 minute guttulatis.

Hab. in caulibus Delphinii spec. et Aconiti columbiani, Bob Creek et Bear Creek Divide, Colorado Amer. bor.

2. **Phoma Xanthorrhizæ** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. 4044
Berl. 1900, n. 22, p. 38. — Pycnidiis e rimis longis epidermidis erumpentibus, gregariis, globulosis, atris, poro pertusis ca. 120 μ. diam., contextu pseudoparenchymatico, atro; sporulis bacillaribus hyalinis, continuis, utrinque obtusiusculis, 3-3,5 × 0,4-0,6.

Hab. in ramis Xanthorrhizæ apiifoliæ, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

3. **Phoma andina** Sacc. et Syd. Ann. Mycol. 1904, p. 170. — Amphigena, plerumque maculas fusco-ochraceas gignens; pycnidiis gregariis, epidermide velatis, dein erumpentibus, globoso-lenticularibus, duriusculis, atris, poro pertusis, 160-200 μ. diam.; sporulis ellipsoideo-oblongis, 6-7 × $2^1/_2$-3, obsolete 2-guttulatis, hyalinis, subsessilibus. 4045

Hab. in foliis subvivis vel subemortuis Berberidis Darwinii, in Andibus pr. Villarica, Chile (F. W. Neger). — A *Phoma insulari* Speg. sporulis latioribus subsessilibus dignoscitur.

4. **Phoma Molleri** d'Alm. et da Cam. in Rev. agron. Lisboa, 1904, p. 217, t. I, f. 3-4. — Pycnidiis sparsis, hypodermicis dein prorumpentibus, subglobosis, demum centro depressis, 150-200 × 100-150; sporulis cylindraceis, medio vix constrictis, utrinque rotundatis, plerumque 4-pluriguttulatis, rectis, rarissime botuliformibus, 11-13 × 3-4. 4046

Hab. ad ramulos Chimonanthi fragrantis in horto bot. Coimbra (A. Moller).

5. **Phoma socia** Scalia Fungi Sicil. orient. ser. III, 1902, p. 9. — — Pycnidiis epiphyllis, in maculis exsiccatis arescendo-ochraceis sparsis v. confluentibus, lenticularibus 200-250 μ. diam., immersis, epidermide non atrata tectis, eaque dilacerata prominulis, ostiolo conico-cylindraceo late pertusis, sporulis lanceolato-ellipticis, utrinque acuminatis, 7,5-9 × 2-2,5, hyalinis v. dilutissime chlorinis, eguttulatis, plasmate nubiloso farctis; basidiis numerosis, filiformibus, simplicibus 20-25 × 1-1,5 suffultis. 4047

Hab. in foliis siccis Calycanthi spec., in horto bot. Catania Siciliæ.

6. **Phoma Saginæ** Rostrup, Fungi in Bot. of the Faeroës, 1901, part. I, p. 313. — Pycnidiis hypophyllis, subgregariis, minutis, atris; sporulis cylindraceis 14-16 × 3-4. 4048

Hab. in foliis Saginæ subulatæ, Stromö, Gliversnaes in insulis Faeröes Daniæ.

7. **Phoma Viscariæ** P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904, p. 28 (Nyt. Magaz.). — Pycnidiis sub epidermide nidulantibus, suberumpentibus, atris, poro pertusis, 60-105 μ. diam.; sporulis ellipsoideis v. oblongis, hyalinis, continuis, eguttulatis, 5-6,5 × 2,5-3. 4049

Hab. in caulibus siccis Viscariæ viscosæ, socia *Ascochyta Viscariæ,* Christiania Norvegiæ.

8. **Phoma Resedæ** Oud. Beih. Bot. centr. 1902, p. 12. — Maculis 4050
nigris, totum caulem occupantibus; pycnidiis numerosissimis, exilissimis, dense aggregatis; sporulis minimis 2-0,5 hyalinis.

Hab. in caule Resedæ odoratæ, Nunspeet Hollandiæ.

9. **Phoma aculeorum** Sacc. — Syll. III, p. 76 — var. **depressa** Fer- 4051
raris, Malp. 1904, p. 492. — Pycnidiis subcutaneis, punctiformibus, pertusis, depresse globulosis v. ovoideis, 240 × 200, contextu membranaceo, tenui; sporulis copiosissimis, cylindraceis, utrinque rotundatis, continuis, rectis curvulisve, 3,5-4,5 × 1; basidiis brevibus, rectis, basi crassiusculis, 7-8 μ. long.

Hab. in ramis emortuis Rosæ cultæ, Riva Valdobbia Ital. bor. (Ab. A. Carestia).

10. **Phoma amygdalina** Sacc. et D. Sacc. Atti Ist. Ven. Sc. Lett. ed 4052
Arti, Tomo LXI, Venetiis 1902, p. 722. — Pycnidiis epidermide velatis, dense gregariis, punctiformibus, globoso-lenticularibus, 80-120 μ. diam., in areis dealbatis sitis; sporulis tereti-oblongis, utrinque rotundatis, rectis curvulisve, 2-guttulatis, 12-15 × 4-4,5; basidiis minutissimis.

Hab. in ramulis Amygdali communis, Bisceglie Italiæ austr. (A. Fiori). — A *Ph. dealbata* sporulis majoribus præcipue differt.

11. **Phoma Myxæ** Farneti in Atti Ist. bot. Pavia VII, p. 23, c. ic. 4053
— Pycnidiis globoso-depressis, in crusta irregulari, depressa, fuliginea, lignosa, 0,5 cm. lat., margine indistincto, densiuscule sparsis, immersis, tectis, contextu parenchymatico, fuligineo; sporulis ovoideo-ellipsoideis, 4,5-6,5 × 3-3,4, utrinque obtusis, hyalinis.

Hab. in fructibus Armeniacæ, Pavia Ital. bor.

12. **Phoma persicicola** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 ser. II 4, 1903, 4054
pag. 889. — Pycnidiis minutis, 60-70 μ. diam., numerosis, congestis, globulosis, translucentibus, initio fuligineo-pallidis, sub-violaceis, dein fuligineis; sporulis 1,5 μ. diam. globulosis, hyalinis.

Hab. in ramulis emortuis Persicæ vulgaris, Nunspeet Hollandiæ.

13. **Phoma radicicola** Mc. Alp. Fungus Stone-fr. trees diseases, Mel- 4055
bourne 1902, pag. 126, fig. 268, 269. — Pycnidiis gregariis vel solitariis, nigris, punctiformibus, globosis, erumpentibus, membranaceis, firmis, 250 μ. diam.; sporulis hyalinis, oblongo-ellipticis, utrinque rotundatis, 4,5-5,5 × 2-2,5.

Hab. in radicibus emortuis Pruni Persicæ, Ardmona Australiæ.

14. **Phoma Rhodotypi** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 ser., II. 4, 1903, p. 890. — Pycnidiis sparsis, epidermide velatis, dein erumpentibus; sporulis fusiformibus vel oblongis, utrinque acutis vel rotundatis, continuis 7-12 × 2,3-4,5, binucleatis, protoplasmate granuloso repletis. 4056

Hab. in petiolis Rhodotypi kerrioidis, Nunspeet Hollandiæ.

15. **Phoma Alchemillæ** Rostr. Islands Svampe in Bot. Tidskrift 1903, vol. 25, p. 318. — Pycnidiis epiphyllis, gregariis, atris, nitidis, lenticularibus; sporulis allantoideis, cylindraceis, curvulis 6-7 × 1. 4057

Hab. in foliis Alchemillæ alpinæ, in Dania.

16. **Phoma diversispora** Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 78. — Pycnidiis gregariis, non maculicolis, lenticularibus, epidermide tectis ostiolo papillato minuto nigro erumpentibus, atro-brunneis, 100-140 μ. diam., contextu grosse parenchymatico pallide brunneo circa ostiolum 10 μ. latum saturatiore; sporulis versiformibus, cylindraceis, oblongis, ellipsoideis, subreniformibus, soleiformibus, 4,5-8-rarius usque 9 × 2-3,5, hyalinis, 2-guttulatis, vel minute pluriguttulatis; basidiis subconoideis, sporulas subæquantibus. 4058

Hab. in leguminibus emortuis Phaseoli vulgaris, Meran Tiroliæ. — Præsertim sporulis polymorphis dignoscenda species.

17. **Phoma lupinicola** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi p. 27. — Dense sparsa in areis albescentibus; pycnidiis diu epidermide velatis, nigris, prominentibus, subglobosis, non collapsis, circ. 150-175 μ. diam., membranaceis, poro pertusis; ostiolo circ. 20 μ. d., contextu parenchymatico e cellulis 6-12 μ. medio 8 μ. diam. composito; sporulis ovoideis vel subcylindraceis, utrinque obtusis minute bi-guttulatis, 8-10 × 4-5. 4059

Hab. in caulibus emortuis Lupini spec., Durango, South Colorado Amer. bor.

18. **Phoma Lathyri-silvestris** P. Henn. Ein. v. Hrn. G. Feurich, Goda im Kögr. Sach. ges. Sphærops. 1904, p. 432. — Pycnidiis caulicolis gregariis innatis, lenticularibus, poro pertusis, ca. 200-250 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, interdum subovoideis, obtusis, 2-guttulatis, hyalinis, $3\,^1/_2$-$4\,^1/_2$ × 2. 4060

Hab. in caulibus vivis Lathyri silvestris, Soland supra Rotstein Germaniæ. Socia adest *Phyllostictæ lathyrinæ* forma vix maculicola.

19. **Phoma baptisiicola** Syd. Ann. Mycol. I 1903, p. 178, *Ph. Baptisiæ* Oud. Fl. Myc. des Pays. Bas 1902, XVIII, pag. 736, nec P. 4061

Henn. — Pycnidiis numerosis, dense sparsis, lentiformibus, plano-convexis, 1 mm. diam., vix superantibus, sub epidermide nigre-facta, cui arcte adhærent, absconditis, summo poro, in macula nigra centrali hiantibus, contextu aterrimo, luci impervio; sporulis ellipticis vel oblongis, sæpe breve clavatis, hyalinis, utrinque obtusis, bi- vel tri-guttulatis, guttulis primo casu versus sporulæ medium appropinquatis, neque, ut vulgo, polaribus; in altero distantiis æqualibus a se invicem separatis, 5-7 × 2,5-3,5.

Hab. in ramis Baptisiæ australis, Nunspeet Hollandiæ. 4062

20. **Phoma cercidicola** P. Henn. Hedw. 1903, p. 219. — Peritheciis sub epidermide nidulantibus gregariis, vertice erumpentibus, epidermide pallida cingulatis, atris, poro pertusis, 100-120 μ. diam.; sporulis ellipsoideis v. ovoideis, eguttulatis, 5-10 × 3,5-6.

Hab. in ramis emortuis Cercidis Siliquastri, in horto botanico Berolini Germaniæ.

21. **Phoma Carlieri** Kabát et Bubák, Oesterr. bot. Zeitschr. 1904, 4063 p. 2. — Pycnidiis sparsis, globosis, initio tectis, dein erumpentibus et subsuperficialibus, e brunneo atris, opacis, 170 μ. diam., ostiolo papillato brevi; contextu parenchymatico firmulo; sporulis ellipsoideis, rarius ovoideis, 5-7 × 4-5, rarius usque 9 μ. long., hyalinis v. chlorinis.

Hab. in leguminibus emortuis Cytisi Carlieri culti prope Turnau Bohemiæ (Kabát). — A *Ph. leguminum* notis datis diversa.

22. **Phoma Sophoræ** Sacc — Syll. III, p. 67. — Forma **Gymnocladi** 4064 Sacc. et Scalia in Sacc. Fl. Myc. Lus. XII (1903) p. 8.

Hab. in petiolis emortuis Gymnocladi canadensis, in horto botanico Coimbra, Lusitania. — Pycnidia late et dense gregaria, 280-320 μ. diam.; sporulæ 7,5-10 × 2,5-3, guttulatæ, hyalinæ; basidia bacillaria.

23. **Phoma caraganigena** Kab. et Bub. Hedw. 1904, p. 417. — Pycni- 4065 diis plus minus confertis, subinde confluentibus, subcutaneis epidermidem pustulatim elevantibus et vertice perforantibus, globosis v. ellipsoideis v. sublenticularibus, atris, poro rotundo papillato apertis, 100-200 μ. diam.; contextu atro-brunneo minute parenchymatico; sporulis oblongo-ovoideis v. subteretibus, utrinque rotundatis, 5-9 × 2-3, hyalinis v. dilute chlorinis; basidiis brevibus, crassiusculis.

Hab. in leguminibus siccis Caraganæ arborescentis pr. Turnau Bohemiæ. — A *Ph. leguminum* et *Ph. Caraganæ* notis allatis distincta.

24. **Phoma Caraganæ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 11. — Pycnidiis numerosis, sparsis, depresso-ellipticis, nigris 300-500 μ. longis, 180-200 μ. latis, subepidermicis, prominentibus, summo poro pertusis, opacis; sporulis oblongis, hyalinis, continuis, biguttulatis, 9,5-2,5. 4066

Hab. in ramulis Caraganæ arborescentis, Nunspeet Hollandiæ.

25. **Phoma Coronillæ-variæ** Diedicke Ann. Mycol. 1904, p. 179. — Pycnidiis late sparsis, innatis, ambitu rotundatis v. oblongis, depressulis, atro-brunneis, poro indistincto, 110-180 × 75-150; sporulis perexiguis 2,6-5 × 1,5-2,5, utrinque obtusis, sæpius bi-guttulatis, hyalinis. 4067

Hab. in caulibus siccis Coronillæ variæ, Erfurt, Steigert Thuringiæ. — A *Ph. Coronillæ* penitus diversa.

26. **Phoma commutata** Syd. Ann. Mycol. 1903, I, p. 178, *Ph. acaciicola* Oud. Contrib. Fl. Myc. des Pays. Bas 1902, XVIII, p. 735, nec P. Henn. — Pycnidiis numerosissimis, dense aggregatis, infra periderma occultatis, summo pertusis, fuscescentibus, 120-150 μ. diam.; sporulis ellipticis, hyalinis, utrinque late rotundatis, non ocellatis, 4,5-7 × 2-3. 4068

Hab. in ramulis Acaciæ verticillatæ, Nunspeet Hollandiæ.

27. **Phoma oxalidina** Sacc. et Syd. in Atti congr. bot. Palermo 1902, p. 55. — Pycnidiis dense et late gregariis amphigenis, non maculicolis, globoso-depressis, epidermide tenuissima translucida velatis, prominulis, 160-200 μ. diam. nigricantibus, duriusculis, poro vix papillato pertusis; sporulis fusiformibus, utrinque acutiusculis sæpe inæquilateris, 10-12 × 3, obsolete 1-2 guttatis, hyalinis; basidiis acicularibus, 14-16 × 2, hyalinis. 4069

Hab. in foliis adhuc vivis Oxalidis sp. Tubarao-Brasiliæ. — Species anceps, sed potius *Phoma* quam *Phyllosticta*.

28. **Phoma radicicola** Maubl. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 90, pl. VI, f. 8. — Pycnidiis nigris, globosis v. plus minusve depressis, circ. 200-300 μ. diam., gregariis, erumpentibus et demum fere superficialibus, plerumque levibus sed interdum pilis rigidis, septatis, fuscis vestitis; sporulis numerosis, minimis, hyalinis, ovoideis, granulatis et 1-2-guttatis, 4-5 × 2,5-3; basidiis vix conspicuis. 4070

Hab. in radicibus emortuis Pelargonii rosei, Philippeville in Algeria Africæ.

29. **Phoma Rutæ** P. Henn. Hedw. 1903, pag. 220. — Pycnidiis sub- 4071

epidermide nidulantibus, sparsis vel gregariis dein erumpentibus, subglobosis, atris, 150-200 μ. diam., poro pertusis; sporulis subglobosis, eguttulatis, hyalinis 3,5-4,5 μ. diam.

Hab. in ramulis emortuis Rutæ graveolentis, in horto botanico Berolini.

30. **Phoma Ægles** Trav. in Bull. Soc. bot. it. 1904, p. 209, f. 6. — 4072
Pycnidiis gregariis, primo epidermide dealbata tectis dein erumpentibus, irregularibus, subhemisphærico-conoideis, apice truncatis, $^1/_6$ mm. diam., contextu parenchymatico e fuligineo nigricante, ostiolo minuto demum pertusis; basidiis brevibus, simplicibus, cylindraceis, hyalinis, 8-12 × 2; sporulis lanceolato-oblongis, utrinque attenuato-rotundatis, typice eguttulatis, hyalinis, 6-9 × 2-2 $^1/_2$.

Hab. in ramulis et spinis Ægles sepiariæ in horto botanico patavino ubi legit, mense martio 1904, Antonia Saccardo. — *Phoma densipedi* affinis sed forma pycnidiorum et basidiis hyalinis satis distincta.

31. **Phoma Citri-rubiginis** Cavara et Mollica, Intorno alla Ruggine 4073
bianca dei limoni in Atti Acc. Gioenia di Scienze Nat. in Catania 1903 Mem. II, pag. 12 cum icone. — Pycnidiis perexiguis globoso-ovoideis, 70 μ. diam., 40 μ. altis, ex mycelio torulaceo brunneo ortis, sparsis, nigris, carbonaceis, parum prominulis; ostiolo depresso; sporulis minutis 4 × 2,5, ellipsoideis vel ovalibus, hyalinis.

Hab. in cortice fructuum Citrorum, morbo vulgo « Ruggine bianca » affectorum, Calabria et Sicilia Italiæ inf.

32. **Phoma Citri** Sacc. — Syll. III, p. 84. — f. **foliicola** Scalia Fungi 4074
Sicil. orient. ser. III, 1902, p. 8. — Amphigena; pycnidiis atris, tectis vix papillatis; sporulis ut in typo; basidiis brevioribus.

Hab. in foliis putrescentibus Citri Limonis, Mascalucia Siciliæ.

33. **Phoma Dysoxyli** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (86). — Pycnidiis 4075
petiolicolis sparsis v. gregariis, innato-erumpentibus, subhemisphæricis, atro-membranaceis, poro pertusis, ca. 130-150 μ. diam.; sporulis oblonge ellipsoideis v. ovoideis, utrinque obtuse rotundatis, hyalinis, guttulatis, 5-6 × 2,5-3.

Hab. in petiolis Dysoxyli sp., Eumundi, S. Queesland Australiæ (L. Pritzel).

34. **Phoma Phyllanthi** Fl. Tassi Bull. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 9. 4076
— Pycnidiis sparsis, globulosis, primo sub cortice nidulantibus, demum poro centrali apertis, nigris 300 μ. diam.; sporulis ellipticis 2-3-guttulatis, 5-7 × 2, hyalinis, basidiis acicularibus triplo longioribus fultis.

Hab. in ramulis Phyllanthi similis, in horto botanico Siena Italiæ centr.

35. **Phoma Cuginiana** Traverso in Ann. Mycol. 1903, vol. I, p. 228. 4077
— Pycnidiis sparsis, erumpentibus, atris, subellipsoideis, 300-400 × 200-300, poro angusto pertusis; sporulis cylindraceo-ellipticis, utrinque acutiusculis, biguttulatis, hyalinis, 8-11 × 2,5-3,5; basidiis bacillaribus, sporulas fere triplo superantibus, hyalinis.

Hab. in ramulis et aculeis Paliuri australis pr. Modena, Ital. bor. — Verisimiliter est status pycnidicus *Diaporthes meridionalis* Sacc.

36. **Phoma leucostigma** (DC.) Sacc. — Syll. III, p. 105 et Sacc. Fl. Myc. Lus. XII (1903) p. 7.

Hab. in foliis emortuis Evonymi fimbriati, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ. — In Florula myc. Lus. ad *Macrophomam* duxi sec. Berlese et Vogl., sed perperam, nam sporulæ tantum 9-12 × 2,5-3,5 metiuntur. Cfr. Syll. l. c.

37. **Phoma Toxicodendri** P. Henn. Abh. des Bot. Ver. der Prov. 4078
Brand. XLV, 1903, pag. XVI. — Pycnidiis subcutaneis, sparsis, lenticularibus, atris; sporulis oblonge ellipsoideis, utrinque obtusis, rectis vel subcurvulis, hyalinis, eguttulatis, 7-10 × 3-3,5; basidiis brevibus, filiformibus, continuis.

Hab. in ramulis Rhois Toxicodendri, Rheinsberg Germaniæ.

38. **Phoma Sapindi** Patouill. in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 4079
3, p. 259. — Pycnidiis amphigenis, sparsis, numerosis, atris, globosis, 250-350 μ. diam., poro pertusis; sporulis hyalinis, ovoideis, rectis 6-9 × 2-3, basidiis simplicibus 10-15 μ. alt. suffultis.

Hab. in foliis emortuis Sapindi cujusdam, Alger Algeriæ.

39. **Phoma samararum** Desm. — Syll. III, p. 153. — f. **Pteleæ** Oud. 4080
Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 740. — Pycnidiis 250-350 μ. diam.; sporulis 7 × 3,5.

Hab. in fructibus Pteleæ trifoliatæ, Nunspeet Hollandiæ.

40. **Phoma Pteleæ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 12. — Pycnidiis 4081
diu sub epidermide absconditis, semiglobosis, nigerrimis, sub luce transmissa vero fuscescentibus, vulgo 200-300 μ. diam.; sporulis 7 × 3,5, maturis ellipticis, hyalinis, continuis, utrinque obtusis 2-3-4-guttatis, guttulis in lineam longitudinalem dispositis.

Hab. in fructibus Pteleæ trifoliatæ, Nunspeet Hollandiæ.

41. **Phoma Jaczewskii** N. Speschnew, Fungi Transcaspici et Turke- 4082
stanici 1901, pag. 15, tab. II, f. 16-19. — Maculis irregularibus,

atro-violaceis, solitariis v. confluentibus in cuticula acini maturi v. submaturi; pycnidiis initio cuticula tectis dein prominentibus, solitariis, atris conico-depressis, poro pertusis 148-160 μ. diam., 93-98 μ. altis; sporulis continuis, rarissime 1-septatis, ellipticis v. breve oblongis, passim ovatis v. ovato-oblongis, utrinque rotundatis 7,5-12,3 × 4,5-5,5 hyalinis, raro paullum curvulis; basidiis 18-20 μ. longis; hyphis mycelii, 4-5 μ. crassis, nodoso-undulatis, hyalinis, breve articulatis.

Hab. in acinis Vitis viniferæ, in regione Transcapica.

42. **Phoma rhachidophila** T. Ferraris, Malp. 1904, pag. 493, t. IX, f. IV. — Pycnidiis perexiguis, subgregariis, brunneis, globoso-depressis, eximie pertusis, 95-110 μ. diam.; contextu membranaceo; sporulis ovoideis, numerosis, hyalinis, 7 × 4,5-5. 4083

Hab. in rhachide bractearum peduncularium Tiliæ europææ Riva Valdobbia Ital. bor. (Ab. A. Carestia).

43. **Phoma Mariana** Traverso in Ann. Mycol. vol. I, 1903, p. 229. — Pycnidiis sparsis vel (præcipue in nervis) gregariis, subepidermicis, dein vix erumpentibus, subsphæroideis, minutis, nigricantibus, poro angusto circulari demum pertusis, 60-90 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, utrinque obtusis, eguttulatis, hyalinis, coacervatis, dilute fuscidulis, 5-6 × 3-3,5; basidiis non visis. 4084

Hab. in bracteis dejectis fructuum Tiliæ spec., in horto botanico Modena (prof. A. Mori, 1895). — A *Ph. samararum* Desm. et *Ph. pterophila* (Nits.) Fuck., pluribus notis valde distincta.

44. **Phoma macromphala** Pat. in Duss Enum. Champ. Guadel. 1903, p. 88. — Pycnidiis sparsis v. approximatis subepidermicis dein emergentibus, conicis clausisque denique truncatis apertisque, nigris, duris, carbonaceis, $^1/_3$ mm. diam., contextu crasso, nucleo albido; sporulis numerosissimis, hyalinis, minutissimis, rectis, utrinque rotundatis, 3 × 1; basidiis parietem interiorem totam vestientibus linearibus, hyalinis, 15 × 1,5, simplicibus. 4085

Hab. ad corticem Guazumæ ulmifoliæ, Basse-Terre Guadalupæ (Duss).

45. **Phoma Violæ-tricoloris** Diedicke, Ann. Mycol. 1904, p. 179. — Pycnidiis gregariis, epidermide albicante tectis, lenticulari-globulosis, brunneis, ostiolo prominulo nigro erumpentibus, 60-105 μ. diam., contextu minute celluloso; sporulis cylindraceis utrinque rotundatis, bi-guttulatis, hyalinis, 10 × 2,5. 4036

Hab. in foliis caulibusque putrescentibus Violæ tricoloris

cultæ, Erfurt Thuringiæ. — A *Ph. violicola* pycnidiis minoribus, ostiolo nigro prominulo, sporulis 2-guttatis differt.

46. **Phoma Ophiocauli** Traverso, Atti Congr. bot. Palermo 1902, p. 45. 4087
— Peritheciis dense gregariis, in areis vagis, albicantibus, plus minusve latis, innatis, globosis vel obscure globoso-conoideis, fuligineis, epidermide perforata emergentibus, 150-250 μ. diam., late pertusis; basidiis vix distinctis, brevibus; sporulis cylindraceo-ellipsoideis, utrinque acutiusculis, rarius obtusis, biguttulatis, hyalinis, 7-8 × 1,5-2,5.

Hab. in caulibus Ophiocauli gummiferi in horto botanico, Padova Italiæ bor.

47. **Phoma Loasæ** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. Berl. 4088
1900, n. 22, p. 38. — Pycnidiis caulicolis, gregatim erumpentibus, atris, lenticularibus, poro pertusis, 100-180 μ. diam., contextu pseudoparenchymatico brunneo; sporulis ellipsoideis, utrinque rotundatis, continuis, 5-8 × 3, hyalinis.

Hab. in caulibus Loasæ spec., in horto bot. Berolinensi Germaniæ.

48. **Phoma Datiscæ** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. Berl. 4089
1900, n. 22, p. 38. — Pycnidiis caulicolis gregariis, subcutaneo-erumpentibus, hemisphæricis, atris, poro pertusis, 90-120 μ. diam., sporulis ellipsoideis utrinque obtusis, hyalinis intus nubilosis, 4,5-6 × 3-3,5.

Hab. in caulibus Datiscæ cannabïnæ, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

49. **Phoma Begoniæ** F. Tassi in Bull. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 8. 4090
— Pycnidiis sparsis gregariisve, tectis, globuloso depressis, poro pertusis, nigris 180-200 μ. diam.; sporulis oblongo-ellipticis, biguttulatis, 6-8 × 3, hyalinis.

Hab. in caulibus emortuis Begoniæ Evansianæ in horto bot. Siena Italiæ centr.

50. **Phoma Cereorum** Sacc. et D. Sacc. Atti Ist. Ven. Sc. Lett. ed 4091
Arti, tomo LXI, Venetiis 1902, pag. 722. — Pycnidiis gregariis, epidermide tectis, dein erumpentibus, globulosis, 200-300 μ. diam. nigris, poro pertusis, in areis amplis dealbatis insidentibus; sporulis oblongo-ellipsoideis, 8-12 × 4-5, bi-guttulatis, hyalinis; basidiis longiusculis.

Hab. in caulibus Cerei eburnei, in horto botanico Bologna Italiæ sup. — A *Ph. torrente* differt: pycnidiis majoribus, sporulis oblongo-ellipsoideis, nec obovatis; basidiis longioribus, plagis fere

albidis, nec griseo-ochraceis *Phomæ Cacti* quoque affinis sed distincta.

51. **Phoma punicina** Traverso in Syd. Ann. Mycol. 1903, vol. I, p. 229. — Pycnidiis gregariis, quandoque confluentibus, erumpentibus, globoso-depressis, sublenticularibus, vix papillatis, nigris 150-200 × 120-140; sporulis ellipsoideis, utrinque acutiusculis, 5-6 × 2 hyalinis, vix guttulatis; basidiis distinctis, filiformibus 15-20 × 1. 4092

Hab. in ramulis corticatis Punicæ Granati, in horto botanico Modena Italiæ bor. — Differt a *Ph. Punicæ* Tassi præcipue pycnidiis gregariis et basidiis distinctissimis et a *Ph. lirellata* Sacc. pycnidiis depressis nec compressis.

52. **Phoma cytosporoides** Maublanc Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 70, t. VII, f. 2. — Pycnidiis longitudinaliter seriatis, epidermide immutata tectis, atro-fuscis, depressis v. subconicis, interdum obscure locellatis, in collum crassum poro pertusum desinentibus; contextu celluloso; sporulis fusoideis v. subclavatis, sæpe leniter inæquilateralibus, utrinque obtusiusculis, hyalinis, bi-guttatis, 5-7 × 2-2,5; basidiis simplicibus, rectis v. curvulis, acicularibus, usque 12-15 μ. longis. 4093

ab. in caulibus siccis Eryngii campestris in Gallia. — Potius *Phomopsis*. An stat. pycnidicus *Diaporthis* cujusdam?

53. **Phoma Heraclei** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi p. 27. Pycnidiis sparsis, prominentibus, nigris, subglobosis, non collapsis 250 μ. diam., dein erumpentibus, contextu parenchymatico e cellulis 4-6 × 6-8 composito; sporulis ovalibus, hyalinis, minute biguttulatis, 8-10 × 6. 4094

Hab. in caulibus emortuis Heraclei lanati, Pagosa Peak, South Colorado, Amer. bor.

54. **Phoma Sanguineæ** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, pag. 12. — Pycnidiis numerosis, aggregatis, lentiformibus, nigris, sub peridermate occultatis, summo pertusis $^1/_4$-$^1/_3$ mm. diam.; sporulis ellipticis 7 × 3, biguttulatis, rectis, hyalinis, continuis. 4095

Hab. in ramulis Corni sanguineæ, Nunspeet Hollandiæ. — A *Ph. Corni* Fuck forma sporularum differt; a *Ph. thallina* Sacc. pycnidiis majoribus et sporulis biguttulatis differt.

55. **Phoma Unedonis** Maublanc, Bull. Soc. Mycol. 1904, pag. 70, tab. VII, fig. 1. — Pycnidiis globosis, minimis, atris, immersis, epidermide hinc albicante tectis, ostiolo leniter prominulo; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, hyalinis, 2-guttulatis, 4-5 × 2,5-3. 4096

Hab. in ramulis pedunculisque Arbuti Unedonis, Pornic (Loire-Inférieure) Galliæ.

56. **Phoma Leucothoës** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Fart. Berl. 1900, n. 22, p. 38. — Pycnidiis sparsis subcutaneo-erumpentibus, atris, poro pertusis ca. 150 μ. diam.; sporulis ovoideis, ellipsoideis v. subfusoideis 4,5-6 × 3-3,5, hyalinis, continuis. 4097

Hab. in ramis emortuis Leucothoës Catesbei, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

57. **Phoma Acantholimonis** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. Berl. 1900, n. 22, p. 38. — Pycnidiis foliicolis, gregariis, lenticularibus, atris, poro pertusis 30-45 μ. diam.; sporulis oblongis, utrinque obtusis, continuis 6-8 × 2,5-3, hyalinis. 4098

Hab. in foliis Acantholimonis glaucescentis, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

58. **Phoma Capsici** Magnaghi, Micologia della Lomellina p. 9 (Atti Ist. Bot. Pavia vol. VII, 1901). — Maculis griseis, ellipticis, irregularibus; pycnidiis sparsis irregularibus 200-250 μ. diam., contextu parenchymatico olivaceo, poro pertusis; sporulis allantoideis 7-9 × 2-3, hyalinis; basidiis bacillaribus, 20-22 μ. longis. 4099

Hab. in fructibus Capsici annui, Semiana prope Mortara Italiæ bor.

59. **Phoma Grabowskiæ** F. Tassi Bull. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 9. — Pycnidiis sparsis v. seriatis, primo epidermide tectis, denique erumpentibus, globulosis, nigris circ. 100 μ. diam.; sporulis ellipsoideis 3-4 × 2, minute bi-guttulatis, hyalinis. 4100

Hab. in caulibus emortuis Grabowskiæ boerhaaviæ foliæ in horto botanico Siena, Italiæ centr.

60. **Phoma coloradoensis** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi pag. 26. — Pycnidiis sparsis, paullulo prominentibus epidermide velatis, nigris, lenticularibus, 250 μ. diam. latis, contextu parenchymatico e cellulis 8-10 μ. diam. composito, ostiolo pertusis; sporulis cylindraceis, rectis vel leviter curvulis, utrinque rotundatis, sæpe minute biguttulatis, 8-10 × 3-4; basidiis non visis. 4101

Hab. in caulibus emortuis Pedicularis racemosæ, Pagosa Peak, South Colorado, Amer. bor.

61. **Phoma tecomicola** P. Henn. Hedw. 1903, p. 219. — Pycnidiis gregariis v. sparsis, punctiformibus, atris, epidermide tectis, dein suberumpentibus, poro pertusis, 150-180 μ. diam.; sporulis bacillaribus, obtusis, rectis, eguttulatis 2,5-3 × 0,5 hyalinis. 4102

Hab. in ramulis Tecomæ radicantis, in horto botanico Berolini.

62. **Phoma catalpicola** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 737. — Pycnidiis sparsis, sub peridermate occultatis, 200-250 μ. diam., globoso-depressis, poro pertusis, contextu membranaceo, brunneolo; sporulis ellipticis, hyalinis, continuis, utrinque rotundatis, bi-guttulatis 4,5-7,5 × 3-4,6. 4103

Hab. in ramulis Catalpæ syringifoliæ, Nunspeet Hollandiæ. — A *Ph. Catalpæ* (Thüm.) Sacc. fructicola, forma pycnidiorum et magnitudine sporularum differt.

63. **Phoma Thunbergiæ** F. Tassi Bull. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 8. — Pycnidiis dense gregariis, minutis, globosis, pertusis, nigris, epidermide velatis, 75-80 μ. diam.; sporulis ovatis, 2-guttulatis, 3 × 2, hyalinis. 4104

Hab. in caulibus emortuis Thunbergiæ speciosæ in horto bot. Siena Italiæ centr.

64. **Phoma Acanthi** Sacc. et D. Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 166. — Pycnidiis gregariis subcutaneis, vix erumpentibus, longitudinaliter oblongis, 700-900 × 500, nigricantibus, depressis, ostiolo irregulari; sporulis ellipsoideo-oblongis, utrinque obtusis, rectiusculis, bi-guttulatis, hyalinis, 7-9 × 2,5-3; basidiis brevissimis. 4105

Hab. in caulibus superficie partim atratis et partim dealbatis, emortuis Acanthi mollis ad thermas Titi Romæ, Febr. 1904. — Forte pycnidium *Diaporthis piceæ* (var. *Acanthi*).

65. **Phoma Myopori** P. Henn. Hedw. 1902, pag. 136. — Pycnidiis sparse erumpentibus, subhemisphæricis, atris, poro pertusis ca. 150-200 μ. diam.; sporulis ellipsoideis v. ovoideis, utrinque obtusis, bi-guttulatis, 6-8 × 4, hyalinis. 4106

Hab. in ramis Myopori elliptici, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

66. **Phoma paradoxa** Kab. et Bub. Mycol. Beitr. I, p. 2 (Sitz. böhm. Ges. Wiss. 1903). — Pycnidiis late dense gregariis vel sparsis, subinde pluribus confluentibus, globoso-depressis, 150-300 μ. diam., læte brunneis, densis, nigris opacis, asperulis; poro papillato centrali; contextu indistincte parenchymatico; sporulis fusoideis vel oblongo-cylindraceis, hyalinis, vulgo utrinque acutulis, 12-15 × 2,5-3,5, subinde in cirros sordide albos v. flavidos exsilientibus. 4107

Hab. in foliis vivis, petiolis, caulibus, calycibusque Plantaginis majoris pr. Welwarn Bohemiæ.

67. **Phoma tinea** Sacc. — Syll. III, p. 87. — var. **phyllotinea** Sacc. 4108

— A typo differt pycnidiis minoribus, lenticularibus, nigricantibus, 100-110 μ. diam., poro pertusis; sporulis 7-8 × 2,5 biguttatis; basidiis fasciculatis acicularibus sporulâ subduplo longioribus.

Hab. in maculis brunneis aridis foliorum vigentium Viburni Tini, Montpellier Galliæ (Doct. Mirande).

68. **Phoma Leycesteriæ** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. Berl. 1900, n. 22, p. 38. — Pycnidiis subcutaneo-erumpentibus, epidermide pallida velatis, atris, globulosis, pertusis, 120-150 μ. d.; sporulis oblongis, curvulis vel rectis, continuis, 4-5 × 0,6-0,8 hyalinis. 4109

Hab. in caulibus Leycesteriæ formosæ, in horto bot. Berolinensi Germaniæ.

69. **Phoma Valerianæ** P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904, p. 29 (Nyt. Magaz.). — Pycnidiis sparsis, lenticularibus, poro pertusis, atris, 100-120 μ. diam.; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, hyalinis, 1-guttulatis, 3-3,5 × 2-3. 4110

Hab. in caulibus siccis Valerianæ officinalis, pr. Christiania Norvegiæ. — A *Ph. herbarum* omnino diversa.

70. **Phoma Dipsaci** Cooke. — Syll. X, p. 170. — f. **Scabiosæ** Sacc. Fl. Myc. Lus. XII (1903) p. 7. — Sporulis 8-9 × 2,5, biguttatis, hyalinis; basidiis 8-10 × 1,5. 4111

Hab. in caulibus Scabiosæ maritimæ, pr. Coimbra Lusitaniæ.

71. **Phoma Cucurbitacearum** (Fr.) Sacc. — Syll. fung. III, p. 148. — f. **Trichosanthis** Sacc. Ann. Mycol. 1903, p. 5. — Pycnidiis creberrimis; sporulis ellipsoideis, 6-7 × 3, biguttatis, hyalinis; basidiis acicularibus, 20-25 × 2, e thalamio ochraceo-fuligineo oriundis. 4112

Hab. in epicarpio putrescenti Trichosanthis colubrinæ, cultæ in horto botanico Patavino, Oct. 1903.

72. **Phoma Lavandulæ** Gabotto, N g. bot. ital. 1905, p. 69. — Pycnidiis corticolis, solitariis, lenticularibus, prominulis, atris; sporulis fusoideis, 2-guttulatis, hyalinis, 4 × 2; basidiis acicularibus, hyalinis 12-14 μ. longis. 4113

Hab. in caulibus emortuis Lavandulæ officinalis, Mirabello, Piemonte.

73. **Phoma Lobeliæ** B. et Br. — Syll. III, p. 132. — f. **Lobeliæ gibbosæ** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, p. 556. — Pycnidiis minutis, nigris, subgregariis, epidermide velatis dein erumpentibus, late papillatis, 120-140 × 70-80; ostiolo 28 μ. pertuso; sporulis, ellipsoideis, biguttulatis 3,5-4,5 × 1,5-2, hyalinis. 4114

Hab. in petiolis foliorum Lobeliæ gibbosæ, Sandringham in Victoria Australiæ.

74. **Phoma Artemisiæ** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 72. — Pycnidiis 4115
subepidermico-erumpentibus, sparsis vel gregariis, atris, poro pertusis, 100-150 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, obtusis, eguttulatis, hyalinis 3,5-4,5 × 2-2,5.

Hab. in caulibus emortuis Artemisiæ vulgaris, Michaelowskoje, in ditione Mosquensi Rossiæ.

75. **Phoma Chrysanthemi** Voglino in Malp. 1902, t. XII, f. 1-7, p. 332. 4116
— Pycnidiis minutis, hemisphærico-lenticularibus, nigerrimis, punctiformibus, sparsis, superficialibus seu semiimmersis, rarissime immersis, sed epidermidem elevantibus et perforantibus, ostiolo minuto, rotundo pertusis; contextu membranaceo, celluloso; sporulis ovoideis vel ellipsoideo-oblongis, biguttulatis granulosisque, hyalinis, 7-10 × 3-4, plerumque 8 × 3,5, continuis, rarius obsolete spurie 1-septatis; basidiis filiformibus basi incrassatulis.

Hab. in foliis, petiolis, rarius caulibus Chrysanthemi indici cujus folia atra reddit, in agro Taurinensi. — Sporulæ per ostiolum primum cirrose exsiliunt dein liberæ fiunt.

76. **Phoma Kleiniæ** Traverso, Atti Congr. bot. di Palermo 1902, p. 45. 4117
— Pycnidiis dense gregariis, nigris, immersis dein erumpentibus, suborbicularibus vel hemisphærico-conoideis, vix pertusis, strato proligero sæpe in centro prominente, 350-500 μ. diam.; basidiis bacillaribus, 17-20 × 1-1,5, tandem incurvis; sporulis cylindraceo-ellipsoideis, biguttulatis, hyalinis, 7-10 × 3.

Hab. in ramis caulibusque Kleiniæ neriifoliæ, in horto botanico Padova Italiæ bor.

77. **Phoma Vittadiniæ** Mc Alp. Proceed Linn. Soc. of N. S. Wales 4118
1903, p. 100. — Pycnidiis minutis, nigris, punctiformibus, erumpentibus subgregariis, globosis, membranaceis, duris, poro pertusis, 100-130 μ. diam.; sporulis hyalinis, ellipticis vel ovalibus, minutis, 1-guttulatis, 4-4,5 μ. long.; basidiis filiformibus hyalinis, sporulas æquantibus.

Hab. in ramis emortuis Vittadiniæ australis prope Melbourne Australiæ. — *Ph. herbarum* West. affinis.

78. **Phoma Pirottæ** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902, pag. 20. 4119
tab. I, 6, fig. 1-5. — Pycnidiis laxe gregariis, innato-erumpentibus, nigricantibus, globulosis, pertusis 240 × 140; basidiis rectis, simplicibus, basi incrassatulis, 12-19 μ. long.; sporulis hyalinis elliptico-fusoideis, plerumque non guttulatis, 7-8,5 × 2,5.

Hab. in pedunculis, in squamis involucri floralis atque in fructibus Lampsanæ communis, Crescentino, Ital. bor. — *Ph. Achilleæ* Sacc. et a *Ph. lineari* Sacc. affinis.

79. **Phoma Siphonis** P. Henn. Abh. des Bot. Ver. der Prov. Brand. XLV, 1903, p. 16. — Pycnidiis sparsis subepidermico-erumpentibus, subhemisphæricis, poro pertusis, atris, ca. 250 μ. diam.; sporulis oblonge fusoideis vel ellipsoideis, utrinque obtusis, eguttulatis, hyalinis, 5-8 × 3-3,5. 4120

Hab. in ramulis emortuis Aristolochiæ Siphonis, Rheinsberg Germaniæ.

80. **Phoma apocrypta** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 62. — Pycnidiis subepidermicis, globosis 150-200 μ. diam., sparsis v. seriatim dispositis, longitudinaliter erumpentibus, ostiolo obconico pertusis; sporulis ellipticis vel ovoideis 1-2-nucleatis e hyalino fumosis, 3-4 × 1,5-2. 4121

Hab. in caulibus emortuis Phytolaccæ decandræ, Tuskegee, Amer. bor. — Forte stat. pycnidicus *Diaporthes aculeatæ* Schw.

81. **Phoma Wellingtoniæ** Oud. XX, Contr. Mycol. Pays-Bas, 1904, pag. 1153 (Ned. Kruidk. Arch.). — Pycnidiis initio tectis, dein erumpentibus prominulis, demum expositis, sparsis vel gregariis, globosis, demum depressis et concavis, coriaceis, nigris, opacis, 0,3-1 mm. diam., astomis (?); sporulis ellipsoideis, 7 × 4-6, hyalinis, continuis, utrinque rotundatis, eguttatis. 4122

Hab. in ramulis Wellingtoniæ giganteæ cultæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

82. **Phoma Bœhmeriæ** P. Henn. Hedw. 1902, p. 136. — Pycnidiis subgloboso-lenticularibus, membranaceis, atris, poro pertusis 180-220 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis eguttulatis, 4-5 × 2-2,5. 4123

Hab. in caule Bœhmeriæ niveæ, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

83. **Phoma piriformis** Briosi et Farn. Avvizz. germ. gelso, pag. 64 (Rend. Acc. Lincei 1904). — Pycnidiis sparsis v. leniter gregariis, minimis, brunneis, membranaceis, basi peridermio insculptis, piriformibus, in ostiolum breve conicum productis, 44-62 × 40-51; sporulis oblongo-ellipticis, 4-5 × 1,5-2 hyalinis; basidiis 5-6 μ. long. hyalinis. 4124

Hab. in cicatricibus foliorum, in ramulis vivis Mori albæ Pavia, Ital. bor.

84. **Phoma niphonia** Nomura in Atti Ist. Bot. di Pavia 1904. — 4125
Pycnidiis gregariis, subcutaneis, vix erumpentibus, depressis, 500 × 250; sporulis oblongis vel lanceolatis, pluri-guttulatis, 9-10 × 2,5-3; basidiis 10-12 μ. longis.

Hab. in ramulis Mori albæ, Suwa Japoniæ (A. G. Namina).

85. **Phoma cicatriculæ** Briosi et Farn. Avvizz. germ. gelso, pag. 64 4126
(Rend. Accad. Lincei 1903), Sacc. Syll. XVI, p. 1154 (nomen). — Pycnidiis sparsis, brunneis, membranaceis, immersis, globosis vel globoso-depressis 111-120 μ. diam.; sporulis ellipticis 4,5 × 2,5 hyalinis; basidiis 10-12 μ. longis hyalinis.

Hab. in cicatricibus foliorum, in ramulis vivis Mori albæ, Pavia, Ital. bor.

86. **Phoma Tremulæ** Sacc. in Ann. Mycol. 1904, p. 529. — Pycni- 4127
diis late densiuscule gregariis (non cæspitosis) globoso-depressis, subcutaneis, demum vertice obtuso vix pertuso erumpentibus, 0,5 mm. diam., duriusculis, aterrimis; sporulis minutis, oblongis, rectis, 4,5-5 × 2, hyalinis, eguttulatis; basidiis nullis v. obsoletis.

Hab. in ramis Populi Tremulæ, Zehlendorf prope Berolinum. — A ceteris speciebus populicolis omnino distincta.

87. **Phoma pachytheca** Vestergr. in Hedw. 1903, pag. 80, tab. III, 4128
fig. 4-8. — Pycnidiis sparsis 400-800 μ. diam., peridermio tenui, atrato tectis, depressis, orbicularibus vertice tenuiter erumpentibus, sed vix papillatis; contextu atro, crassiusculo molliusculo, cellulis minutis rotundis; sporulis initio catenulatis?, minutis, tereti-fusoideis, apicibus attenuato-rotundatis, 4 × 1,5-2, hyalinis, utrinque 1-guttulatis.

Hab in ramis emortuis Salicis (cinereæ?), prope Arrenyburg et in insula Abro Sueciæ.

88. **Phoma salicina** West. in Bull. Ac. royale Belg. 1857, pag. 21 4129
(extr.). — Pycnidiis sordide nigris, membranaceis, siccis collabascentibus, immersis, epidermide atrata tectis, ostiolo poriformi; sporulis ovoideis, hyalinis, 10 × 5.

Hab. in ramis Salicis babylonicæ in Belgio.

89. **Phoma conigena** Karst. — Sacc. Syll. fung. X, p. 163 — var. 4130
abieticola Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 233, Syd. Myc. Germ. n. 333. — A typo nonnihil recedit pycnidiis æque erumpenti-superficialibus, siccis difformibus, depressiusculis, irregulariter dehiscentibus, paullo majoribus, 0,4-0,5 mm. diam., intus albis; sporulis æque oblongo-fusoideis, hyalinis, eguttatis, sed paullo majoribus, 9-10 × 4-4,5; basidiis obsoletis.

Hab. in squamis emortuis conorum Abietis excelsæ, Sondershausen Thuringiæ (G. Oertel).

90. **Phoma Capanemæ** Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, pag. 16 (1903). — 4131
Pycnidiis dense gregariis et epidermide atrata tectis, prominulis, globoso-depressis, 180-250 μ. diam., centro minute pertusis sed vix papillatis; contextu parenchymatico, fuligineo; sporulis ovato-fusoideis, utrinque acutiusculis, rectis, 8-8,5 × 2,5-3, hyalinis, farctis v. raro 2-guttatis; basidiis vere obsoletis.

Hab. in fructibus exsiccatis Arikuryrobæ Capanemæ Barb. Rodrig. (palmæ), ex Rio de Janeiro Brasiliæ Amer. austr. — A *Phoma cocoina* Cooke prorsus diversa.

91. **Phoma Philodendri** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902, p. 20. 4132
tab. I, 5, fig. 1-4. — Pycnidiis amphigenis, sparsis, punctiformibus, subepidermicis, globoso-depressis, epidermide velatis, poro amplo pertusis 140-160 μ. diam.; basidiis rectis 10-12 μ. long. hyalinis; sporulis ellipticis, utrinque rotundatis, bi-guttulatis, 7-8 × 3,5-4, hyalinis.

Hab. in foliis siccis Philodendri pertusi culti prope Crescentino, Ital. bor.

92. **Phoma Romuleæ** Mc Alp. in Proc. Linn. Soc. of N. S. Wales 4133
1903, p. 100. — Pycnidiis minutis, nigris, punctiformibus, gregariis, erumpentibus, globosis, membranaceis, firmis 100-112 μ. diam.; contextu parenchymatico; sporulis hyalinis, minutis, ellipsoideis 4,5 × 2-3.

Hab. in foliis Romuleæ Bulbocodii, Armadale, Victoria Australiæ.

93. **Phoma Vaccarii** Ferraris in Malpighia 1903, pag. 459. — Py- 4134
cnidiis subepidermico-erumpentibus, prominulis, atris, sparsis, globosis, pertusis 200 μ. diam ; sporulis hyalinis, cylindraceis, rectis, utrinque rotundatis, eguttulatis, 12-14 × 3.

Hab. in foliis exsiccatis Allii, St. Didier Italiæ bor.

94. **Phoma Typhæ** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, p. 12 (nec Pass. in 4135
Syll. X, p. 184 — nec *Ph. Typharum* Sacc. — Syll. III, p. 163 — quæ ambæ folia afficiunt et potius ad genus *Phyllosticta* pertinent). — Pycnidiis sub epidermide fuligineo-maculata absconditis, parenchymati fuscescenti interfasciculari applicatis, in series longitudinales dispositis, nigris, coriaceis, primo subglobosis, postea depressis, adultis 1 mm. diam., ostiolo brevi, obtuso, summo perforato; sporulis hyalinis, ellipticis, rectis, utrinque obtusis, eguttulatis 4 × 2.

Hab. in caule Typhæ angustifoliæ Nunspeet, Hollandiæ.

95. **Phoma arundinacea** (Berk.) Sacc. — Syll. III, p. 164 — Forma 4136
bambusina Sacc. Fl. Myc. Lus. XII (1903) p. 8. — Pycnidiis laxe gregariis, minutis, epidermide atrata tectis; sporulis oblongo-fusoideis, 8-9 × 2,5-3; basidiis acicularibus, 10-12 × 1,5.

Hab. in culmis minoribus Bambusæ mitis, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ.

96. **Phoma Alismatis** P. Henn. et Staritz in Syd. Myc. Germ. n. 4137
135 et Ann. Mycol. 1904, p. 191, et in litt. — Pycnidiis subcutaneis sed mox erumpentibus, sparsis, poro pertusis, globosis, 60-70 μ. diam., in macula atro-brunnea sitis; sporulis oblongis, utrinque acutiuscule rotundatis, 4 × 1, hyalinis.

Hab. in caulibus Alismatis Plantaginis, Ziebigk pr. Dessau Germaniæ.

97. **Phoma fusispora** Rostrup Fungi in Bot. of the Færoës 1901, 4138
part. I, pag. 313. — Pycnidiis gregariis, subcutaneis, depressis, epiphyllis; sporulis distincte fusoideis, 1-guttulatis, 12-16 × 3-4.

Hab. in foliis Psammæ arenariæ, Sandö, in insulis Færoës Daniæ.

98. **Phoma Botrychii** Jacz. Bull. Jard. Bot. S. Petersburg 1901, I, 4139
pag. 15, c. icone. — Pycnidiis ex hyphis ramulosis, hyalinis, septatis nascentibus, globoso-conoideis, nigris, sparsis, prominulis, 200 μ. diam.; sporulis continuis, ellipsoideis, minutis, 3 × 1; basidiis cylindraceis, rectis, brevibus, radiantibus.

Hab. in foliis, quæ rubescunt, Botrychii Matricariæ in gub. Perm Rossiæ.

99. **Phoma Splachni** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, p. 30 (Videnskr. 4140
Skrift). — Pycnidiis minutissimis, membranaceis depressis, fuscis, contextu parenchymatico; sporulis oblongis, 4-6 × 2.

Hab. in capsulis exsiccatis Splachni mnioidis, Atnebroen Norvegiæ (F. Kiaer).

100. **Phoma Muscorum** Rostr. Islands Svampe in Bot. Tidsskrift 1903, 4141
vol. 25, p. 318. — Pycnidiis minutissimis, laxe gregariis, globosodepressis, nigris, nitidis, contextu parenchymatico, membranaceo; sporulis oblongis, 5-6 × 1,2.

Hab. in pedicellis, capsulisque Tetraplodontis bryoidis in Dania.

101. **Phoma sclerotivora** (Bref.) Sacc. *Pycnis sclerotivora* Brefeld, Bot. 4142
Unters. über Schimmelpilze, Heft 4, p. 122, Tafel X (absque diagnosi. — Pycnidiis gregariis innato-erumpentibus, nigris, globosis, 180-210 μ. diam., astomis, dein poro rotundo pertusis; con-

textu parenchymatico, crassiusculo; sporulis ovoideis, 1-guttatis, hyalinis, 7-8 × 5-6; basidiis papilliformibus vel ampulliformibus.

Hab. in superficie sclerotii Sclerotiniæ Libertianæ, parasitice, in Germania.

102. **Phoma insularis** Cooke et Massee — Syll. X, p. 149. — Huc ducenda *Ph. Aucubæ* f. *ramicola* Oudem. Ned. Kruidk. Arch. 1895, p. 38, ex ipso cl. Oudem.

103. **Phoma Saccardoi** Oudem. in Rev. Mycol. 1902, p. 108. — Ita nuncupanda *P. salicina* Sacc. — Syll. III, p. 97 — nec West.

PHOMOPSIS Sacc. — Syll. III, p. 66 (1884), *? Myxolibertella* v. Höhn. in Ann. Mycol. 1903, p. 526. Est typus, quem l. c. obiter dixi *Phomopsis* et sistit species plurimas hucusque ad *Phomam* relatæ et tamquam status pycnidici *Diaporthes* generis habitæ. Hæ species sequentibus notis sunt dignoscendæ: Pycnidia subcutanea, plus minus erumpentia, globoso-depressa, sæpe longitudinaliter oblonga non raro supra latiuscule dehiscentia nec regulariter ostiolata, nigricantia, gregaria. Sporulæ fusoideo-oblongæ, rarius ellipsoideæ, typice 2-guttulatæ, continuæ, hyalinæ. Basidia acicularia, demum hamata. — Cl. v. Höhnel l. c. et Bubák, Oest. bot. Zeit. 1905, p. 78 basidia hamata ut sporulas alterius ordinis considerant, de quo adhuc dubitandum. Ubi reapse habeantur typi duo fructificatione consimiles, sed alter pycnidio præditus et alter nudus, primus dicatur *Phomopsis* inter Sphærioidaceas, postremus *Myxolibertella* inter Melanconiaceas. — Cfr. Ann. Mycol. 1905, p. 166.

1. **? Phomopsis pallida** (Fuck.) Sacc. et D. Sacc. *Myxolibertella pallida* (Fuck.) v. Höhn. = *Libertella pallida* Fuck. - Syll. III, p. 476. Sporulis 10-12 × 2-3; basidiis 25-30 × 1, curvatis. 746

2. **? Phomopsis Aceris** (v. Höhn.) Sacc. et D. Sacc. *Myxolibertella Aceris* v. Höhn. l. c. — Sporulis 10-12 × 2,5-4 oblongis utrinque obtusis; basidiis 10 × 1,5. 4143

Hab. in ramulis siccis Aceris obtusati in Bosnia.

3. **? Phomopsis scobinella** Sacc. et D. Sacc. *Myxolibertella scobina* v. Höhn. l. c. vix *Phoma scobina* Cooke. — Sporulis 8-12 × 1,5, fusoideo-bacillaribus, utrinque acutis; basidiis 20-25 × 1, curvatis. 4144

Hab. in ramulis Fraxini excelsioris in Herzegovina. — Forte stat. micropycnidicus *Diaporthes scobinæ* Nits.

4. **Phomopsis Lamii** Sacc. et D. Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 166. — Pycnidiis gregariis subcutaneis, longitudinaliter suboblongis, 500 × 4145

300-400, depressis, intus griseis, poro epidermico hiantibus, contextu nigricante imperfecto; sporulis ellipsoideo-oblongis, rectiusculis, 2-guttatis, 8-9 × 3-4, hyalinis; basidiis fasciculatis, bacillaribus, hyalinis, 10-12 × 2.

Hab. in caule emortuo Lamii garganici var. grandiflori, Tagliacozzo (Aquila) Ital. centr. Apr. 1904. — *Diaporthes* cujusdam pycnidium.

5. **Phomopsis Tulasnei** Sacc. Notæ mycologicæ in Syd. Ann. mycol. 4146
1903, p. 27 (*Phoma*). — Pycnidiis in maculis nigricantibus oblongis irregularibusque innatis, vix erumpentibus, imperfectis, globoso-depressis v. oblongis, $^1/_6$ mm. diam.; sporulis ovato-oblongis, 7-8 × 2,5-3, biguttulatis, hyalinis; basidiis bacillaribus, 15-18 × 1,5, demum curvis.

Hab. in caulibus Melittidis Melissophylli, Montello (Treviso) Italiæ bor. — Verisimiliter pycnidium *Diaporthes Tulasnei*.

6. **Phomopsis Lactucæ** (Sacc.) Bubák, Oest. bot. Zeitschr. 1905, p. 78, 4147
Phoma Lactucæ Sacc. Syll. III, p. 125. — Pycnidiis globoso-oblongis innatis, 200-450 μ. cr., 150-200 μ. alt., sursum subnigris conico-tenuatis, erumpentibus, extus hyphis atro-brunneis cinctis; sporulis tereti-fusoideis, biguttatis, 7-15 × 2-3; basidiis anguste phialiformibus 10-20 μ. long., fasciculatis; sporulis secundi ordinis (an basidiis maturis?) filiformi-hamatis 15-25 × 1.

Hab. in caulibus emortuis Lactucæ sativæ prope Meran Tiroliæ.

7. **Phomopsis Abrotani** (Oud.) Sacc. et D. Sacc. *Phoma Abrotani* Oud. 4148
Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 734. — Pycnidiis sparsis vel aggregatis, orbiculari-depressis, poro pertusis, 350-500 μ. diam., hysteriiformibus; sporulis oblongis, 7-9 × 2,5, eguttulatis hyalinis, continuis, utrinque rotundatis; basidiis simplicibus 20-30 μ. longis.

Hab. in ramulis Artemisiæ Abrotani, Nunspeet, Hollandiæ.

8. **Phomopsis Rossiana** Sacc. in Syd. Ann. Mycol. 1903, p. 222 (*Pho-* 4149
ma). — Pycnidiis laxe gregariis, epidermide atrata velatis demum imperfecte erumpentibus, valde depressis, 0,3-0,5 mm. diam., obtuse papillatis, nigricantibus; sporulis teretiusculis, utrinque rotundatis, rectis, raro curvulis, 8 × 2,5, hyalinis, farctis nec distincte guttulatis; basidiis dense fasciculatis, bacillaribus, 11-16 × 1,5-2, hyalinis, e basi sporigera fuliginea oriundis.

Hab. in caulibus morientibus Lupini albi, Palermo, Siciliæ (Doct. Herm. Ross, Herbar. sicul. Cent. III, n. 223). — Pycnidia

interdum non omnino completa et tunc species ad *Gloeosporium* accedit.

9. **Phomopsis occidentalis** Sacc. — Syll. III, p. 66 (*Phoma*) — var. **irregularis** Trav. Malp. 1905, p. 142. — A typo differt sporulis minoribus, 6-8 × 2,5-3,5, irregularibus, subcylindraceis, ellipsoideis, ovoideis, subnavicularibus; basidiis distinctissimis, 18-22 × 2. 4150

Hab. in ramulis siccis Gleditschiæ Triacanthi in sepibus prope Colico Ital. bor. — Pycnidia 250-300 μ. diam.

10. **Phomopsis Dominici** Traverso in Syd. Ann. Mycol. 1903, vol. I, p. 229. — Pycnidiis erumpentibus, gregariis, quandoque etiam confluentibus, depressis, irregularibus, plerumque vero sublenticularibus, obtuse papillatis, fulvo-fuligineis, 350-600 μ. latis; sporulis cylindraceo-ellipsoideis, biguttulatis, hyalinis, 6-8 × 2,5-3; basidiis bacillaribus, demum uncinatis et facillime secedentibus, usque ad 25 μ. long., 1 μ. latis. 4151

Hab. in ramis corticatis emortuis Forsythiæ viridissimæ in horto botanico Modena, Ital. bor. — A *Ph. Forsythiæ* Cooke valde distincta, et a *Ph. forsythiicola* Syd. cui potius accedit, ob pycnidia gregaria et magis depressa, sporulas subcylindraceas et biguttulatas basidiaque fere duplo longiora facile dignoscenda.

11. **Phomopsis Pritchardiæ** (C. et H.) Sacc. Syll. III, p. 157 (*Phoma*) — var. **chamæropina** D. Sacc. Myc. ital. n. 1531. — Pycnidiis dense æqualiter gregariis, hypophyllis, punctiformibus, globulosis, obtusis, 200 μ. diam., innato-erumpentibus, nigris; sporulis oblongo-fusoideis, 9-11 × 3, utrinque obtusulis, rectiusculis, 2-guttulatis, hyalinis; basidiis bacillaribus sursum tenuatis, 15 × 1,7, hyalinis. 4152

Hab. in foliis adhuc stantibus, sed in areis dealbatis emortuis Chamæropis excelsæ in horto botanico patavino, Apr. 1904 (Antonia Saccardo).

MANGINIA Viala et Pacottet in C. R. de l'Acad. des Sc. Paris 1904 juillet, p. 88-90 (Etym. a cl. botanico L. Mangin). — Micropycnidia seu spermogonia sporulas conidiis *Sphacelomatis* simillimas foventia. Macropycnidia brunnea sporulas ellipsoideas, hyalinas (5,30 × 3,50) includentia. Simul adsunt sclerotia rhizomorphica, basidia simplicia, septata, hyalina apice conidio sphæroideo. 8 × 7, terminata gerentia. Ex ipso mycelio gemmipare evolvuntur cellulæ saccharomycetoideæ, 6-7,5 × 4-4,5, alcoholem gignentibus.

Ut facile patet, micro- et macropycnidia sunt technice *Phomæ*

species, hinc genus est omnino biologicum et cultura arte facta obtentum.

1. **Manginia ampelina** Viala et Pacottet l. c. — Characteres generis. 4153
Hab. in fructibus etc. Vitis viniferæ in Gallia. — *Sphaceloma ampelinum* De Bary (= *Glæosporium ampelophagum* (Pass.) Sacc.) simul nascitur et, test. auct. l. c., sistit statum conidiophorum.

MACROPHOMA (Sacc.) Berl. et Vogl. — Syll. X p. 189, XI p. 495, XIV p. 889, XVI p. 879.

1. **Macrophoma nobilis** (Thüm.) B. et V. — Syll. X, p. 195. — Forma **Berberidis** Sacc. et Scalia in Sacc. Contr. Myc. Lus. XII (1903) p. 8. — Pycnidiis globulosis, laxe gregariis, 150-220 μ. diam., atris; sporulis obovatis, 15 × 6.5-8,5, sæpe crasse 1-guttatis; basidiis bacillaribus brevibus. 4154
Hab. in foliis emortuis Berberidis vulgaris, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ.
2. **Macrophoma Passifloræ** Mac Alp. Austral. Fungi Dec. III-IV p. 103 (Proceed. Linn. Soc. New S. Wal. 1903) *Phoma Passifloræ* Mac Alp. Proceed. cit. 1902, p. 377. — Pycnidiis numerosis, gregariis, erumpentibus, atro-brunneis, ad marginem macularum fulvescentium concavarum insidentibus, globulosis, 150-200 μ. diam.; sporulis late ellipsoideis, utrinque rotundatis, hyalinis v. subhyalinis, intus minute granulosis, 12-16 × 6-7. 4155
Hab. in fructibus Passifloræ edulis, New South Wales Australiæ. — Ambigit inter *Phomam* et *Macrophomam*.
3. **Macrophoma Theæ** Speschnew, Tifl. Bot. 1904, p. 76, tab. III, f. 5-7. — Pycnidiis sparsis, primo epidermide tectis, dein erumpentibus et fere subliberis, 60-140 μ. diam.; contextu parenchymatico fuligineo; sporulis oblongo-ellipsoideis, continuis, hyalinis, intus granulosis, 16-18 × 3-4; basidiis filiformibus brevibus, indistinctis. 4156
Hab. in pag. infer. foliorum vivorum Theæ sinensis prope Batum Caucasi.
4. **Macrophoma ilicella** (Sacc. et Penz.) B. et V. — Syll. X, p. 194. — Forma **Magnoliæ** Sacc. Contr. Fl. Myc. Lus. XII. (1903) p. 8. — Pycnidiis hinc inde gregariis, epiphyllis, epidermide velatis, 200-300 μ. diam.; sporulis 16-20 × 5,5-6, nubilosis, hyalinis, subsessilibus. 4157
Hab. in foliis emortuis Magnoliæ grandifloræ, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ.
5. **Macrophoma Grossulariæ** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4, 4158

1903, p. 888. — Pycnidiis in parenchymate corticali immersis, nigris, in parvulis societatibus digestis, nigris, membranaceis, ex hyphis dense intricatis, divergentibus, brunneis orientibus; sporulis hyalinis, initio globulosis, dein ellipticis, postremo obovoideo-oblongis, 26-28 × 10-12, acrogenis; basidiis 16-20 μ. long., paullo inflatulis, continuis, hyalinis, leniter curvulis.

Hab. in ramis Ribis Grossulariæ, Veenendaal Hollandiæ. — Species valde noxia videtur.

6. **Macrophoma crescentina** Ferr. et Sacc. in Atti Congr. bot. Palermo 1902. — Pycnidiis in areis foliorum exsiccatis, brunneo-rufis laxe gregariis, hypophyllis, membranaceis, globosis, subepidermicis, dein erumpentibus, poro pertusis, 140-150 μ. diam.; sporulis copiosissimis, breve fusoideis, rectis, utrinque obtusatis, continuis, granulosis, 19-24 × 7-8,5, hyalinis; basidiis obsoletis. 4159

Hab. in foliis Vitis viniferæ adhuc vivis, pr. Crescentino Italiæ bor. — Affinis *M. reniformi* sed basidia obsoleta et *M. siculæ* sed pycnidia foliicola, minora et sporulæ fusoideæ.

7. **Macrophoma Borziana** Scalia, Fungi Sicil. orient. Ser. III, 1902, p. 9. — Pycnidiis globosis v. globoso-depressis, 200-260 μ. diam., in partibus foliorum exsiccatis sparsis v. confluentibus, atris, punctiformibus, epidermide non atrata primum tectis denique erumpentibus, contextu parenchymatico, fusco-fuligineo e cellulis polygonalibus, minutis constituto; sporulis oblongo-fusoideis, continuis, ex hyalino dilutissime chlorinis, plasmate granuloso, minute guttulato farctis, rectis vel, sed non raro, inæqualibus 24-28 usque 30 μ. long., 5-6 μ. cr.; basidiis teretibus, subæquilongis suffultis. 4160

Hab. in foliis fere siccis Calycanthi spec., in horto botanico Cataniæ Siciliæ. — E subgen. *Cylindrophomæ*.

8. **Macrophoma Hochreutineri** P. Henn. in Annuaire Cons. et Jard. bot. Genève, 1903-1904, p. 243. — Maculis pallidis, rufo-brunneo cingulatis, oblongis v. effusis; pycnidiis innatis v. gregariis, punctiformibus, atris, subhemisphæricis, poro lato pertusis, 60-90 μ. diam.; sporulis oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, subcurvulis, nubilosis v. 3-pluriguttulatis, hyalinis, 30-35 × 5-7; basidiis brevissimis. 4161

Hab. in ramulis Coronillæ junceæ, Oran Africæ sept. (Hochreutiner). — *M. spartiicolæ* affinis sed sporulis haud papillatis curvulisve diversa.

9. **Macrophoma phaseolina** F. Tassi, Bull. Lab. Ort. bot. Siena IV, p. 9, 1901. — Maculis irregularibus, latis, pallidis v. brunneolis; 4162

pycnidiis dense gregariis, marginalibus, nigris, prominulis, erumpentibus, ostiolo pertusis, globosis, 200-250 μ. diam.; sporulis ellipticis, utrinque obtusulis, 20-22 × 5,5-6, hyalinis, granuloso-farctis.

Hab. in foliis vivis Phaseoli ornithopi, quæ necat, in horto botanico Siena Italiæ australis.

10. **Macrophoma Phaseoli** Maubl. Bull. Soc. mycol. 1905, p. 90, pl. VI, f. 9. — Pycnidiis sparsis, immersis, nigris, globosis, poro minuto non prominulo pertusis, 125 μ. diam.; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, granulatis guttulatisque, chlorino-hyalinis, 20-30 × 8-10; basidiis rectis, 10-12 μ. longis. 4163

Hab. in caulibus emortuis Paseoli vulgaris in Tunisia Africæ. — Sporulæ jugiter, etiam germinantes, hyalinæ, hinc vera *Macrophoma* nec *Diplodia* junior.

11. **Macrophoma eusticta** Sacc., Ann. myc. 1905, p. 167. — Maculis amphigenis majusculis inæqualiter rotundatis 1,5-2 cm. diam. ligneo-pallidis, tenuiter rufo-fusco-marginatis; pycnidiis epiphyllis dense æqualiter gregariis punctiformibus, subcutaneo-erumpentibus, globoso-depressis, atris, 150-200 μ. diam., poro pertusis; sporulis oblongis, utrinque rotundatis, rectis curvulisve, 16-20 × 5,5-6, intus 2-4-guttulatis granulosisque, hyalinis; basidiis crasse bacillaribus dense stipatis, apice obtusis, guttulatis, hyalinis, 25 × 5-5,6 e thalamio crassiusculo fuligineo oriundis. 4164

Hab. in foliis languidis Oreodaphnes fœtentis cultæ in frigidariis Horti Patavini, Nov. 1904 (Doct. Dom. Saccardo).

12. **Macrophoma Mantegazziana** (Penz.) Berl. et Vogl. — Syll. X, p. 201. — var. **Limonum** Scalia, Fungi Sicil. Orient. Ser. III, 1902, p. 10. — Pycnidiis subsparsis, circ. 250 μ. diam.; sporulis oblongis, utrinque late rotundatis, 17-19 × 7-8, plasmate granuloso non raro minute guttulato farctis; basidiis teretibus, sporulâ paullo brevioribus. 4165

Hab. in foliis siccis et putrescentibus Citri Limonis, Mascalucia prope Cataniam Siciliæ.

13. **Macrophoma Dianthi** Gabotto, N. Giorn. bot. ital. 1905, p. 69. — Pycnidiis solitariis, epidermide velatis, atris; sporulis ellipsoideis, hyalinis, guttulatis, 22-30 × 9-10. 4166

Hab. in caulibus siccis Dianthi sp. Mirabello, Piemonte.

14. **Macrophoma macrospora** (Mc Alp.) Sacc. et D. Sacc., *Phyllosticta macrospora* Mc Alp. Fungus Stone-fr. trees diseases, Melbourne 1902, p. 108, fig. 161-162. — Maculis griseis vel pallide luteo-fuscis, irregularibus; pycnidiis amphigenis, nigris, punctiformi- 4167

bus, depresso-globosis, luteo-brunneis, membranaceis, poro pertusis, 180-240 μ. d.; sporulis hyalinis, cylindraceis, utrinque obtusis, granulosis, 24 × 5,5-6,5; basidiis hyalinis, filiformibus, apice acutulis, 9-12 μ. longis.

Hab. in foliis Pruni domesticæ et Pruni Armeniacæ, Armadale, Victoria, et in horto universitario Melbourne Australiæ. — Ob sporulas majusculas, pedicellatas potius *Macrophomæ* species.

15. **Macrophoma Ariæ** v. Höhnel Fragmente zur Mykologie 1903, 4168
p. 26. — Pycnidiis hemisphæricis, conico-papillatis, peridermio tectis, ostiolo prominente, 600-700 μ. latis, tenuiter tunicatis, brunneis; basidiis c. 10-18 × 4-5, simplicibus; sporulis hyalinis, ellipsoideo-cylindraceis, supra obtusis, infra breve apiculatis, plasmate granuloso farctis, 22-28 × 9-12.

Hab. in ramis Sorbi Ariæ in silvis prope Baumgartnerhaus Schneeberg Austriæ inferioris. — Eamdem, ut videtur, speciem ita descripsit cl. Hennings, anno post: *Macrophoma? Ariæ* P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904, p. 29 (Nyt. Magaz.) Pycnidiis sub epidermide gregariis, depressis, astomis, subcarbonaceis, atris; sporulis oblongo-ellipsoideis v. subclavatis, intus nubilosis, hyalinis, 18-25 × 6-8; basidiis fasciculatis, hyalinis, 10-20 × 3-4,5. — In ramis siccis Sorbi Ariæ, socia *Dermatea Ariæ*, Christiania Norvegiæ. — An sit typica species *Macrophomæ* cl. auctor dubitat.

16. **Macrophoma Restaldii** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902, 4169
p. 21 tab. I, 7 fig. 1-5. — Pycnidiis subcutaneo-erumpentibus, poro latiusculo pertusis, globoso-depressis 245-280 μ. diam., basidiis hyalinis, simplicibus 7-8 μ. long.; sporulis ellipsoideis, utrinque rotundatis, sæpius crasse 1-guttulatis, 16-25 × 12-14, hyalinis.

Hab. in ramis exsiccatis Rubi spec., Verua, Ital. bor.

17. **Macrophoma Aucubæ** Gabotto, N. Giorn. bot. ital. 1905, p. 69. 4170
Pycnidiis amphigenis, solitariis, erumpenti-superficialibus, atris; sporulis ellipsoideis, guttulatis, hyalinis, 18-20 × 9-10.

Hab. in foliis dejectis Aucubæ japonicæ, Giarole, Piemonte.

18. **Macrophoma ligustica** Magnaghi, Contr. Mic. Ligustica p. 7 (Atti 4171
Ist. Bot. Pavia vol. VIII, 1902). — Pycnidiis gregariis, hemisphæricis, nigris, erumpentibus, 110-120 μ. diam., contextu brunneo; sporulis ellipsoideis utrinque rotundatis, hyalinis, 15-20 × 10-12, granulosis; basidiis brevissimis.

Hab. in ramis emortuis Hydrangeæ hortensis, Pegli, Liguria.

19. **Macrophoma helicina** Magnaghi, Contr. Mic. Ligustica p. 7 (Atti 4172

Ist. Bot. Pavia vol. VIII, 1902). — Pycnidiis sparsis, punctiformibus, 120-150 × 230-250, ostiolo pertusis; contextu carbonaceo; sporulis oblongis, sæpe clavatis, hyalinis, 23-25 × 12-14, granulosis; basidiis hyalinis 25-30 μ. long., mycelio fusco.

Hab. in foliis deiectis Hederæ Helicis, Sestri Ponente, Italia bor. — A *M. cylindrospora* (Desm.) Berl. et Vogl. et a *M. leucostigma* (D. C.) Berl. et Vogl. satis distincta.

20. **Macrophoma crateriformis** (Dur. et Mont.) Berl. et Vogl. — 4173
Sacc. Syll. X, p. 203 — *Ascospora crateriformis* Dur. et Mont. Fl. Alg. I, p. 590, *Phoma crateriformis* Sacc. Syll. III, p. 112, *Septoria crateriformis* Sacc. Syll. III, p. 496 — f. **macrospora** D. Sacc. in Staz. Sperim. Agrarie Ital. 1904, p. 69. — Pycnidiis ut in typo 200-250 μ. diam.; sporulis cylindraceis utrinque obtusinculis 20-22 × 2,5-3 hyalinis.

Hab. in foliis dejectis, putrescentibus Phillyreæ mediæ, Acque Albule prope Romam.

21. **Macrophoma edulis** D'Almeida, Contrib. à la Mycoflora du Por- 4174
tugal 1903, p. 32. — Pycnidiis gregariis, immersis, elongatis, 125-210 μ. diam.; sporulis cymbiformibus vel piriformibus v. longe ellipticis, continuis, hyalinis 12-18 × 5-7, basidiis cylindraceis, obclavatisve, hyalinis, sporulas æquantibus, suffultis.

Hab. in stromate crustiformi nigro, duriusculo, erumpente in tuberculis Batatæ edulis Choisy, in insula S. Miguel Açores, Africæ bor. (Andrade Albuquerque).

22. **Macrophoma brunnea** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, 4175
p. 555. — Pycnidiis subgregariis, intense brunneis epidermide velatis, depresso-globosis, sub lente luteo-griseis, membranaceis 200-300 μ. diam. poro pertusis; sporulis hyalinis, oblongo-ellipsoideis vel fusoideis, utrinque rotundatis, granulosis, 21-24 × 5-7; basidiis hyalinis, elongatis, 14 × 2-3.

Hab. in caulibus Lobeliæ gibbosæ, Sandringham, Victoria, Australiæ. — *M. Hueffelii* (B. et C.) Berl. et Vogl. peraffinis.

23. **Macrophoma Falconeri** P. Henn. Hedw. 1903, p. 219. — Maculis 4176
marginalibus, rufo-brunneis, exaridis, explanatis; pycnidiis sparsis vel gregariis, erumpenti-superficialibus, hemisphæricis, atris, nitentibus, 250-300 μ. diam.; basidiis oblongis vel subclavatis 10-25 × 3-4,5; sporulis oblongis utrinque obtusis, nubilosis, vel 2-pluriguttulatis 15-30 × 10-14, hyalinis.

Hab. in foliis Rhododendri Falconeri, in horto botanico Berolini Germaniæ.

24. **Macrophoma Henriquesiana** d'Alm. et da Cam. Rev. Agron. Lisboa 1904, p. 218 — Pycnidiis sparsis, copiosis, subglobosis, atris, primo epidermide velatis demumque fissa, ostiolo breviter papillato erumpente, 140-190 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, ovalibus, irregulariter elongatis (polymorphis), rectis, utrinque obtusiusculis, continuis, hyalinis, 17-23 × 5-8. 4177

Hab. ad ramulos Dahliæ variabilis in horto bot. Coimbra Lusitaniæ (A. Moller).

25. **Macrophoma Adenii** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 53. — Maculis rotundatis, fuscidulis; pycnidiis epiphyllis, sparsis, hemisphæricis, poro pertusis, contextu celluloso, flavo-fusco, 80-150; sporulis oblonge clavatis vel subfusoideis, 4-pluriguttulatis, hyalinis, 17-22 × 3-3,5; basidiis brevibus, hyalinis. 4178

Hab. in foliis Adenii spec., Dar-es-Salâm, Zanzibar Africæ orient. (Stuhlmann).

26. **Macrophoma Mirbelii** (Fr.) Berl. et Vogl. — Syll. X, 194 — f. **ramicola** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 734. — Pycnidiis tectis, dein erumpentibus, contextu parenchymatico, 200-350 μ. diam. Cetera ut in typo. 4179

Hab. in ramulis apicalibus Buxi sempervirentis, Nunspeet Hollandiæ.

27. **Macrophoma Manihotis** P. Henn. in Notizbl. des Königl. bot. Gartens u. Museum zu Berlin, n. 30, 1903, p. 241. — Petiolicola; maculis pallidis effusis; pycnidiis subepidermico-erumpentibus, sparsis, subhemisphæricis, atris, poro pertusis; sporulis oblonge ellipsoideis vel subclavatis, intus nubilosis, utrinque rotundatis, hyalinis, 15-24 × 7-10; basidiis filiformibus, brevibus, ca. 10-15 × 3-4, hyalinis. 4180

Hab. in petiolis Manihotis utilissimæ, Dar-es-Salâm, Africæ orient. germanicæ (Doct. Stuhlmann). — Species valde noxia.

28. **Macrophoma Haloxyli** P. Henn. F. Oran. Hochreut. p. 243 (Ann. Conserv. Jard. bot. Genève, 1903-1904). — Maculis caulicolis, pallidis, siccatis; pycnidiis sparsis, innatis, subhemisphæricis, atris poro pertusis, ca. 60-80 μ. diam.; sporulis oblongo-subcylindraceis, subcurvulis vel rectis, utrinque rotundatis, eguttulatis, hyalinis, 10-18 × 4,5-5,5. 4181

Hab. in ramulis siccis Haloxyli scoparii Oran Algeriæ.

29. **Macrophoma Chenopodii** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, p. 11. — Maculicola; maculis amphigenis, orbicularibus vel ovalibus, distin- 4182

cte limitatis, primo pallescentibus, denique albidis, citoque dilaceratis et erosis; pycnidiis amphigenis versus centrum macularum aggregatis, numerosis 120-150 μ. diam., subtilissime membranaceis, adultis nigerrimis, submicantibus; sporulis oblongis utrinque rotundatis, hyalinis, continuis, biocellatis, 12-20 × 4-5.

Hab. in foliis Chenopodii rubri, Nunspeet Hollandiæ.

30. **Macrophoma sycophila** (Mass.) Sacc. et D. Sacc., *Phoma sycophila* Mass. in Kew Bull. 1091, p. 156. — Pycnidiis minutis, atris, numerosissimis, dense congestis, epiphyllis, maculas decolorantes longe lateque formantibus; sporulis cylindraceis, utrinque obtusis, rectis vel curvulis, 17-20 × 4-4,5, hyalinis. 4183

Hab. in foliis siccis Fici spec. Mount Cook, Queesland Australiæ.

31. **Macrophoma Penzigii** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902, p. 22, tab. II, 10 fig. 1-5. — Pycnidiis erumpentibus, majusculis, membranaceis, nigris, ostiolo pertusis, 290-400 μ. diam.; basidiis hyalinis, brevissimis, 6-7 μ. long.; sporulis exosporio crassiusculo præditis, intus granulosis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, 22-28 × 12-14, hyalinis. 4184

Hab. in ramis emortuis Populi nigræ, Crescentino, Ital. bor.

32. **Macrophoma Maublanci** Sacc. et D. Sacc., *Macrophoma ulmicola* Maubl. Bull. Soc. myc. 1904, p. 70, t. VII, f. 3, nec Ell. et Ev. — Foliicola; maculis indeterminatis, ochraceis; pycnidiis immersis, globosis vel globoso-depressis, 120-150 μ. diam.; ostiolo minuto, non prominulo; nucleo albo; sporulis ovato-cylindraceis, rectis, granulatis guttulatisque, hyalinis, 19-22 × 6-9; basidiis hyalinis, rectis usque 25 μ. longis. 4185

Hab. in foliis adhuc vivis Ulmi campestris, le Croisic (Loire-Inférieure) Galliæ.

33. **Macrophoma ulmicola** Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1903, p. 164. — Pycnidiis dense sparsis, superne erumpentibus; sporulis globosis vel breve ellipticis, 15-20 μ. diam. 4186

Hab. in ramis emortuis Ulmi, Riverside, Illin. Amer. bor. — Probabiliter status spermog. *Botryosphæriæ.*

34. **Macrophoma Gibelliana** Scalia, Fungi Sicil. orient. Ser. III, 1902, p. 9. — Pycnidiis amphigenis, prominulis, globulosis, 160-250 μ. diam., epidermide atrata tectis, contextu atro-fuligineo, parenchymatico; sporulis ellipticis, 18-27 × 6,5-8, plasmate granuloso farctis, hyalinis, eguttulatis vel minute guttulatis, basidiis teretibus, subæquilongis suffultis. 4187

Hab. in foliis Chamædoreæ elasticæ, in calidario horti botanici Cataniæ in Sicilia (Cavara). — Pertinet ad subgen. *Cylindrophoma*.

35. **Macrophoma cattleyicola** P. Henn. Hedw. XLIV, 1905, p. 173. 4188
— Pycnidiis bulbicolis, in maculis effusis fuscidulis gregarie sparsis, subhemisphærico-erumpentibus, atris pertusis, 180–250 μ. diam.; basidiis subfusoideis 15-30 × 3 $^1/_2$–4; sporulis oblonge cylindraceis vel clavatis, intus granulatis, utrinque obtusis, hyalinis, 13–18 × 4 $^1/_2$–5 $^1/_2$.

Hab. in pseudobulbis Cattleyæ labiatæ in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

36. **Macrophoma Oncidii** P. Henn. Hedw. 1905, XLIV, p. 172. — Ma- 4189
culis fuscis explanatis; pycnidiis sparsiis vel gregariis erumpentibus, subglobosis, apice pertusis, atris, submembranaceis, 250–300 μ. diam.; sporulis ellipsoideis vel subovoideis, hyalinis, nebulosis vel 1-guttulatis, 20–28 × 10–15; basidiis subclavatis 10–18 × 4–5, hyalinis, hyphis filiformibus, septatis 40–100 × 2 $^1/_2$ intermixtis.

Hab. in foliis emortuis Oncidii pulvinati in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

37. **Macrophoma Hemerocallidis** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902 4190
p. 22, tab. I, 9 fig. 1–3. — Pycnidiis hypophyllis, sparsis, maculis brunneis insidentibus, globosis, poro pertusis, 220–250 μ. diam.; sporulis hyalinis ellipticis vel subcylindraceis, utrinque rotundatis, non guttulatis, 21–24 × 10–12.

Hab. in foliis languidis Hemerocallidis fulvæ, Crescentino, Ital. bor.

38. **Macrophoma Ensetes** Sacc. et Scalia in Sacc. Contr. Fl. Myc. Lus. 4191
XII (1903) p. 8. — Pycnidiis sæpius epiphyllis, sparsis, epidermide velatis, dein erumpentibus, punctiformibus, 150–225 μ. diam.; globoso-depressis, ostiolo impresso pertusis, nigris; contextu parenchymatico, fusco; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis, basi sæpe minute apiculatis, 18–21 × 5–6, medio non raro leviter angustatis, continuis, varie guttulatis, hyalinis; basidiis brevibus, papilliformibus.

Hab. in foliis emortuis Musæ Ensetes, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ. — A *Macr. Musæ* (Cooke) B. et V. omnino diversa.

39. **Macrophoma physalospora** Sacc. Notæ Mycol. in Syd. Ann. My- 4192
col. 1903, n. 1, p. 27. — Pycnidiis gregariis, globulosis, erumpentibus distincte papillatis, nigris, 120–140 μ. diam.; sporulis

fusoideo-oblongis, 28-33 × 10-12, rectis, utrinque acutiusculis, intus nubilosis, hyalinis; basidiis paliformibus, brevissimis, 10-12 × 2-3.

Hab. in foliis vaginisque languidis et emortuis Phalaridis arundinaceæ var. pictæ, Vittorio Italiæ borealis. — Videretur pycnidium *Physalosporæ*.

40. **Macrophoma Stiparum** (Speg.) Sacc. et D. Sacc., *Phoma Stiparum* Speg. Myc. Argent. ser. II, 1902 p. 80. — Pycnidiis folii-vaginicolis matrice subimmutata insidentibus, globoso-lenticularibus e latere compressulis, 150-200 μ. diam., ostiolo papillato vix exertis, coriaceis; sporulis sub-oblanceolatis, apice altero obtuso, altero acuto, 22-28 × 8-9, levibus, eguttulatis, hyalinis. 4193

Hab. in foliis languidis v. aridis Stipæ tenuissimæ prope Córdoba Angentinæ.

41. **Macrophoma Philesiæ** (Speg.) Fl. Tassi Bull. Lab. ed Orto bot. Siena, 1902, p. 14. — *Phoma Philesiæ* Speg. — Syll. X, p. 183.

42. **Macrophoma phomiformis** (Sacc.) Fl. Tassi l. c. p. 18. — *Phyllosticta phomiformis* Sacc. — Syll. III, p. 35.

43. **Macrophoma Populi** (Peck) Fl. Tassi l. c. — *Phoma Populi* Peck — Syll. X, p. 158.

44. **Macrophoma depressula** (Sacc. Bomm. et Rouss.) Fl. Tassi l. c. p. 14. — *Phoma depressula* Sacc. B. et R. — Syll. X, p. 185.

45. **Macrophoma Farlowiana** (Viala et Sauv.) Fl. Tass. l. c. — *Phoma Farlowiana* V. et S. — Syll. X, p. 153.

46. **Macrophoma subconica** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, VIII, p. 63. — Syll. X, p. 193. — Adde matrices: Luffam, Dolichum, Meliam, Pelargonium, Cassiam, Mucunam in Amer. bor. Pycnidia 120-400 conico-papillata, demum collabascendo concava. Sporulæ 15 22 × 7-14.

APOSPHÆRIA Berk. — Syll. III p. 169, X p. 205, XI p. 497, XIV p. 893, XVI p. 884.

1. **Aposphæria turmalis** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 63. — Pycnidiis superficialibus, dense stipatis, crustam latam efficientibus, pro mutua pressione angulosis, v. ovatis v. globosis, 300-400 μ. diam., ostiolo obscure papillato præditis; sporulis ovatis v. piriformibus, nucleatis, 15-20 × 10-12, hyalinis. 4194

Hab. in ligno putri Diospyri virginianæ in Alabama Amer. bor.

2. **Aposphæria Lentisci** (Mont. et Dur.) Pat. Contr. Hist. nat. Tunis. 1904, p. 14, t. V, f. 2 (Bull. Soc. H. nat. Autun, 1904, XVII). 4195

— Ita vocandum *Perisporium Lentisci* M. et D. — Syll. I, p. 58. — Pycnidiis superficialibus, gregariis copiosissimis, atris, glabris, coriaceis, globuloso-ovoideis, 50-75 × 45-50, nitidis, papillatis; contextus cellulis 6-10 μ. diam.; sporulis hyalinis, numerosissimis, cylindraceis, utrinque obtusis, rectis curvulisve, continuis, 10-18 × 2-3.

Hab. quoque in pag. inf. foliorum Pistaciæ Lentisci in Tunisia. — Asci nondum inventi a cl. Patouillard, nec extantes in expl. orig. Durieui.

3. **Aposphæria Melaleucæ** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (86). — Ma- 4196
culis nullis; pycnidiis amphigenis, sparsis, superficialibus, atris, poro pertusis, basi hyphis fuscidulis ca. 30-40 μ. diam.; conidiis subfusoideis, hyalinis, continuis 2,5-3,5 × 0,5.

Hab. in foliis Melaleucæ Leucadendri, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

4. **Aposphæria fuscidula** Sacc. — Syll. III, p. 173. — var. **socialis** 4197
Ferraris, Malp. 1904, p. 493. — Pycnidiis gregariis superficialibus, carbonaceis, globosis, 280-300 μ. diam., papillatis; sporulis copiosissimis, hyalinis, ovoideis, obsolete guttulatis, 3 × 2-2,5; basidiis brevissimis, monosporis.

Hab. in ramis putridis Loniceræ cæruleæ, socio *Melanommate Pulvere-pyrio,* Riva Valdobbia Ital. bor. (Ab. Carestia).

5. **Aposphæria Ulei** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 385. — 4198
Maculis flavido-fuscis, sparse gregariis, rotundatis vel confluentibus; pycnidiis epiphyllis gregariis, superficialibus, ovoideis vel subglobosis, atro-membranaceis vel subcarbonaceis, poro pertusis, ca. 120-160; sporulis subcylindraceis, obtusis, rectis vel curvulis, 3-guttulatis, hyalinis, 6-10 × 0,8-1.

Hab. in foliis Heveæ (*Itauba*), Rio Jurná, Bom Fim et Cerro de Cumbasso Peruviæ.

6. **Aposphæria Salicum** Sacc. Ann. Mycol. 1903, p. 537. — Pycnidiis 4199
plus v. minus dense gregariis et sæpe seriatis, peridermio secedente epixylis, basi adnata superficialibus, subinde binatis, irregulariter globoso-depressis, subcarbonaceis, nigris $^1/_4$-$^1/_2$ mm. diam., ostiolo papillato brevissimo, inæquali; sporulis oblongo-ovoideis, utrinque rotundatis, 4,5-5,5 × 2,7-3, biguttulatis, raro 1-guttulatis, hyalinis; basidiis subnullis.

Hab. ad ramos decorticatos Salicis vimineæ prope Schmilka Saxoniæ. — Pycnidii contextu solidiusculo e cellulis subseriatis composito species hæc *Phomam Lingam* in mentem revocat.

7. **Aposphæria rubefaciens** Bubák, Oest. bot. Zeitschr. 1905, p. 182. 4200
— Pycnidiis gregariis lignicolis, sæpe seriatis, lignum purpureum intus et extus reddentibus, semiimmersis, nigris, carbonaceis, globulosis, 50-110 μ. diam., supra incrassatis; contextu atro, firmo, parenchymatico, basi tantum flavo-brunneo; sporulis minutis, ellipsoideis, 1,5-2 × 1 vel subglobosis 1,5-2 μ. diam., hyalinis; basidiis cylindraceis, 6-10 × 2, infra cæspituloso-fasciculatis.

Hab. in ramis decorticatis Salicis, Meran Tiroliæ (E. Cerny).

8. **Aposphæria rostrata** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, p. 7. — Pycnidiis 4201
primo epidermide velatis, denique expositis, fasciculis vasorum inordinate applicatis, numerosis, inæqualiter gregariis, junioribus globulosis, vetustioribus globuloso-depressis, 250-500 μ. d., glabris, levibus v. plica circulari rugosis, micantibus, carbonisatis, rostro præditis cylindrico, manifestissimo 250-320 μ. alto, obtuso, perforato; massa sporarum albida v. læte grisea; sporulis bacilliformibus 4-4,5 × 1,3 continuis, hyalinis, utrinque rotundatis, biguttulatis.

Hab. in caule rejecto plantæ cujusdam herbaceæ, Valkenberg, Hollandiæ. — An *Sphæronæmatis* species?

9. **Aposphæria violacea** Rud. Bertel, Oest. bot. Zeitschr. 1904, p. 205. 4202
— Maculis plura centimetra longis et latis rubro-violaceis; pycnidiis globoso-ellipsoideis v. sæpe ampulliformibus, atro-brunneis, 200-260 μ. diam., ostiolo rotundo, subinde binis vel ternis in eodem pycnidio; sporulis ex ellipsoideo cylindraceis 6,8 × 3,2, hyalinis, ex ostiolo in massam mucosam facile expulsis.

Hab. in cæmento gypseo-oleoso fenestrarum calidariorum ferreorum nec non in pigmento oleoso albo eorumdem, in Instituto botanico-physiologico univers. Pragensis. — Præcipue maculis rubro violaceis e mycelio ortis prædistincta species.

10. **Aposphæria humicola** Oud. Bot. Centr. Beih. 1902, p. 7. — My- 4203
celio ramosissimo, crebre septato, læte umbrino, ramis flexuosis, passim anastomosantibus, protoplasmate guttulifero repletis, 2,5-4-5 μ. latis; pycnidiis superficialibus, subcoriaceis, umbrinis, vertice ostiolatis, structura pseudoparenchymatica; sporulis breve ellipticis, biguttulatis, continuis, 4,5 × 3, hyalinis.

Hab. in gelatina præparata e terræ humosæ reliquiis in laboratorio bacteriologico prof. de Beyerinck, Delphi Batavorum, Hollandiæ.

DENDROPHOMA Sacc. — Syll. III p. 178, X p. 209, XI p. 498, XIV p. 895, XVI p. 886.

1. **Dendrophoma Magraneri** Roll. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 39, t. II, f. 2. — Pycnidiis rotundis v. oblongis, 300 μ. diam., nigris, epipermide velatis, parallele longe gregatim seriatis, e ligno infuscato erumpentibus epidermideque velatis; contextu parenchymatico; sporulis acrogenis, hyalinis, elongato-ellipsoideis vel fusoideis, 6-10 × 2-3, vulgo 2-guttatis; basidiis hyalinis, fasciculatis, e trunco curto ramulisque subverticillatis, acicularibus curvis rectisve formatis, 20 × 1. 4204

   Hab. in caulibus emortuis Senecionis Petasitis, Fonda Pantinado, Soller ins. Baleariam. Domino Magraner ex Pantinado dicata species.

2. **Dendrophoma fusispora** v. Höhnel, Fragmente zur Mykol. 1903, p. 27. — Pycnidiis globosis, sub peridermio innatis, nigris, crasse tunicatis, 300 μ. crassis; basidiis inæqualiter ramosis, 40-80 μ. longis; sporulis hyalinis, continuis, fusiformibus, rectis, 20 × 4. 4205

   Hab. ad corticem Pruni Padi in valle Fröschnitzgraben prope Steinhaus ad Semmering Styriæ superioris.

3. **Dendrophoma fructicola** D. Sacc. in Staz. Sperim. Agrar. Ital. 1904, p. 70. — Pycnidiis initio velatis, dein erumpentibus, globoso-conoideis, rugulosis, nigris, 250-350 μ. diam., ostiolo conico, obtuso, erumpente apertis; sporulis allantoideis, curvulis 5-6 × 1-1,5, utrinque rotundatis, duabus minimis guttulis donatis, hyalinis; basidiis verticillatim ramulosis, 20-60 × 1-2, hyalinis. 4206

   Hab. in fructibus dejectis Eucalypti globuli, Terme di Tito, Romæ.

4. **Dendrophoma faginea** Ferraris, Malp. 1904, p. 493, t. IX, f. V. — Pycnidiis minutis erumpentibus, deinde fere superficialibus, punctiformibus, globosis, perforatis, 130-140 μ. diam., membranaceis; sporulis minimis, cylindraceis, utrinque rotundatis, 3-3,5 × 0,5-1; basidiis fasciculatis, ramosis, septulatis, 20 μ. longis. 4207

   Hab. in squamis gemmarum Fagi silvaticæ emortuarum, Riva Valdobbia, Ital. bor. (Ab. Carestia).

5. **Dendrophoma alpina** Ferraris in Malpighia 1903, p. 20 (extr.) — Pycnidiis sparsis, subsuperficialibus, globosis, carbonaceis 100 μ. diam.; sporulis perexiguis, hyalinis, copiosissimis, cylindraceis, utrinque rotundatis 2,5 × 0,3-0,5; basidiis fasciculatis 30-35 μ. long. flexuosis, vage ramosis vel denticulatis. 4208

   Hab. in corticibus Abietis, Valle della Thuile Italiæ bor.

ASTEROMELLA Pass. et Thüm. — Syll. III p. 182, X p. 211, XI p. 498, XVI p. 886.

1. **Asteromella ovata** Thüm. — Syll. III p. 183. — var. **tiliophila** Ferraris, Malp. 1904, p. 494. — Pycnidiis hypophyllis, numerosissimis, granuliformibus, prominulis, in maculis atris initio parvis dein confluendo maculas amplas nigras formantibus insidentibus; sporulis copiosis, cylindraceis, utrinque rotundatis, 3-3,5 × 1-1,5 hyalinis. 4209

Hab. in foliis dejectis Tiliæ europææ, Riva Valdobbia, Ital. bor. (Ab. Carestia).

2. **Asteromella sphærospora** Sacc. et Trav. in Annal. Mycol. 1903, n. 5. fig. V. — Mycelio repente, dense intertexto, effuso, maculas irregulares olivaceo-brunneas efformante; pycnidiis sparsis, superficialibus vel vix basi insculptis, e conoideo globulosis, poro pertusis, nigris, opacis, 250-500 μ. diam.; sporulis sphæroideis vel irregulariter ellipsoideis, intus varie et crebre guttulatis, majusculis, 12-15 × 11-14, hyalinis, coacervatis dilutissime olivaceis; basidiis brevibus, crassiusculis, hyalinis, sporulam mediam vix æquantibus. 4210

Hab. in culmis emortuis Tritici vulgaris, prope Sassari, Sardiniæ (A. N. Berlese).

SCLEROTIOPSIS Speg. — Syll. III p. 184, X p. 213, XVI p. 887.

1. **? Sclerotiopsis Pelargonii** Scalia, Mycetes Siculi novi II, 1903, p. 2. — Pycnidiis globoso-conicis, basique sæpe applanatis, in petiolis foliorum oblongis, aterrimis nitidulis, astomis, parenchymati immersis, ac epidermide atrata tectis, prominulis, 520-630 μ. latis, denique erumpentibus; contextu parenchymatico subatro, circ. 18 μ. crasso, e cellulis minutis, dense aggregatis formato; basidiis filiformibus, hyalinis, 18-20 μ. long., monosporis, dense constipatis e stratu proligero tantum basi pycnidii evoluto ortis; sporulis inæqualibus ac fere semilunaribus, utrinque acutatis, plasmate nubiloso quandoque minute guttulato farctis, hyalinis, 8-11 × 1,5-2. 4211

Hab. in foliis exsiccatis Pelargonii spec. Mascalucia Siciliæ.

2. **Sclerotiopsis sicula** Scalia, Mycetes siculi novi II, 1903, p. 1. — Stromatibus oblongis, parum prominulis, aterrimis, seriatim dispositis e matrice mutata constitutis; pycnidiis profunde immersis, irregulariter lenticularibus, astomis, 700-800 μ. latis, 80-120 μ. altis, solitariis, contextu tenui, indistincte olivaceo, parenchymatico; basidiis cylindraceis, brevibus, circ. 10-12 μ. longis, dense consti- 4212

patis, ambitum totius cavitatis obtegentibus, hyalinis; sporulis copiosis, oblongis vel oblongo-lanceolatis 9-11 × 3-3,5, continuis, hyalinis, eguttulatis vel sed spurie biguttulatis.

Hab. in frustulis exsiccatis aridis? Anagyridis fœtidæ, Randazzo Siciliæ (M. Fusaja).

3. **Sclerotiopsis pityophila** (Corda) Oudem Proc. Kon. Ak. Wetensch Amster. 1904 p. 213 cum tabula, *Phoma pityophila* (Corda) Sacc. Syll. III p. 101. — Diagnosis, auctore Oudem., ita corrigenda: Pycnidiis verruciformibus irregularibus nigris, subcarnosis, 0,5-1 mm. diam., erumpentibus, irregulariter dehiscentibus; contextu crasso ex cellulis parenchymaticis superficiem versus amplioribus, durioribus et nigricantibus, interioribus vero minoribus et pallidioribus; sporulis copiosis, oblongis, curvulis, apice plerumque obtusatis, 7-8 × 3-4, eguttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis Pini silvestri in Bohemia et Hollandia.

4. **Sclerotiopsis Phormii** d'Almeida et da Camara in Rivista agro- 4213
nomica, Lisboa, 1904, p. 249 II fig. 1-2. — Pycnidiis atris, irregulariter ovalibus, intus cavitate sublenticulari præditis, 350-800 μ. diam.; basidiis dense stipatis, plus minus cylindraceis, hyalinis, 30-35 × 2; sporulis subnavicularibous, utrinque leniter mucronatis, continuis, homogeneis, hyalinis, 15-22 × 5-7.

Hab. ad folia Phormii tenacis in horto bot. Coimbra Lusitaniæ (A. Moller). — An *Macrophomæ* species?

PLENODOMUS Preuss — Syll. III p. 184, X p. 213, XIV p. 897, XVI p. 887.

1. **Plenodomus inæqualis** Sacc. et Trott. — Syll. XVI, p. 887 et 4214
Notæ Mycol. in Syd. Ann. Mycol. 1903, n. 1, p. 27. — Pycnidii sclerotiacei contextus prosenchymaticus; basidia vera capillaria, fasciculata, 40-50 × 2; sporulæ usque 7 × 2,5.

Hab. in foliis subvivis, quæ necat, Pandani utilis culti in calidariis horti botanici patavini (A. Pigal). — Species congoensis in Italiam importata.

MYCOGALA Rost. — Syll. III p. 185, XI p. 499, XIV p. 898, XVI p. 888.

1. **Mycogala guadalupense** Pat. Champ. de la Guadeloupe Ser. III, 4215
in Bull. Soc. Myc. de France t. XVIII, fasc. II, 1902, cum icone. — Pycnidiis globulosis, sparsis vel confluentibus, rufulis 4-6 mm. diam., astomis, fissura irregulari dehiscentibus; membrana exili, fila-

mentis hyalinis 3-4 μ. crass , septatis, ramosis, composita, contextu albido; sporulis levibus, ovoideis vel subglobosis, 6-7 × 4-5, hyalinis. — Habitus *Lycogalæ Epidendri*.

Hab. in ligno putri, Guadalupa Americæ centr. — Probabiliter status pycnidicus *Cephalothecæ?*

SPHÆRONÆMA Fr. — Syll. III p. 185, X p. 213, XI p. 499, XIV p. 899, XVI p. 888.

1. **Sphæronæma vermicularioides** Sacc. in Annal. Mycol. n. 5, fig. VI. 4216
— Pycnidiis gregariis, subsuperficialibus, typice epiphyllis, rariter amphigenis, carbonaceis, rugulosis, irregularibus, sæpe confluentibus et tantum rostris distinctis; contextu minute parenchymatico-celluloso; rostris 170-200 × 25-50; sporulis cylindraceis utrinque obtusis, 6-7 × 1,5, hyalinis.

Hab. in foliis corruptis Arbuti Unedonis Monte Forte [Nurra] e Oliena in Sardinia (U. Martelli). — Habitus fere *Vermiculariæ* unde nomen.

2. **Sphæronæma fagineum** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Bays-Bas. 4217
XVIII, pag. 775 (S. Fagi). — Pycnidiis sparsis, superficialibus, nigris, globulosis membranaceis, 150-200 μ. diam., in rostrum (tribus filis formatum) exile, nigrum 750-1000 μ. mm. long. attenuatis; sporulis? 1,5 μ. diam.

Hab. in foliis Fagi silvaticæ, Bussum Hollandiæ.

3. **Sphæronæma Fagi** Oud. Fl. Myc. obt. par. la culture sur gelatine 4218
etc. in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 281, tab. IX, fig. 1-2. — Pycnidiis sphæricis lanugine fuscata laxe involutis, nigris, opacis, luci imperviis, 92-140 μ. d., collis fistulosis, cylindraceis, nigris, luci imperviis, sursum attenuatis, ex hyphis tenuissimis fuscis formatis, 500-540 μ. alt., basi 23, summo 7,5 μ. crassis; sporularum glebula sphærica, lactea 60-80 μ. diam. tactu diffluente; sporulis hyalinis, ellipticis, 3-4 × 2, post protrusionem penicillum laxum filamentorum exilissimorum reliquentibus.

Hab. in reliquiis emarcidis foliorum Fagi silvaticæ, Bussum Hollandiæ. — Videtur species diversa a præcedente.

4. **Sphæronæma anceps** Sacc. et D. Sacc. Atti Ist. Ven. Sc. Lett. 4219
ed Arti tomo LXI, Venetiis 1902, p. 717. — Pycnidiis epixylis, superficialibus, gregariis, membranaceo-carbonaceis, globoso-depressis, glabris, nigris, $^1/_2$ mm. diam. interdum senio collabascentibus, ostiolo (non raro binis in eodem pycnidio) cylindraceo-conico

pycnidii diametrum subæquante; sporulis tereti-oblongis, 6-8 × 2-3, rectiusculis, utrinque obtusulis e hyalino pallide luteolis.

Hab. in ligno putri Mori albæ, Padova Italiæ borealis. — Habitus fere *Sph. piriformis.*

5. **Sphæronæma minutulum** D. Sacc. in Staz. Sperim. Agrar. Ital. 1904, pag. 70. — Pycnidiis laxe gregariis, initio velatis dein in collum elliptico-capitatum 200 × 30-45 erumpentibus, nigris, basi globosis 400-500 μ. diam.; contextu prosenchymatico; sporulis oblongo-ellipticis, bi-guttulatis, 5-6 × 2,5, hyalinis; basidiis filiformibus, interdum furcatis, 15-27 × 1,5-2. 4220

Hab. in petiolis putrescentibus Fragariæ vescæ, in horto Musei Agrarii, Romæ.

6. **Sphæronæma Pirottæ** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902, p. 23 tab. II, 11 fig. 1-3. — Pycnidiis superficialibus, atris, carbonaceis, basi ventricoso-incrassatis, in rostrum crassum subæquilongum productis, 640 × 340-350; sporulis hyalinis, oblongo-cylindraceis, 4-4,5 × 2-2,4. 4221

Hab. in caulibus putrescentibus Phlogis decussatæ, Crescentino, Ital. bor.

7. **Sphæronæma Senecionis** H. et P. Syd. Ann. Mycol. 1905, p. 185. — Pycnidiis sparsis, punctiformibus, epidermide tectis, rostello minuto per epidermidem erumpentibus, depresso-globosis, cum rostello ca. 350 μ. alt. et ca. 450 μ. lat., atris, rostello ca. 60-120 × 60; sporulis numerosissimis, minutis, hyalinis, biguttulatis, cylindraceis, utrinque rotundatis, 4,4-6 × 1,5-2. 4222

Hab. in caulibus siccis Senecionis Fuchsii, Steiger prope Erfurt Germaniæ (H. Diedicke).

8. **Sphæronæma macrosporum** Syd. Beitr. z. Pilzfl. Portug. 1903, p. 155 (Broteria). — Pycnidiis culmicolis, in series longitudinales usque 1 cm. longas, plerumque dense dispositis, per epidermidem fissam erumpentibus, globoso-conicis, sæpe e mutua pressione compressis, membranaceis, atris, collo crassiusculo; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, hyalinis, continuis, intus granulosis 30-38 × 5-6,5; basidiis hyalinis, brevibus. 4223

Hab. in Graminaceis, in Lusitania.

CHÆTOPHOMA Cooke. — Syll. III p. 189, X p. 216, XI p. 501, XIV p. 900, XVI p. 889.

1. **Chætophoma pellicula** Sacc. et Syd. Ann. Mycol. 1904, p. 170. — Subiculo late effuso, pelliculoso, omnino superficiali et mox sece- 4224

denti, plerumque epiphyllo, nigro-fuligineo; hyphis filiformibus, intricato-ramosis, septatis, non constrictis, 5-6 μ. crassis, distincte guttulatis, fuligineis; pycnidiis globosis, sparsis, hyphis basi hærentibus, membranaceis, nigris, 56-80 μ. diam., non papillatis, sed vertice lacerato-dehiscentibus; contextu parenchymatico, tenui, cellulis 4-5 μ. diam., fuligineo; sporulis ellipsoideo-oblongis, 6 × $2^1/_2$, hyalinis, 2-guttulatis.

Hab. in foliis Chusqueæ spec., in Andibus, Villarica, Chile (F. W. Neger). — Habitus capnodiaceus ut *Ch. fœda*.

ASTEROMA DC. — Syll. III p. 201, X p. 219, XI p. 501, XIV p. 901, XVI p. 889.

1. **Asteroma Oertelii** H. et P. Syd. Ann. Mycol. 1905, pag. 185. — 4225
Epiphyllum v. petiolicolum; pycnidiis solitariis v. hinc inde aggregatis, in petiolis et ad nervos foliorum sæpe seriatis, globoso-lenticularibus, 40-70 μ. diam., apice rotundato-pertusis, nitido-atris, maculas irregulares sæpe valde expansas efficientibus; fibrillis tenuibus, ramosis, atris, numerosis; sporulis . . . . adhuc ignotis.

Hab. in foliis petiolisque languidis Laserpitii latifolii, Göldner pr. Sondershausen Germaniæ (G. Oertel).

2. **Asteroma Garrettianum** H. et P. Sydow, Ann. Mycol. 1905, p. 185. 4226
— Maculis amphigenis, orbicularibus v. suborbicularibus ca. 1-2 cm. diam.; fibrillis dense gregariis, totam maculam occupantibus, adpressis, atris, tenuibus, radiantibus; pycnidiis sporulisque . . . . adhuc ignotis.

Hab. in foliis vivis Primulæ spec. Utah Amer. bor. (A. O. Garrett).

3. **Asteroma urinicola** Speg. Myc. argent. ser. II, 1902, p. 80. — 4227
Hyphis tenuissimis e nodulo pycnidigero centrali radiantibus, matrici arcte adnatis, longiusculis 1-20 mm. long., dense intricato-anastomosantibus, torulosis; articulis globosis v. ellipticis 8-10 × 5-8 chlorinis; pycnidiis superficialibus, globulosis 50-80 μ. diam. et alt. glabris, vix ostiolatis, clivaceis; sporulis e globoso-ellipticis, utrinque obtusis, levibus, 2-3 × 2, hyalinis.

Hab. ad parietes internos ampullæ vitreæ diu ad colligendam urinam adhibitæ, La Plata Argentinæ.

CICINNOBOLUS Ehrenb. — Syll. III p. 216, X p. 220, XI p. 502, XIV p. 904, XVI p. 890.

1. **Cicinnobolus Evonymi-japonici** Arcang. L'Oidium leucoconium ed 4228

un Cicinnobolus sulle foglie di Evonym. japon. in Proc. verb. Soc. Tosc. S. N. 1900, p. 2 (extr.). — Pycnidiis ovoideis v. oblongis 45-75 × 27-45, umbrinis v. pallide fuligineis, pedicellatis; sporulis oblongis rectis v. raro vix curvulis, apicibus rotundatis utrinque guttulis exiguis donatis, 6-9 × 3-4.

Hab. parasiticus in mycelio Oidii leucoconii f. Evonymi japonici (= *O. Evonymi-japonici*), Livorno Etruriæ.

2. **Cicinnobolus Kusanoi** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 145. — Pycnidiis sessilibus, ovoideis vel piriformibus in maculis explanatis fuscidulis epiphyllis, cellulosis, olivaceo-brunneolis, apice papillato rotundatis, perforatis 40-60 × 30-40; sporulis ovoideis vel subfusoideis, hyalinis, 4-6 × 3-3,5. 4229

Hab. parasiticus in Oidio, in foliis Cucurbitæ maximæ in horto botanico, Tokjo Japoniæ (Kusano).

3 **Cicinnobolus Epilobii** Ferraris in Malpighia 1902, XVI, p. 20. — Pycnidiis ovalibus, luteo-brunneis, membranaceis 60-70 × 35-40, mycelio *Oidii erysiphoidis* innatis; sporulis ovoideis sæpe irregularibus, luteolis 7-8 × 3 eguttulatis. 4230

Hab. in foliis caulibusque Epilobii montani, La Thuile Italiæ bor.

4. **Cicinnobolus Verbenæ** C. Mass. Sacc. — Syll. XVI, p. 890 — forma **Euphorbiæ-helioscopiæ** C. Mass. Novit. Fl. Myc. ver. 1902, pag. 68, tab. IX, fig. XXX. — Pycnidiis polymorphis, scilicet globulosis, piriformibus, ellipticis, fulvo-rubiginosis 30-60 raro 90 × 15-40; sporulis biguttulatis, oblongis 5-8 × 2,5-3,5 hyalinis. 4231

Hab. in Oidio erysiphoide ad caules Euphorbiæ helioscopiæ, prope Veronam Italiæ bor.

STRASSERIA Bres. et Sacc. in P. Strasser, Zweiter Nachtrag zur Pilzflora des Sonntagberges, in Verhandl. di k. k. zool.-bot. ges. in Wien 1902, pag. 436. — (Etym. a botanico P. Strasser in Sonntagsberg Austriæ). — Pycnidia innato-emergentia, subgloboso-conica, carbonacea, ostiolo punctiformi aperta; sporulæ cylindraceæ, continuæ, chlorino-hyalinæ, subsessiles, sub apice setulâ longa, filiformi, obliquâ prædítæ. — A genere *Neottiospora* differt sporulis 1-ciliatis.

1. **Strasseria carpophila** Bres. et Sacc. l. c. — Pycnidiis gregariis, macula nigricante subcrustacea innatis, dein emergentibus, epidermide albida anguste cinctis, subgloboso-conicis, carbonaceis, contextu obsolete celluloso, poro angustissimo, orbiculari pertusis, 4232

180-300 μ. latis, nucleo albido; sporulis chlorino-hyalinis, cylindraceis, utrinque obtusulis, sæpe subcurvulis, 2-guttulatis, 13-17 × 3-4 sub apice setulâ filiformi 18-24 × 0,5 præditis, e basi proligera cellulosa, crassiuscula hyalina ornatis.

Hab. in fructibus exsiccatis Piri Mali, Sonntagsberg Austriæ borealis.

SIROCOCCUS Preuss — Syll. III p. 217, X p. 220, XI p. 502, XIV p. 905, XVI p. 891.

1. **Sirococcus Zahlbruckneri** Bäumler Beitr. 2. Cryptog. Fl. des Presb. Comit. 1902, p. 44. — Pycnidiis innatis, demum emergentibus, nigris, subcarbonaceis, globoso-ovoideis, 200-300 × 200, contextu denso, ostiolo nullo; basidiis 8-12 × 1-2, stipatis; sporulis globulosis 8-10 μ. diam., basi apiculatis, hyalinis, catenulatis, pycnidium omnino implentibus. 4233

Hab. in ligno dealbato sicco, in Comitatu Presburg Hungariæ (Zahlbruckner).

PECKIA Clint. — Syll. III p. 217, XVI p. 891.

1. **Peckia Mate** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 81. — Maculæ nullæ; pycnidiis sæpius epiphyllis, sparsis, epidermide minutissime disrupto-prominula velatis, conoideo-lenticularibus 100-150 μ. diam., apice ostiolo vix evoluto irregulariter stellato, pertusis, basi sæpius imperfecta, contextu carbonaceo, opaco, atro; sporulis bacillaribus 7-10 × 1, rectis v. subcurvulis, catenulatis (catenulis ramulosis), cylindraceis, utrinque truncatulis, levibus, hyalinis. 4234

Hab. in foliis languidis Ilicis paraguayensis in silvis Misiones Argentinæ (C. Burmeister).

TRIGONOSPORIUM Fl. Tassi — Syll. XVI p. 892.

1. **Trigonosporium cocinsinense** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena, 1902, V, p. 108. — Pycnidiis gregariis, globulosis, ostiolo conico præditis, nigris, subcutaneis, denique subsuperficialibus, facile secedentibus, 250-300 μ. diam.; contextu minute celluloso, dense olivaceo; sporulis trigonis, e latere visis, ellipsoideis, 3,5-4 μ. diam., pallide flavidulis. 4235

Hab. in foliis fructibusque emortuis, inter quisquilias ex Saïgon, Cochinchina.

PYRENOCHÆTA De Not. — Syll. III p. 219, X p. 220, XI p. 503, XIV p. 905, XVI p. 892.

1. **Pyrenochæta radicina** Mc. Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, pag. 127, fig. 274, 275. — Pycnidiis sparsis, globosis, nigris, erumpentibus, membranaceis, setulis brunneis donatis, 200-300 μ. diam.; sporulis hyalino-griseis, ellipticis, simplicibus, 6-6,5 × 3. 4236

   Hab. in radicibus Pruni Cerasi, Shepparton Australiæ (Pescott!).

2. **Pyrenochæta rosella** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, pag. 97, fig. 73, 74 et 313. — Pycnidiis sparsis, nigris, nigro-brunneis, stipatis, erumpentibus, depresso-globosis, membranaceis vel parenchymaticis, 180 μ. diam., setulis divergentibus luteo-brunneis, distincte septatis 200-220 × 8 vestitis; sporulis hyalinis, in massa pallide roseis, cylindraceis, basi rotundatis, apice acuminatis, granulosis, 15-20 × 3,5-4. 4237

   Hab. in foliis Pruni Armeniacæ, Pr. Persicæ etc. et in fructibus dejctis Pr. Armeniacæ, Ardmona, Stawell Australiæ.

3. **Pyrenochæta spinicola** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 81. — Pycnidiis subconoideis, erumpenti-superficialibus, minutis, nigris, hirsutis 100-150, laxe gregariis; setulis rectis 50-150 × 5-6, subopacis, obtusis, continuis; sporulis ellipticis, utrinque obtusis, levibus, 4-6 × 2-2,5, hyalinis. 4238

   Hab. ad spinas vetustas Opuntiæ aoracanthæ, La Plata, Argentinæ. — Matrix tota fusco-fuscescens. An status pycnidicus *Ophiochætæ cereicolæ* Speg.?

4. **Pyrenochæta Thalini** Speg. in Ann. Soc. Cient. Arg. 1899, p. 271. — Maculis orbicularibus, determinatis, ambitu sæpius repandulis 3-6 mm. diam., arescentibus, concentrice rugosis, per ætatem deciduis et folium perforatum relinquentibus; pycnidiis amphigenis innato-erumpentibus, ostiolo papillulato epidermidem perforante atque setulis 3-8 tenuibus atris opacis, acutiusculis, simplicibus 75-80 × 3-4 ornatis; sporulis ex elliptico navicularibus, utrinque acutiusculis, rotundatis, continuis, levibus, hyalinis, 10 × 3. 4239

   Hab. ad folia languida Thalini cujusdam, prope Córdoba Argentinæ.

5. **Pyrenochæta humicola** Oudem. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 1904, p. 1092 (Ned. Kruidk. Arch.). — Pycnidiis 250 μ. diam., nigris, ostiolo 20-25 μ. diam., setis atro-fuscis 330 μ. longis hirto; spo- 4240

rulis ellipsoideis v. ovoideis, hyalinis, continuis, eguttulatis, 2,3-2,5 μ. long.

Hab. ex terra hortorum, Delft Hollandiæ in laboratorio culta. — Hyphæ mycelicæ repentes, fuligineæ, valde ramosæ, septatæ.

VERMICULARIA Fr. — Syll. III p. 221, X p. 222, XI p. 503, XIV p. 907, XVI p. 894.

1. **Vermicularia oblongispora** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 73. — Pycnidiis 80-110 μ. diam., fere membranaceis, setulis parce vestitis; setulis brunneis, continuis, curvulis v. irregulariter curvatis 20-50 × 3; sporulis oblongis, obtusis 11-14 × 3-4; basidiis æquilongis. 4241

Hab. in caulibus emortuis Portulacæ oleraceæ, Tuskegee, Amer. bor.

2. **Vermicularia angustispora** Mc Alp. Fungus diseases, Melbourne 1902, p. 104, fig. 110, 111. — Pycnidiis paucis, superficialibus, nigris, subsphæricis, basi applanatis, membranaceo-carbonaceis 120 × 95 vel 150 μ. diam., setulis longiusculis, rigidis, septatis, acuminatis, opacis (pilis divergentibus, fuligineis 17 μ. long.) 140 μ. long. vestitis; sporulis coacervatis griseis, separatis hyalinis, elongatis, tenuibus, paullo curvatis, truncatis 13-16 × 2. 4242

Hab. in foliis dejectis Pruni domesticæ, Ardmona, Victoria Australiæ. — A *V. macrochæta* Desm. pycnidiis superficialibus, maculis nullis nec nigris etc. differt.

3. **Vermicularia rugulosa** Ell. et Ev. Journ. of Mycol. 1902, p. 73. — Pycnidiis sparsis superficialibus, circ. 500 μ. diam., membranaceis, rugulosis, setulis 90-120 μ. longis, nigris, basi rotundatis erectis; sporulis oblongo-fusoideis, rectis, subobtusis, continuis 13-15 × 2, hyalinis. 4243

Hab. in caulibus emortuis Rumicis crispi, Tuskegee, Amer. borealis.

4. **Vermicularia Dematium** (Pers.) Fr. — Syll. III, p. 221. — var. **asarina** Ferr. Malp. 1904, pag. 494. - Pycnidiis superficialibus, epiphyllis, copiosis, sparsis, depresse globosis, 200-230 μ. diam., setis nigris, longitudine variis, usque ad 250 μ., rigidis, acuminatis, basi 7 μ. cr.; sporulis hyalinis, cylindraceis, curvulis, utrinque acuminatis, 21,5 × 2,5. 4244

Hab. in foliis marcescentibus Asari europæi, Riva Valdobbia Ital. bor. (ab. Carestia). — A typo videtur differre sporulis angustioribus et acutioribus.

5. **? Vermicularia longiseta** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 233, et Ic. fung. Jav. t. LX, f. 3. — Pycnidiis laxe gregariis, subsuperficialibus, aterrimis, globoso-conicis, 0,5 mm. diam., longe setosis; setulis cuspidatis, divergentibus 500-800 × 6-8, rigidulis, rectis, nigricantibus, septatis; sporulis . . . . non visis. 4245

Hab. in ramulis corticatis putrescentibus arboris vel fruticis cujusdam, Tjibodas, in insula Java. — Etsi sterilis, setis prælongis notabilis forma.

6. **Vermicularia Rohlenæ** Bubak, Pilzfl. Montenegro, 1903, p. 12. — Pycnidiis amphigenis irregulariter sparsis, subrotundis, interdum confluentibus, atro-brunneis, parenchymaticis, setulis acutis 50-140 × 3-5, atro-brunneis, sursum pallidioribus; sporulis subfusoideis utrinque obtuse acutatis, 26-33 × 3,3-5,5, continuis, dilutissime flavidis. 4246

Hab. in foliis vetustis Festucæ sulcatæ et ejus var. dalmaticæ, prope Bar Montenegro.

7. **Vermicularia punctoidea** Karst. Fungi nov. Lœnnb. 1904, pag. 7 (Finska Vetensk. Soc.) — Pycnidiis gregariis, erumpenti-superficialibus, punctiformibus, atris; setulis atris, continuis, pycnidii longitudinem æquantibus; sporulis . . . . non visis. 4247

Hab. in stipitibus emortuis Pteridis aquilinæ (?) in regione Baicalensi, Kultuk, Septembri 1902 (O. A. F. Lönnbohm).

DOTHIOPSIS Karst. — Syll. X p. 228.

1. **Dothiopsis Myrtilli** Feltgen, Vorstud. z. Pilz. Fl. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 286. — Pycnidiis sparsis v. gregariis, nigris, intus pallidis, contextu crassiusculo; basidiis stipatis prælongis, 150-250 × 2-3, deorsum brunneolis, apice monosporis; sporulis anguste fusiformibus, utrinque acutiusculis, plerumque curvulis, 3-5-guttulatis, 9-11 × 1,6. 4248

Hab. in ramis emortuis corticatis Vaccinii Myrtilli, socia *Wallrothiella Myrtilli*, cujus videtur status pycnidicus, Luxemburg.

DOTHIORELLA Sacc. — Syll. III p. 235, X p. 229, XI p. 504, XIV p. 910, XVI p. 895.

1. **Dothiorella Æsculi** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 10. — Stromatibus linearibus v. lanceolatis, pulvinatis, secus fibras ligni seriatis, nigris, glabris, structuræ parenchymatosæ; cavernis sporuliferis paucis, seriatim dispositis, minimis; sporulis ellipticis, ovoi- 4249

deis v. oblongis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, biguttulatis 6-9,5 × 2,5-3,5.

Hab. in ramis Æsculi Hippocastani, Valkenberg Hollandiæ. — *Doth. dryophilæ* Sacc. et Brun. affinis, sed sporulæ longiores et angustiores.

2. **Dothiorella microspora** Mc Alp. Fung. diseases Stone-fr. Melb. 1902, 4250
p. 115, fig. 188-190. — Stromatibus erumpentibus, hemisphæricis, nigris 1 mm. latis, sæpe confluentibus; pycnidiis in stromate immersis, rufo-brunneis, coriaceis 200 × 160; sporulis hyalinis (coacervatis olivaceis) ellipticis, minutis 3,5-4,5 × 2-2,5.

Hab. in ramulis emortuis Pruni Armeniacæ, Armadale, Victoria Australiæ.

3. **Dothiorella Cydoniæ** Oud. XX Contr. Mycol. Pays-Bas, 1904, 4251
p. 1109 (Ned. Kruidk. Arch.). — Stromatibus numerosis, gregariis, prominentibus, initio peridermio tectis, dein expositis et laciniis peridermaticis cinctis, ob sporulas emersas sæpe albido-conspersis, atris, intus in plures loculos partitis; sporulis oblongis, continuis, utrinque rotundatis, eguttatis, hyalinis, 10-12 × 3,5.

Hab. ad ramos emortuos Cydoniæ vulgaris, Nunspeet Hollandiæ (Beins). — *Dothiorellæ Mali* proxima videtur.

4. **Dothiorella Dasycarpi** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3. Ser. II, 4, 4252
1903, p. 885. — Pycnidiis in societate gregariis, raro confluentibus, initio subepidermicis, dein erumpentibus, globoso-depressis 250 μ. diam., membranaceis sub vitro brunneolis, poro 9-10 μ. pertusis; sporulis cylindraceis rectis, 2,3-3 × 1, hyalinis, utrinque rotundatis, eguttulatis.

Hab. in ramulis Aceris dasycarpi, Naarden Hollandiæ (C. J. Koning).

5. **Dothiorella toxica** Ell. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 168. — 4253
Stromatibus anguste ellipticis, 1-5 mm. long., per rimas corticis longitudinales erumpentibus; pycnidiis 2-6 in quoque stromate, 300-500 μ. diam., intus albis, ostiolo papillato; sporulis late ellipsoideis, 1-3-guttulatis, hyalinis, 12-20 × 10-12, subinde globulosis 10-12 μ. diam.; basidiis sporulas æquantibus v. paullo superantibus.

Hab. in ramis emortuis Rhois Toxicodendri, Riverside Ill. Amer. bor. (Harper).

6. **Dothiorella radicans** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, 4254
p. 11. — Stromatibus circ. 1 mm. diam., suberumpentibus vel subseriatis v. confluentibus 2-3 mm. diam.; pycnidiis hemisphærico-prominentibus 1-3 mm. diam., 3-12 in stromatibus aggregatis,

ostiolatis; sporulis ovatis, luteo-brunneo-pallidis, 10-13 × 5-6; basidiis filiformibus sporulam æquantibus.

Hab. in sarmentis Rhois Toxicodendri, Newfield, Amer. bor. *D. rhoinæ* affinis.

7. **Dothiorella major** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 63. — 4255
Pycnidiis 3-8-congestis, stromatice connexis, erumpentibus vel raro singulis, globosis 250-320 μ. diam.; sporulis oblongo-ellipticis v. ovatis 20-22 × 12; basidiis subæquilongis.

Hab. in caulibus emortuis Gossypii herbacei, Alabama Amer. bor. — A *Doth. botryosphærioide* Sacc. sporulis majoribus differt.

8. **Dothiorella multicocca** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, 4256
p. 174. — Pycnidiis numerosis, minutis, 200-250 μ. diam. intus albidis, in stromate nigro, immersis, ostiolis cortice erumpentibus; sporulis oblongo-fusoideis, hyalinis, continuis, 15-20 × 6-7.

Hab. in corticibus Populi deltoidis, Ft. Scott, Kansas, Amer. bor. (A. O. Garrett).

9. **Dothiorella platensis** Speg. Mycet. argentin. ser. II, 1902, p. 81. 4257
— Stromatibus erumpenti-superficialibus, ellipticis v. suborbicularibus 1-3 mm. diam., 0,5-1 mm. crass., atro-carbonaceis, superne ob pycnidia dense echinulatis; pycnidiis ovatis vel sublagæniformibus, 300-500 × 200-250, dense constipatis, in ostiolum breve v. longiusculum angustissime perforatum productis, atris; sporulis, primo tunica mucosa tenui vestitis, dein nudis 12-16 × 5-6, utrinque attenuato-obtusiusculis, rarius subapiculatis et fere limoniformibus.

Hab. ad ramos dejectos putrescentes Populi moniliferæ La Plata Argentinæ.

10. **Dothiorella fructicola** Scalia Fungi Sicil. Orient. ser. III, 1902, 4258
p. 10. — Stromatibus innato-erumpentibus, globosis v. oblongis, apice verruculosis, extus atris, intus griseis, 5-10-locularibus; loculis cylindraceis v. ovoideis, subverticalibus; sporulis difformibus, aliis ovalibus 25-30 × 12-14, aliis oblongis v. cylindraceis, utrinque late rotundatis, basique sæpe paullum angustatis, rectis, sed non raro uno latere curvatis 34,5-40 × 10-13, hyalinis, episporio levi, plasmate minute granuloso farctis, eguttulatis; basidiis hyalinis, cylindraceis, e stratu proligero subparenchymatico ortis, 15-18 × 3-3,5.

Hab. in glandibus Quercus spec., Caltagirone Siciliæ.

11. **Dothiorella Allescheri** Oud. Rev. Myc. 1902. — Ita, teste Oudem., 4259

dicenda *Dothiorella Robiniæ* Allesch., nam adest anterior *D. Robiniæ* Pr. et Delacr.

RABENHORSTIA Fr. — Syll. III p. 243, X p. 233, XI p. 506, XVI p. 897.

1. **Rabenhorstia Salicis** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3, Ser. II, 4, 1903, p. 893. — Stromatibus numerosissimis, sparsis, prominentibus erumpentibusque, nigris, subglobosis vel globoso-truncatis, plurilocellatis; sporulis ellipsoideis, hyalinis, continuis, eguttulatis 7 × 3,5. 4259

Hab. in ramulis Salicis repentis, Nunspeet Hollandiæ.

PLACOSPHÆRIA Sacc. — Syll. III p. 244, X p. 234, XI p. 506, XIV p. 911, XVI p. 808. — *Placosphæria Pampaninii* Bacc. in N. Giorn. bot. ital. 1904, p. 420, t. IV, f. 4-5, est *Strigulæ elegantis* (Fée) Müll. Arg. [= *Phyllocharis elegans* Fée] status pycnidicus, observante quoque cl. Doct. A. Jatta in litt. De formis variis hujus speciei cfr. Wainio Ed. Etude sur la classif. et morph. des Lichens du Brésil. Helsingsf. 1890, II, p. 220.

I. *Eu-Placosphæria.* Sporulæ muticæ.

1. **Placosphæria Lupini** Syd. Ann. Mycol. 1904, p. 172. — Stromatibus innato-erumpentibus, variabilibus, minutissimis punctiformibus vel irregulariter effusis confluentibusque, sed rarius tantum $1\,^1/_2$ mm. in longitudinem adæquantibus, plerumque minutissimis, atris, multilocularibus; loculis perexiguis; sporulis numerosis, perexiguis, oblongis, continuis, hyalinis, $2\text{-}2\,^1/_2 \times\, ^1/_2\text{-}1$. 4260

Hab. in foliis Lupini sparsiflori, El Dorado Co., prope Caloma, California (E. Palmer).

2. **Placosphæria Trifolii** (Pers.) Trav. in Ann. Mycol. 1903, vol. I, p. 310, *Phyllachora Trifolii* Pers. — Syll. II, pag. 613 et IX p. 1020. — Stromatibus hypophyllis, ambitu irregulariter circularibus, nigris, minutis, sæpe confluentibus, intus bi-pluri-locellatis, contextu parenchymatico e fuligineo nigrescente; sporulis cylindraceo-ellipsoideis, sæpe curvatis, hyalinis, minutissimis 3-5 × 1,5-2. 4261

Hab. in foliis Trifolii repentis, Albosaggia, Sondrio Ital. borealis. — Species hæc habita est ut status pycnidicus *Phyllachoræ Trifolii* (Pers.) Fuck. quæ nondum ascophora inventa.

3. **Placosphæria Machærii** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 4262

1905, p. 69. — Maculis effusis, fuscidulis; stromatibus hypophyllis, cæspitosis vel sparsis, pulvinatis, atris, erumpenti-superficialibus; pycnidiis paucis, immersis; sporulis oblonge fusoideis, utrinque subacutiusculis, hyalinis, intus granulatis, 10–14 × 3–3 $^1/_2$.

Hab. in foliis Machærii, Tarapoto, Perù.

4. **Placosphæria fructicola** C. Mass. in Syd. Annal. Myc. 1905, p. 167. 4263
— Stromatibus hypodermeis erumpentibus subglobosis, nigris, 0,5 × 0,3 mm. incomplete plurilocellatis, in maculis orbicularibus centro albicantibus, subconcentrice dispositis; loculis paucis, inæqualibus; sporulis hyalinis minutissimis, ovoideis, 2-2,5 × 1–1,3; basidiis densissimis sursum attenuatis, simplicibus (haud, ut videtur, ramosis) 12-18 × 2.

Hab. in epicarpio fructus Piri Mali Marcenigo prope Tregnago (Verona) (C. Massalongo).

5. **Placosphæria Piri** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4, 1903, 4264
p. 892. — Stromatibus nigris, subcutaneis, intus pluricellularibus parallele seriatis; sporulis oblongis, hyalinis, continuis, utrinque rotundatis 5-9,5 × 2,3, biguttulatis; basidiis subtilibus, hyalinis, continuis, sporulâ duplo vel triplo longioribus.

Hab. in fructibus juvenilibus, immature dejectis, Piri communis, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

6. **Placosphæria Sapindaceæ** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 4265
1905, p. 70. — Maculis flavidis effusis, stromatibus amphigenis effusis, atris, dendroideo-lobatis, planis, sæpe folium totum occupantibus; pycnidiis immersis rotundatis, sparsis; sporulis cylindraceis, obtusis, intus minute guttulatis, hyalinis, continuis, 13–16 × 3 $^1/_2$-4.

Hab. in foliis Sapindaceæ cujusdam, Rio Juruá Amazoniæ.

7. **Placosphæria Brunaudiana** Sacc. in Ann. Myc. 1903, p. 439, f. VII. 4266
— Stromatibus sparsis, sæpe vero seriatis, copiosis, epidermide nigrefacta tectis, $^1/_2$-2 mm. longis, $^1/_2$-1 mm. latis; loculis paucis, sæpe irregularibus, contextu parenchymatico melleo; sporulis ellipsoideo-cylindraceis, utrinque obtusis, biguttulatis, hyalinis, 8-9 × 2-2,4; basidiis acicularibus, 10-14 × 1,5-2.

Hab. in caulibus exsiccatis Umbelliferarum, Oliena, Valle di S'Ata e Bidda Sardiniæ (U. Martelli). — Verisimiliter st. pycnidicus *Mazzantiæ Brunaudianæ*.

8. **Placosphæria Engleri** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 1905, 4267
p. 69. — Stromatibus amphigenis, innato-superficialibus gregarie sparsis, rotundatis, planis, atris subnitentibus, 1-3 mm. diam.; py-

cnidiis immersis; sporulis cylindraceis, rectis vel curvulis, obtusis, continuis, hyalinis, 5-7 × 2-3 $^1/_2$.

Hab. in foliis Anthurii spec. Tarapoto, Perù.

II. *Placonema* Sacc. Sporulæ ciliatæ.

9. **Placosphæria Bambusacearum** Sacc. et Syd. Ann. Mycol. 1904, pag. 172. — Stromatibus sparsis, lenticularibus, in folio utrinque visibilibus, nigris, ambitu suborbicularibus, usque 1 mm. diam., intus paucilocularibus; loculis atris, globulosis; sporulis ovatis v. oblongis, utrinque rotundatis et setula 1 longissima sporulam duplo superante præditis, continuis, hyalinis, 11-13 × 3-4 $^1/_2$. 4263

Hab. in foliis vivis Macrostachydis speciosæ, Brasilia (Sello).

FUSICOCCUM Corda — Syll. III p. 247, X p. 239, XI p. 507, XIV p. 913, XVI p. 899.

1. **Fusicoccum sambucicolum** Scalia, Fungi Sicil. orient. ser. III, 1902, p. 11. — Stromatibus effuso-pulvinatis, oblongis, atris, peridermio primum tectis, denique erumpentibus, apice granulatis, longitudinaliter subseriatim dispositis; loculis submonostichis; sporulis fusiformibus ellipticis vel obovatis, sæpeque basi truncatis, apice rotundatis, rectis sed non raro inæqualibus, 20-26 × 6-6,5, hyalinis, plasmate granuloso minute guttulato farctis, basidiis subæquilongis, teretibus suffultis. 4269

Hab. in ramulis siccis Sambuci nigræ, Catania Siciliæ.

2. **Fusicoccum Ligustri** Diedicke, Ann. Mycol. 1904, p. 512. — Stromatibus ramos totos ambientibus, dense gregariis, ovoideis v. suborbicularibus, e lata basi conoideis, corticem elevantibus sed disco griseo tantum erumpentibus, infra 3 mm., supra 2 mm. diam., paucilocularibus, loculis subinde circa centralem semilunatum circinantibus; sporulis cylindraceis, utrinque leviter tenuatis sed rotundatis, 2-guttulatis, hyalinis, 10,5 × 4; basidiis inconspicuis. 4270

Hab. in ramis emortuis Ligustri vulgaris in Thuringia (E. Steiger).

3. **Fusicoccum noxium** Ruhl. in Centralbl. f. Bakter. 1904, XII, p. 252. — Stromatibus sparsis, conicis, subcutaneo-erumpentibus, griseo-nigrescentibus, intus obsolete plurilocularibus et sordide pallidis, irregulariter apertis; loculis clausis v. plus minus apertis, 4271

muco carneo-albescente farctis; sporulis subellipsoideis obtusis, hyalinis, continuis, pluri (6-10)-guttulatis, 12,5-15 × 4-5,5.

Hab. in cortice vivo Quercus nec non Fagi et Castaneæ, Mecklenburg Germaniæ borealis, socio statu ascophoro *Plowrightia noxia.*

4. **Fusicoccum testudo** v. Höhnel in Annal. Mycol. 1903, p. 399. — 4272
Stromatibus sub peridermio nidulantibus, erumpentibus, applanato-pulvinatis, laciniis peridermii cinctis, sparsis vel confluentibus, rotundatis v. oblongis v. versiformibus, magnis, 1-7 mm. latis, levibus, fere nitidulis, carbonaceis, ostiolo non prominente perforato-punctatis; loculis distinctis, numerosis (10-50), monostichis, dense stipatis, ovatis vel mutua pressione subangulatis, 300-350 μ. latis, intus basidiis brevibus, hyalinis, 2-3 μ. crassis paraphysibusque filiformibus, longioribus (usque 80 × 1-2) intermixtis, dense obtectis; sporulis plerumque rectis, clavatis vel utrinque fusoideo-attenuatis, supra rotundatis, infra truncatis, hyalinis, tenuiter tunicatis, intus subtiliter granulosis, majusculis (38-54 × 8-10).

Hab. in cortice levi Quercus in silvis ad Wurzbachthal pr. Weidlingau (Wienerwald) Austriæ inferioris. — Teste auct., est st. macropycnidicus *Botryosphæriæ Melanopis* (= *advenæ* Ces.?).

CYTOSPORELLA Sacc. — Syll. III p. 251, X p. 242, XI p. 507, XIV p. 913, XVI p. 900.

1. **Cytosporella Hibisci** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays. Bas 4273
XVIII, p. 728. — Stromatibus numerosissimis, congestis, planoconvexis, subcutaneis 300-500 μ. diam., dein erumpentibus pluricellularibus; sporulis ellipticis, continuis, utrinque rotundatis, biguttulatis 7-9,3 × 2,3; basidiis hyalinis, paullo inflatis, 7-12 μ. long.

Hab. in ramulis Hibisci syriaci, Valkenberg Hollandiæ.

2. **Cytosporella Armeniacæ** Mc Alp. Fung. diseas. Stone-fr. Melb. 1902, 4274
pag. 115, fig. 191. — Peritheciis in ligno nigrificato immersis, brunneo-nigris, depresso-globosis, plurilocularibus; contextu intense viridulo; sporulis oblongo-ellipticis, rectis, hyalinis, minutis 3,5-4 × 1,3; basidiis filiformibus, septatis 15 μ. longis.

Hab. in ramulis emortuis Pruni Armeniacæ in horto Universitario, Melbourne Australiæ.

3. **Cytosporella paradoxa** Trotter, Ann. Mycol. 1904, p. 534, fig. 3, 4275
a-b. — Stromatibus cortice pustulatim inflato innatis, demum vix erumpentibus, 1-2 mm. diam., multi- usque 30-locularibus; loculis numerosis inæqualiter globosis, minutis 150-250 μ. diam.; contextu

parenchymatico, atro; nucleo roseolo; sporulis ovoideis, perexiguis, 2,5-3 × 1,5, manifeste intra basidia formatis et per apicem illorum disruptum successive exeuntibus, hinc copiosissimis; basidiis cylindraceis pro situ plus minus longis, 20-usque 80-100 × 1,5-2,5, simplicibus v. ima basi parce ramosis.

Hab. in ramis corticatis morientibus Cytisi Laburni, Avellino Ital. merid. — Ob formam basidiorum et imprimis ob formationem endogenam sporularum a typo vere recedens et probabiliter novi generis typus (*Pseudascus* Trotter).

4. **Cytosporella Citri** Magnaghi Contr. Mic. Ligustica p. 8 (Atti Ist. Bot. Pavia vol. VIII, 1902). — Stromatibus innato-erumpentibus, epidermide lacerata cinctis, intus inæqualiter plurilocularibus; loculis globulosis; sporulis perexiguis, globoso-ovoideis, hyalinis, 2 μ. longis; basidiis bacillaribus, 10-12 μ. alt. 4276

Hab. in ramis emortuis Citri Aurantii, Cornigliano, Liguria.

5. **Cytosporella aurea** Roll. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 31. — Pustulis irregularibus, subseriatis, nigris, corticolis, epidermidem inflatam rima longitudinali plerumque lacerantibus; stromatibus griseis, loculos numerosos stipatos, minimos foventibus; sporulis copiosissimis, ellipsoideis, 3-4 × 1-2, hyalinis; basidiis longissimis usque 30 × 2, totam superficiem loculorum vestientibus. 4277

Hab. in ramis Lauri nobilis, San Salles, Soller insul. Balearium.

6. **Cytosporella Clarkiæ** Oud. in Ned. Kruidk. Arch., 3 Ser., II, 4, p. 883, 1903. — Stromatibus verrucosis, sparsis, initio immersis, dein summo erumpentibus, nigris, margine circulari nebuloso limitatis, 0,5 mm. diam., coriaceis irregulariter locellatis; sporulis polymorphis, ellipticis, oblongis et lanceolatis, hyalinis, continuis, 2-4-guttulatis, 7-12 × 2,5-4, utrinque rotundatis. 4278

Hab. in truncis Clarkiæ elegantis, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

7. **Cytosporella Rhododendri** Ferraris in Malpighia 1902, pag. 21. — Stromatibus corticolo-erumpentibus, atris, ellipticis, plurilocularibus, loculis irregularibus 700-800 μ. long., 700 μ. altis; sporulis ovoideis v. cylindricis, apice rotundatis 4,5-7 × 2,5 hyalinis. 4279

Hab. in ramulis siccis Rhododendri hirsuti, Piccolo S. Bernardo Italiæ bor.

8. **Cytosporella Sambuci** D. Sacc. in Staz. Sperim. Agr. Ital. 1904, p. 71. — Stromatibus immersis, epidermide tectis dein erumpentibus, nigris, coriaceis, verrucosis, approximatis, 3-5 mm. diam.; 4280

peritheciis globosis, in singulo stromate congestis, diu clausis, dein poro pertusis, 400-500 μ. diam., nigris; basidiis densissimis, usque 30 μ. longis; sporulis minutissimis, ovoideis 2 × 1, subhyalinis.

Hab. in ramis emortuis Sambuci nigræ, Terme di Tito Romæ.

9. **Cytosporella Forsythiæ** Oud. in Ned. Kruidk. Arch., 3 Ser., II, 4, 1903, p. 883. — Stromatibus sparsis, corticolis, innatis, dein erumpentibus, multiformibus, globulosis, ellipticis, fusiformibus, 1 × 0,5 mm. nigris, intus albis, loculis circularibus, paucis divisis; basidiis tenuibus 18-20 μ. longis, continuis, hyalinis; sporulis acrogenis, oblongis vel fusiformibus, utrinque rotundatis vel paullo acutis, hyalinis, continuis, bi-guttulatis, 7 × 2,3. 4281

Hab. in ramis Forsythiæ viridissimæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

10. **Cytosporella Nerii** D. Sacc. in Staz. Sperim. Agr. Ital. 1904, p. 71. — Stromatibus primo innatis, dein erumpenti-prominentibus, sparsis, globoso-conicis, 1-5 mm. longis, tegumento crassiusculo nigro præditis, contextu indistincto dein plurilocularibus; basidiis filiformibus, raro ramosis, 15-30 × 2; sporulis perexiguis 2-3 × 1 hyalinis, in cirrum tenuem, luteo-roseolum longiuscule flexuoso-tortum erumpentibus. 4282

Hab. in ramulis dejectis emortuis Nerii Oleandri, Terme di Tito Romæ.

11. **Cytosporella Liquidambaris** P. Henn. Hedw. 1902, pag. 137. — Stromatibus innato-subcutaneis, epidermide fissa tectis, intus plurilocellatis, nucleo carneo, flavo-brunneolo; basidiis 8 × 2,5 hyalinis; sporulis oblongo-ellipsoideis, utrinque obtusis, minute 2-guttulatis, 4-6 × 2,5-3. 4283

Hab. in ramis Liquidambaris orientalis, in horto botanico berolinensi Germaniæ.

12. **Cytosporella macrospora** Peck Bull. Torr. Bot. Cl. 1903, p. 99. — Pycnidiis prominulis, initio epidermide tectis, dein erumpentibus, orbicularibus, subinde confluendo oblongis, intus nigricantibus, imperfecte plurilocularibus, 1-2 mm. diam.; sporulis obovatis v. late ellipsoideis, hyalinis, 10-15 × 7-8; basidiis sporulam superantibus, gracilibus. 4284

Hab. in ramulis Populi deltoidis prope Chicago, Illinois Amer. bor. (H. Hasselbring). — « An diversum a *Fusicocco populino* Delacr., cujus ex icone auctoris sporulæ 15 × 7,5 videntur? ».

13. **Cytosporella alpina** Ferraris in Malpighia 1902, pag. 21. — 4285

Stromatibus verrucosis, innato-erumpentibus, irregulariter pluriloculariibus 0,5 mm. diam.; sporulis ovoideis hyalinis, perexiguis, 4 × 2,5.

Hab. in ramulo sicco Abietis, St. Didier Italiæ bor.

CYTOSPORA Ehrenberg — Sýll. III p. 252, X p. 243, XI p. 508, XIV p. 914, XVI p. 902.

1. **Cytospora Prunorum** Sacc. et Syd. Myc. Germ. n. 136 et Ann. Mycol. 1904, p. 191. — Stromatibus laxe gregariis, conico-truncatis, tectis, 1-1 $^1/_2$ mm. latis, dein transverse rimoso-erumpentibus, disco atro, intus griseo-olivaceis, peripherice multiloculariibus; sporulis allantoideis, curvulis, 7-8 × 1 $^1/_2$-2, hyalinis; basidiis bacillaribus, stipatis, simplicibus furcatisque, 22-26 × 1 $^1/_2$. 4286

Hab. in ramis Pruni avium, Späth' sche Baumschulen pr. Berolinum Germaniæ. — Forte eadem est ac *Cytospora rubescens* Kalchbr. (Bot. Zeit. 1864, p. 174) ob sporulas majusculas, sed *Cyt. rubescens* Fr., saltem forma primaria, habet discum albidum et ad *Valsam cinctam* pertinet, contra *Cytos. rubescens* sec. Tul. sporulas habet multo breviores (4 μ. long.) et ad *Eutypellam Sorbi* spectat. Præsens forte ad *Eutypellam Prunastri* pertinet. Cirrus non visus certe ob defectum humiditatis.

2. **Cytospora Cydoniæ** Bub. et Kab. Hedw. 1904, p. 417. — Stromatibus laxe gregariis subinde 2-pluribus confluentibus, e basi orbiculata v. elliptica hemisphæricis v. lenticularibus, epidermide tectis brevique papillato disco longitrorsum erumpentibus, atris, pluriloculariibus; loculis orbicularibus, radiatim positis, communi ore apertis, olivaceis; sporulis allantoideis vel cylindraceis, utrinque acutulis, 6-9 × 2, hyalinis, in cirrum subcarneum eructatis; basidiis acicularibus, 20-35 × 2-2,5, hyalinis. 4287

Hab. in ramis siccis Cydoniæ vulgaris prope Turnau Bohemiæ.

3. **Cytospora farinosa** Feltg. Vorstud. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, p. 127. — Stromatibus subcorticali-erumpentibus, conoideis, disco pycnidiisque extus flavido-farinosis; pycnidiis paucis, 3-5, interdum per ostiolum unicum breve in centro disci dehiscentibus; contextu brunneo minute parenchymatico; basidiis fasciculatis, simplicibus ramosisve, subinde verticillato-ramosis, totis 20-24 μ. longis; sporulis cylindraceis rectis v. sæpius curvulis, 5,5-7 × 1,5-2. 4288

Hab. in ramis emortuis Rosæ caninæ, socia *Valsa ceratophora*, var. *farinosa*, Luxemburg.

4. **Cytospora cisticola** Sacc. et Trav. in Annal. Mycol. 1903, n. 5, fig. VIII. — Stromatibus sparsis, pustuliformibus, ambitu subcircularibus, 1 mm. circ. diam., ostiolo unico vel paucis; loculis irregularibus, sæpe angulosis, numerosis (10-20); sporulis cylindraceo-allantoideis, minutulis, 3,5-4,5 × 0,8, hyalinis; basidiis brevisculis, 12-18 μ. long. 4289

Hab. in ramis corticatis Cisti salvifolii, prope Sassari Sardiniæ (A. N. Berlese). — In *Cistaceis* hucusque nulla *Cytospora* erat reperta.

5. **Cytospora cornicola** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 8. — Stromatibus laxe distributis 1-1,5 mm. diam., centro perforatis, orbicularibus, convexis, intus septis spuriis, in loculos plurimos incompletos divisis; sporulis minimis 4,3 × 2, rectis v. curvulis, hyalinis, continuis; basidiis tenerrimis, 10-14 μ. longis. 4290

Hab. in ramis Corni strictæ, Nunspeet Hollandiæ. — A *C. Corni* numero loculorum multo majore (60 contra 3-5) differt. Aliæ *Cytosporæ* spec., in variis *Corni* speciebus vigentibus, a præsenti recedunt sive loculorum numero minore, sive ceteris characteribus *C. atro-virens* loculos gelatina repletos habet.

6. **Cytospora Acaciæ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 8. — Stromatibus sparsis 330 μ. diam., subepidermicis, tandem poro pertusis, fuscescentibus, intus septis spuriis, paucis circinantibus in loculos incompletos divisis; sporulis parvis 5,5-7 × 2, curvatis hyalinis, eguttulatis; basidiis æquilongis fultis. 4291

Hab. in ramulis Acaciæ verticillatæ, Nunspeet Hollandiæ.

7 **Cytospora Grossulariæ** Laubert in Centralbl. f. Bakt. II, 1904, XII, p. 411 c. tabula. — Stromate sublenticulari, 1,5-3 mm. lat., 0,5-1 mm. cr., nigricante, disco cinerescente, parum distincto prædito, erumpente, infra linea stromatica vix ulla limitato; pycnidiis numerosis, inter se communicantibus, sinuosis; contextu pseudoparenchymatico olivaceo; ostiolis periphysibus cinctis; basidiis acicularibus, hyalinis, simplicibus, 20-30 × 1 sporulis bacillari-curvulis, hyalinis, continuis, 5-7,5 × 1-1,5, rarius usque 9 μ. long. 4292

Hab. in ramulis Ribis Grossulariæ nondum emortuis, Dahlem pr. Berlin Germaniæ. — Verisimiliter parasitica et noxia.

8. **Cytospora Hibisci** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays Bas XVIII, pag. 727. — Stromatibus subcutaneis, orbicularibus depressis vel plano-convexis 500-750 μ. diam., pluriloculariibus; loculis in circulum dispositis, interdum bipartitis, ostiolatis, poro amplo pertu- 4293

sis; sporulis cylindraceis, hyalinis, continuis, utrinque rotundatis, 6-7 × 1,2, acrogenis; basidiis 20 μ. longis.

Hab. in ramulis Hibisci syriaci, Valkenberg Hollandiæ.

9. **Cytospora Koelreuteriæ** Diedicke, Ann. Mycol. 1904, p. 512. — 4294
Stromatibus sparsis, ramulos ambientibus, conoideis, peridermium elevantibus et tandem disco centrali erumpentibus, pluriloculari-bus, loculis circa columnam atram centralem radiantibus, parietibus subinde imperfectis; sporulis allantoideis, leviter curvis, 5-6 × 1,5-2; basidiis filiformibus 15-20 μ. long.

Hab. in ramis emortuis Koelreuteriæ paniculatæ in Thuringia (E. Glacis).

10. **Cytospora Hippocastani** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, pag. 8. — 4295
Stromatibus orbiculari-depressis, subepidermicis, plurilocularibus; sporulis per ostiolum centrale expulsis, rectis v. curvatis, eguttulatis, hyalinis, continuis, 7-9,5 × 2,5.

Hab. in ramis Æsculi Hippocastani, Nunspeet Hollandiæ.

11. **Cytospora nobilis** Trav. Bull. Soc. bot. it. 1904, p. 211, f. 7. — 4296
Stromatibus sparsis, e basi circulari-elliptica conico-applanatis, epidermide pustulatim elevata dein rupta tectis; loculis in quoque stromate copiosis (6-15) inæqualibus, irregulariter dispositis; basidiis simplicibus, dichotomis vel verticillato-ramosis, acicularibus, 16-20 × 2; sporulis minutis, allantoideis vel subrectis, hyalinis, 4-5 × 1-1 1/4.

Hab. in ramulis corticatis Lauri nobilis, Villa Stroppa a Tradate (Como) Ital. bor. — Videtur status pycnidicus *Valsæ nobilis* Sacc.

12. **Cytospora rhoicola** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 9. — Stro- 4297
matibus sub peridermate in parenchymate corticali absconditis, valde depressis, usque 3 mm. diam., poro apicali circulo albo circumcincto hiantibus, intus nigris, incomplete plurilocularibus; basidiis tenuissimis, longiusculis v. longissimis hyalinis; sporulis curvatis 4-5 × 1,2.

Hab. in ramis Rhois Cotini, Valkenberg Hollandiæ. — A *C. rhoina* Fr. prorsus diversa.

13. **Cytospora tamaricophila** Maire et Sacc. in Bull. Soc. bot. de 4298
France 1901, tom. XLVII, p. CXC. — Stromatibus sparsis, applanatis, ambitu rotundatis, ostiolo unico vel pluribus poris dehiscentibus, tectis contentu cirrisque albo-griseis; sporulis cylindricis, ovoideo-cylindricis vel suballantoideis, 3 × 1.

Hab. in ramulis emortuis Tamaricis africanæ, ad stagnum Biguglia Corsicæ.

14. **Cytospora tamaricella** Syd. Myc. Germ. n. 138 et Ann. Mycol. 4299
1904, p. 192. — Stromatibus sparsis vel subgregariis, minutis, globulosis, tectis, poro minuto pertusis; cirris flavidis; sporulis allantoideis, vix vel leniter curvulis, hyalinis, 7-9 × 1-1 $^1/_2$.

Hab. in ramis emortuis vel subemortuis Tamaricis anglicæ, Späth'sche Baumschulen pr. Berolinum Germaniæ. — A *C. Tamaricis* P. Brun., cui habitu similis, differt sporulis longioribus angustioribusque. Socium adest *Coniothyrium cæspitulosum* Sacc.

15. **Cytospora Unedonis** Maubl. Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 71, t. VII, 4300
f. 4. — Foliicola; stromatibus epiphyllis, minutis, sparsis, atro-olivaceis, plurilocularibus, centro papilla conico-cylindrica, poro pertusa donatis; sporulis cylindraceis, curvulis, 4,5-5 × 1; basidiis dichotome ramosis, septatis, 15 µ. longis.

Hab. in apice exsiccato foliorum Arbuti Unedonis, Pornic (Loire Inférieure) Galliæ.

16. **Cytospora pulchella** Sacc. Ann. Mycol. 1903, p. 538. — Stroma- 4301
tibus late æqualiter gregariis, corticolis, peridermio pustulato arcte tectis et disco minutissimo, nigro, levi erumpentibus, 0,5-0,7 mm. diam., intus 1-paucilocularibus, loculis membranaceis, mox cavis; sporulis allantoideis, curvis, 6-8 × 1,5-2, hyalinis, coacervatis subolivaceis, copiosissimis; basidiis nullis v. non observatis.

Hab. in ramis Fraxini excelsioris in summo apice montis Grosser Winterberg Saxoniæ.

17. **Cytospora Myricæ** P. Henn. Hedw., 1902, p. 137. — Stromati- 4302
bus subcutaneis, gregariis, epidermide fissa tectis, subpulvinatis, rotundatis, atris, plurilocellatis; sporulis cylindraceis, rectis v. curvulis, continuis, utrinque obtusis, 2,5-3 × 0,5, hyalinis.

Hab. in ramis Myricæ ceriferæ, in horto botanico berolinensi Germaniæ.

18. **Cytospora boreella** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi p. 26. 4303
— Stromatibus emergentibus, conicis, basi 1 mm. diam, 5-6-locellatis, nigris; ostiolis emergentibus minutis; massa sporarum rubro-lutea, gelatinosa; sporulis curvulis, hyalinis, 6-8 × 1,5.

Hab. in ramulis emortuis Salicis, Durango, South Colorado Amer. bor. — St. pycnidicus *Valsæ boreellæ* Karst.

19. **Cytospora corylicola** Sacc. ex Fuck. — Syll. II, p. 328. 4304

Hab. in ramis corticatis Coryli in Rhenogovia. — Sec. Fuck. est pycnidium *Fenestellæ macrosporæ* Fuck. Sporulæ 6 × 1,5-2.

20. **Cytospora fagicola** Sacc. ex Fuck. — Syll. II, p. 328.

Hab. in ramis corticatis Fagi silvaticæ in Rhenogovia. — Sec. Fuck sistit statum pycnidicum alterum *Fenestellæ macrosporæ* Fuck. Sporulæ 4-6 × 2.

21. **Cytospora spinescens** Sacc. Ann. Mycol. 1904, p. 192 et Syd. Myc. Germ. n. 137. — Stromatibus late laxe gregariis, conicis, peridermio elevato arcte tectis verticeque obtuse acutato emergente nigro erumpentibus, intus atro-olivaceis, irregulariter paucilocellatis, 1 mm. diam ; sporulis allantoideis, curvulis, 5-5 $^1/_2$ × 1,3-1,5 hyalinis; basidiis e trunco communi verticillato-ramulosis, 20-30 × 1-1 $^1/_2$, pariter hyalinis. 4305

Hab. in ramis corticatis Betulæ papyraceæ, Späth'sche Baumschulen pr. Berolinum Germaniæ. — Rami ob stromata conspicue emergentia et acutata subspinosi fiunt.

22. **Cytospora pallida** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, pag. 12, *Neocytispora pallida* Ell. et Ev. in herb. — Stromatibus membranaceis, pallide albis, initio albido-pulverulentis, convexis 2-4 mm. diam., erumpentibus, dein superne irregulariter pertusis, plurilocularibus, cellulis subovatis; sporulis allantoideis, hyalinis 4-5 × 1; basidiis filiformibus, dendroideo-furcatis, 40 × 1,5-2. 4306

Hab. in ramis emortuis Quercus tinctoriæ, Newfield Amer. borealis.

CEUTHOSPORA Grev. — Syll. III p. 277, X pag. 250, XI p. 510, XIV p. 918, XVI p. 905.

1. **Ceuthospora eximia** v. Höhnel in Ann. Mycol. 1903, I, p. 400. — Stromatibus gregariis, usque 1 $^1/_2$ mm. latis, in parte interiore corticis vetusti nidulantibus, in basi planis, ceterum hemisphæricis v. conicis, rostro sæpe crasso, carbonaceo, obtusiusculo, perforato corticis strata superficialia, sæpe rubro-tincta perforantibus eaque ad $^1/_2$-1 mm. superantibus; pycnidiis circiter 15. tunica viridi-ochracea, membranacea, 8-10 μ. crassa, e cellulis minutis formata præditis, circinatis, conniventibus, c. 200 μ. latis et 400-500 μ. altis, e mutua pressione angulatis, ostiolis singulis in ostium centrale, 40-50 μ. latum perforans confluentibus; pycnidiis intus sporophoris 10-20 μ. longis, 1 μ. crassis, simplicibus vel fasciculato-ramosis dense obtectis; nucleo nigricanti; sporulis hyalinis, catervatim luteolis, numerosissimis, bacilliformibus, rectis vel subcurvulis, 4 × 1. 4307

Hab. in basi truncorum Ericæ arboreæ ad Selenika Dalmatiæ.

2. **Ceuthospora abietina** E. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 168. — 4308
Stromate corticali, valsiformi, circulari, 1 mm. diam., peridermium in pustulas planas elevante, ostiolo minutò nigro papilliformi emergente; pycnidiis ovoideis, 2-6 in quoque stromate, membranaceis in ostiolum unicum defluentibus; sporulis cylindraceis, subrectis, 6-7 × 1,5; basidiis filiformibus sporulas excedentibus.

Hab. in ramis emortuis Abietis balsameæ, Harraby, Lake Rousseau, Ontario, Canada.

Sect. 2. Phæosporæ.

CICINNOBELLA P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 386 (Etym. a *Cicinnobolo,* cui subaffinis). — Pycnidia superficialia, hyphis mycelicis basi cincta, ovoidea membranacea, pallido-fuscidula, apice pertusa, in hyphis *Perisporiacearum* parasitica. Sporulæ subovoideæ, flavido-fuscidulæ, subcirrose expulsæ. — Genus mycelio proprio et sporulis fuscellis a *Cicinnobolo* dignoscendum.

1. **Cicinnobella parodiellicola** P. Henn. l. c. cum icon. — Pycnidiis 4309
in mycelio *Parodiellæ* sparsis, ovoideis, membranaceo-cellulosis, flavido-fuscidulis, poro pertusis, 70-80 × 45-55, basi hyphis hyalino-fuscidulis, septato-ramosis; sporulis oblonge ovoideis vel clavatis, flavo-fuscidulis, 1-2-guttulatis, 5-7 × 2-2½ in cirros exsilientibus.

Hab. in foliis Pithecolobii ad hyphas Parodiellæ sp. immaturæ parasitice, Marary, Rio Juruá Amazoniæ.

CONIOTHYRIUM Corda — Syll. III p. 305, X p. 261, XI p. 514, XIV p. 922, XVI p. 909. — Ad hoc genus cl. Fl. Tassi ducit plures species *Sphæropsidis* sporulis minoribus (usque 12-15 µ. long.) præditas. Cfr. Tassi, Bull. Orto bot. Siena, 1902, p. 23 et seq.

I. *Eu-Coniothyrium.* Species non v. vix maculigeræ, sæpius caulogenæ.

1. **Coniothyrium Comari** P. Henn. Hedw. 1903, p. 220. — Pycnidiis 4310
sub epidermide nidulantibus, vertice erumpentibus, lenticularibus,

atris, 70–90 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, flavido-fuscis, 2,5–3 × 2–2,5.

Hab. in caulibus Comari palustris, in horto botanico Berolini Germaniæ.

2. **Coniothyrium Wernsdorffiæ** Laubert, Arb. Biol. Abt. Gesundheitsamt. 4311
1905, p. 458. — Maculis ovatis, ramulicolis; pycnidiis atro-griseis, 0,5 mm. diam.; sporulis ovoideis, 5-8 × 4,5-6, flavo-brunneis.

Hab. in ramulis vivis Rosarum in Germaniæ pluribus locis.

3. **Coniothyrium genisticola** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 9. — 4312
Pycnidiis nigris, primo epidermide velatis, postremo expositis, globoso-depressis 100 μ. diam., ostiolo satis lato hiantibus, in luce pervia umbrinis; sporulis ellipticis 4-5 × 2,5, eguttulatis, conglobatis, pallide olivaceis, singulis pæne achromis.

Hab. in leguminibus Genistæ anglicæ, Nunspeet Hollandiæ.

4. **Coniothyrium Cytisi** P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904, pag. 30 4313
(Nyt. Magaz.). — Pycnidiis hypodermicis, sparsis v. aggregatis, lenticularibus, atris, pertusis, 150-180 μ. diam.; sporulis ellipsoideis v. ovoideis, fusco-brunneis, continuis, 5-7 × 4.

Hab. in ramis emortuis Cytisi nigricantis pr. Christiania Norvegiæ.

5. **Coniothyrium Pycnanthæ** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. New. S. Wal. 4314
1904, p. 121. — Maculis subrotundis v. irregularibus, interdum indefinitis, sæpe confluentibus; pycnidiis sparsis, erumpentibus epidermide rupta cinctis, depresso-globosis, membranaceis, sub luce transmissa flavido-brunneis, poro pertusis, 120-150 μ. diam.; sporulis flavido-brunneis, ovoideo-ellipsoideis, subinde inæquilateris, 1-guttatis, 6-8 × 2,5-3.

Hab. in phyllodiis Acaciæ pycnanthæ, Myrniong Vict. et Golden Wattle Australiæ. — A *Con. decipienti* et *C. puncto*, phyllodiicolis, sporulis omnino diversis recedit.

6. **Coniothyrium Grossulariæ** P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904, p. 30 4315
(Nyt. Magaz.). — Pycnidiis hypodermicis sparsis vel gregariis, atris, punctiformibus, sublenticularibus, 130–150 μ.; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, brunneis, 5-8 × 3,5-4,5.

Hab. ad ramos siccos Ribis Grossulariæ pr. Christiania Norvegiæ.

7. **Coniothyrium fluviatile** Kabát et Bubák Œsterr. bot. Zeitschr. 4316
1904, p. 8. — Pycnidiis sparsis, solitariis v. 2-pluribus congestis, atro-brunneis v. nigris, membranaceis, opacis, globoso-conoideis, 280 μ. diam., epidermide tectis, ostiolo papillato pertuso erum-

pentibus; contextu atro-brunneo parenchymatico; sporulis ellipsoideis, rarius sphæroideis, 6-8 × 4-6,5, olivaceis.

Hab. in ramulis emortuis Myricariæ germanicæ, Anisio pr. Campitello et Perra, Trentino.

8. **Coniothyrium Rutæ** P. Henn. Hedw. 1903, p. 220. — Pycnidiis 4317
sub epidermide nidulantibus, erumpentibus, sparsis vel gregariis, sublenticularibus, atris, 70-90 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, eguttulatis, primo hyalinis, dein flavido-fuscis, 46 × 2,5-3,5.

Hab. in caulibus Rutæ graveolentis, in horto botanico Berolini Germaniæ.

9. **Coniothyrium olivaceum** Bon. — Syll. III, p. 305. — var. **Aceris** 4318
Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902, p. 24. — Pycnidiis erumpentibus, minutis, globosis, 150-200 μ. diam.; sporulis ovoideis, olivaceis, 6-7 × 3,5.

Hab. in ramulis siccis Aceris Pseudoplatani prope Crescentino Italiæ bor. — Var. **Pini-silvestris** Ferraris l. c. p. 25: pycnidiis erumpentibus, papillatis, globoso-depressis 130-150 μ. diam.; sporulis olivaceis, ovoideis aut fere globosis, 4-4,5 × 3-3,5. — In foliis emortuis et dejectis Pini silvestris prope Crescentino Italiæ bor.

10. **Coniothyrium Epilobii** Ferraris in Malpighia, vol. XVI, 1902 p. 25, 4319
tab. II, 12, fig. 1-2. — Pycnidiis minutis, erumpentibus, aggregatis, globoso-depressis, membranaceis; sporulis numerosissimis, olivaceis, ovoideis, 3,5-4,5 × 2,4-3.

Hab. in ramulis corticatis emortuis Epilobii Dodonæi, Crescentino, Ital. bor.

11. **Coniothyrium Heteropatellæ** v. Höhnel in Ann. Mycol. 1903, I, 4320
p. 399. — Pycnidiis in *Heteropatella lacera* parasiticis, immersis, sphæroideis, 70-120 μ. crassis, subtus pallidis, superne brunneis, tenuiter tunicatis, ostiolo breve cylindraceo, 32 μ. longo, 28 μ. lato præditis; sporidiis continuis, brunneis, ellipticis, 4-5 × 2-2,5; basidiis brevibus.

Hab. in caulibus siccis Chærophylli spec., parasiticum in *Heteropatella lacera*, Stilfserjochstrasse Tiroliæ.

12. **Coniothyrium Pentastemonis** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, 4321
Fungi p. 25. — Maculis nullis; pycnidiis superficialibus, sparsis, nigris, membranaceis, parce ostiolatis, 100-200 μ. diam.; sporulis ovoideis, continuis, intense brunneis 7 × 5; basidiis non visis.

Hab. in foliis emortuis et in ramulis Pentastemonis, Hermosa, South Colorado, Amer. bor.

13. **Coniothyrium Helianthi** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 175. — Pycnidiis sparsis vel cæspitosis, erumpenti-superficialibus, membranaceis 200-300 μ. d., cupulatis, sed discoideis, superne indistincte apertis; sporulis ellipsoideis subolivaceis, 4-5 × 2,5-3. 4322

Hab. in caulibus emortuis Helianthi annui, Rooks Co. Kansas, Amer. bor.

14. **Coniothyrium Orni** P. Henn. Hedw. 1903, p. 220. — Pycnidiis sub epidermide tectis, vertice erumpentibus, atris, pulvinatis vel subhemisphæricis; sporulis ellipsoideis, eguttulatis, fuscis, 4-5 × 3. 4323

Hab. in ramis Fraxini Orni, in horto botanico Berolini.

15. **Coniothyrium Palaquii** Zimm. in Bull. de l'Inst. bot. de Buit. 1901, p. 26. — Pycnidiis immersis, concentrice dispositis, epidermide velatis dein erumpentibus, applanatis, 200 μ. diam.; sporulis ovoideis, brunneis, 4-5 × 2. 4324

Hab. in foliis Palaquii oblongifolii, Buitenzorg in insula Java.

16. **Coniothyrium Oleæ** Polacci in Atti Ist. Bot. di Pavia 1904, IX, p. 3. — Epiphyllum; pycnidiis nigris subcutaneo-erumpentibus, ovoideo-globulosis; sporulis subellipsoideis, continuis, fuligineis 4,5-6,8 × 5-8. 4325

Hab. in foliis vivis Oleæ europææ, plerumque socia *Stictide Panizzei*, circa Spoletum Italiæ centr.

17. **Coniothyrium Eriogoni** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi p. 25. — Pycnidiis subcutaneis, nigris, 80 μ. diam. dense sparsis; contextu parenchymatico e cellulis 6-8 μ. diam. composito; ostiolis ex epidermide erumpentibus; sporulis ovoideis, luteo-brunneis, 6 × 4; basidiis non visis. 4326

Hab. in caulibus emortuis Eriogoni umbellati, Hermosa, South Colorado, Amer. bor.

18. **Coniothyrium Atriplicis** Maublanc in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 293, tab. XV, fig. 5. — Pycnidiis punctiformibus, globoso-depressis, atris, cortice velatis, ostiolo vix prominulo pertusis, 150-225 × 80-175; sporulis globosis vel ovoideis, pallide fuligineis, 1-guttulatis, 5-8,5 × 5-6; basidiis vix visibilibus. 4327

Hab. in ramulis Atriplicis Halimi, Pornic Galliæ. — A *Conioth. Halimi* (Cast.) Sacc., conceptaculis majoribus et forma sporularum valde differt.

19. **Coniothyrium atriplicinum** Wint. in Fungi eur. n. 3192. — Pycnidiis sparsis, amphigenis, immersis, depresso-globosis, ostiolo papilliformi erumpentibus, demum umbilicatis, atris, membranaceis, 4328

glabris, 115-175 μ. diam.; sporulis ellipticis vel ovato-ellipticis, utrinque late rotundatis, continuis, pallidissime fuscidulis, 7-8 × 4-5.

Hab in calycibus Atriplicis nummularii, Murray-River Australiæ (Ferd. von Müller).

20. **Coniothyrium conicola** Vesterg. Micr. rariores selecti, in Bot. Not. 1902, p. 120. — Pycnidiis sparsis vel gregariis, in parte externa conorum crumpentibus, nigris, irregularibus, ovatis v. globulosis, irregulariter pertusis, 250-300 μ. diam.; conidiis numerosissimis, ovatis vel globosis, 4-5 × 3, ex olivaceo luteolis; basidiis nullis. 4329

Hab. in conis pendulis siccis Pini silvestris, Gotland, in Suecia.

21. **Coniothyrium Pini** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas, XVIII, pag. 725. — Pycnidiis sparsis, innatis, fere globosis, nigris 140-200 × 80-180 aliquando fissis, ostiolo paullo prominulo; sporulis globulosis v. ellipticis, pallide olivaceis, 5-6 × 5-6 v. 5-6 × 4-4,5 cirrose expulsis. 4330

Hab. in foliis Pini silvestris, Bussum Hollandiæ.

22. **Coniothyrium episphærium** v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, p. 47. — Pycnidiis in disculis et ostiolis *Sphæriaceæ valsoideæ* cæspitoso-aggregatis, subglobosis, minute papillatis, ostiolatis, 100-260 μ. latis; tunica membranaceo-subcoriacea, nigra, intus basidiis simplicibus, 12 × 1, dense obtecta; sporulis dilute brunneis, ellipticis, continuis, 4-6 × 1 $^1/_2$-2. 4331

Hab. in ramulis siccis Juglandis regiæ in disco Valsaceæ cujusdam ad Jablaniza Herzegovinæ, mense Aprili anni 1903.

23. **Coniothyrium Mororum** Briosi et Farn. Avvizz. germ. gelso p. 64 (Rend. Acc. Lincei 1901, Sacc. — Syll. XVI, p. 1155 (nomen). — Pycnidiis sparsis, pallide brunneis, membranaceis, basi peridermio insculptis, globosis, papillatis, ostiolatis, 100-222 μ. diam.; sporulis elliptico-oblongis 7,5-10 × 3,5 luteolis. 4332

Hab. in cicatricibus foliorum ad ramulos vivos Mori albæ, Pavia Italiæ bor.

24. **Coniothyrium quercicolum** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, pag. 725. — Pycnidiis hypophyllis, sub epidermide absconditis, irregularibus, sinuosis, poro pertusis 360 μ. long. 240 μ. diam., aliquando in duas rimas fissis; sporulis ovoideis, initio hyalinis dein ochraceo-fuligineis, 5-6 × 3,5-4, eguttulatis. 4333

Hab. in foliis Quercus Roboris, Bussum Hollandiæ. — A *C. microscopico* Sacc. pycnidiis pertusis, sporulis ovoideis et eguttulatis differt.

25. **Coniothyrium domesticum** P. Henn. Hedw. 1903, pag. 191. — Pycnidiis superficialibus, subglobosis v. ovoideis, subpapillatis, atris, membranaceo-carbonaceis, 100-120 μ. diam.; sporulis ovoideis, ellipsoideis v. subcitriformibus, utrinque obtusiusculis, 1-2-guttulatis, læte brunneis, 8-10 × 4-5. 4334

Hab. in ligno pineo udo fabrefacto pr. Berolinum Germaniæ.

26. **Coniothyrium Cocoës** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 53. — Maculis fuscis explanatis; pycnidiis sparsis epiphyllis, epidermide pallida primo tectis, dein erumpentibus, atris, rotundato-pulvinatis 0,5-0,8 mm. diam.; sporulis ovoideis vel late ellipsoideis, atris, continuis, 8-12 × 8-10, pedicello hyalino, dein fuscidulo 10-25 × 2-2,5. 4335

Hab. in foliis Cocoës nuciferæ, Ost-Usambara Africæ orient. (Zimmermann).

27. **Coniothyrium Yuccæ** Speg. Myc. argent. ser. II, 1902, p. 82. — Matrice tota e cinereo albescente, epidermide relaxata tecta; pycnidiis amphigenis, parenchymate denudato insidentibus, subhemisphæricis 100-200 μ. diam. glabris, levibus, astomis, carbonaceis; sporulis elliptico-subglobosis, utrinque obtusissimis, fuligineis, 5-6 × 4, levibus, eguttulatis. 4336

Hab. in foliis emortuis Yuccæ gloriosæ, La Plata Argentinæ.

28. **Coniothyrium concentricum** (Desm.) Sacc. — Syll. III, p. 317. — var. **Pincenectiæ** S. Cam. in d'Almeida Contrib. à la Mycoflore du Portugal 1903, p. 35. — Pycnidiis epiphyllis, sparsis, primum epidermide tectis, demum erumpentibus, majusculis 225-270 × 200-220; sporulis plerumque sphæricis vel raro globoso-ovoideis, initio hyalinis dein luteo-olivaceis, 1-guttulatis, 4,5-6 × 4,5. 4337

Hab. ad folia Nolinæ (Pincenectiæ) tuberculatæ, in horto botanico, Lisboa Lusitaniæ (Goncalves de Souza).

29. **Coniothyrium Xanthorrœæ** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (86). — Maculis pallidis apicibus foliorum; pycnidiis innato-erumpentibus, subhemisphæricis, atris, pertusis 80 μ. ca. diam.; conidiis ovoideis v. ellipsoideis, fuscis, ca. 3-3,5 × 2. 4338

Hab. in foliis Xanthorrœæ gracilis, Eumundi, S. Queensland Australiæ (Pritzel).

30. **Coniothyrium Junci** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, p. 12. — Pycnidiis sparsis circ. 250 μ. diam., irregularibus, subepidermicis, nigris, sed punctum minimum, albidum, centrale ostendentibus; sporulis globosis, olivaceis 1,5-2 μ. diam.; basidiis fasciculatis, filiformibus, 12-15 × 2. 4339

Hab. in scapis Junci baltici, Andrews, Oregon Amer. bor. — Ob pycnidia non bene evoluta ad *Melanconiaceas* vergit.

31. **Coniothyrium gallicola** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 386. 4340
— Pycnidiis gallicolis sparsis, innato-erumpentibus, ovoideis, fuscis, membranaceis, 140-150 μ. diam.; sporulis oblongis subfusoideis, rectis vel curvulis, continuis, fuscidulis, 4-5 × 1 $^1/_2$-2.

Hab. in gallis floralibus Cyperi sp. St. Clara Rio Juruá Amazoniæ.

32. **Coniothyrium Stiparum** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 82. 4341
— Pycnidiis vix ad hypophyllum obsolete manifestis, 90 μ. diam, tenuiter membranaceis, parenchymaticis, olivaceis, ostiolo minuto matricis superficiem attingente sed non exserto pertusis; sporulis rectis vel curvulis, 14-16 × 4, eguttulatis, obtusis, chlorinis.

Hab. in foliis vaginisque aridis Stipæ quadrifariæ, Sierra Curàmalal Argentinæ.

33. **Coniothyrium Polypodii** Ferraris, Malp. 1904, p. 494. — Pycnidiis 4342
globosis, 95-100 μ. diam., perforatis, membranaceis; sporulis ellipsoideis, pallide olivaceis, 4 × 2,5, utrinque rotundatis.

Hab. in pag. sup. frondis Polypodii Dryopteridis, Riva Valdobbia Ital. bor. (Ab. A. Carestia).

34. **Coniothyrium Phyllachoræ** Maubl. Bull. Soc. Myc. 1904, p. 72, 4343
t. VII, f. 7, cl. — Pycnidiis globosis, minimis, fuscis, in stromatibus vetustis *Phyllachoræ Maydis* evolutis immersis, poro pertuso vix emergente; sporulis ellipsoideis, utrinque rotundatis, guttulatis, continuis, brunneis, 6-8 × 4-4,5; basidiis brevibus, vix conspicuis.

Hab. in stromatibus Phyllachoræ Maydis, in Mexico (Doct. Bonansea).

II. *Phyllostictella* Fl. Tassi (ut genus). Species maculigeræ, foliicolæ.

Cl. Tassi (Bull. Lab. Orto bot. Siena 1901, IV p. 4) huc duxit species chromosporas *Phyllostictæ* et species maculigeras phyllogenas *Coniothyrii*. Cum characteres specierum olim descriptarum non sint semper bene definiti, *Phyllostictellam* ut subgenus *Coniothyrii* interim habeo.

35. **Coniothyrium Pruni** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, 4344
Melbourne 1902, p. 84, tab. XV, fig. 3-5. — Maculis rotundatis vel irregularibus, isabellino-griseis, rufo-marginatis, foliicolis vel fructicolis; pycnidiis amphigenis, fere semper epiphyllis, sparsis, minutis, punctiformibus, nigris vel intense rufo-brunneis, fere erumpentibus, globosis, membranaceis, poro pertusis, 130-180 μ.

diam.; sporulis intense brunneis, globosis vel fere ellipticis, 6,5-8 μ. diam. vel 9-11 × 5-6.

Hab. in foliis Pruni Armeniacæ et Pruni domesticæ Ardmona et in fructibus maturis Pruni Armeniacæ, Armadale Australiæ.

36. **Coniothyrium tirolense** Bubák, Œsterr. Bot. Zeitschr. 1904, p. 183. 4345
— Maculis subrotundis, albidis vel pallide ochraceis, præcise limitatis, sæpe concavis, 2-5 mm. latis; pycnidiis sparsis, nigris, innatis, globosis, leviter depressis, 120-250 μ. diam., poro centrali 10-20 μ. diam. pertusis; contextu castaneo-brunneo, parenchymatico, sporulis ovoideis v. ellipsoideis, 4,5-7 × 2-4,5, copiosis, olivaceo-brunneis.

Hab. in foliis vivis Piri communis, socia *Phyllosticta tirolensi* pr. Meran Tiroliæ.

37. **Coniothyrium Vochysiæ** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 4346
1905, p. 70. — Maculis amphigenis, sparsis, rotundatis, albidis, zona fusco-brunnea incrassata cinctis; pycnidiis sparsis, innato-erumpentibus, subglobosis, submembranaceis, atris, ca. 80 μ. diam.; sporulis ovoideis vel ellipsoideis, obtusis, continuis, castaneis, 10-14 × 8-10.

Hab. in foliis coriaceis Vochysiæ spec. Tarapoto Perù.

38. **Coniothyrium Cucurbitacearum** (F. Tassi) Sacc. et D. Sacc. *Phyl-* 4347
lostictella Cucurbitacearum F. Tassi l. c. p. 4. — Maculis variis angulosis, confluentibus, sordidis, demum laceris; pycnidiis epiphyllis, sparsis gregariisque, epidermide velatis, vix erumpentibus, lenticularibus, tenuiter membranaceis, poro pertusis, 120-150 μ. diam.; sporulis ovato-ellipticis, 6-8 × 2,5-3,5 fuligineis.

Hab. in foliis vivis Lagenariæ vulgaris, in horto botanico Siena Italiæ centr.

39. **Coniothyrium Morianum** Traverso in Syd. Ann. Mycol. 1903, 4348
vol. I, n. 3. — Maculis variis, vage delimitatis, sæpe magnis et totum foliorum apicem occupantibus, cinereis; pycnidiis epiphyllis, punctiformibus, prominentibus, epidermide lacerata demum erumpentibus, subglobosis, obsoleto ostiolatis, nigricantibus, 120-200 μ. diam.; sporulis ovato-ellipsoideis, intus nucleolatis dilute olivaceis, 4-5,5 × 3.

Hab. in foliis vivis Osmanthi fragrantis in horto botanico Modena Italiæ bor. (prof. A. Mori, 1899).

40. **Coniothyrium Rhododendri** P. Henn. in Hedw. 1903, p. 220. — 4349
Maculis rotundatis vel oblonge explanatis, griseis, exaridis, zona

fusca cinctis; pycnidiis subhemisphæricis vel subconicis, atris, 120-160 μ. diam.; sporulis subglobosis vel ellipsoideis, fuscis 3,5-4 μ. diam.

Hab. in foliis Rhododendri, in horto botanico Berolini.

41. **Coniothyrium Leucothoes** P. Henn. in Hedw. 1904, pag. 92. — Maculis rotundatis sparsis, interdum confluentibus, albidis, exaridis, brunneo-marginatis 2-6 mm. diam.; pycnidiis subhemisphæricis, hypophyllis, sparsis, atris, pertusis, 80-120 μ. diam.; sporulis fusoideis utrinque obtusis vel acutiusculis, fuscis, 9-12 × 3-3,5. 4350

Hab. in foliis vivis Leucothoes, Tijuca, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

42. **Coniothyrium Coffeæ** A. Zimm. Centralbl. f. Bakter. 1902, VIII, p. 216. — Maculis initio nigrescentibus dein pallide griseis; pycnidiis amphigenis, ostiolis suberumpentibus, nigrescentibus, 80-100 μ. diam., poro 6 μ. lato; sporulis pallide luteo-brunneis, breve ellipsoideis vel subglobosis, 2-3 μ. diam. 4351

Hab. in foliis Coffeæ libericæ, Buitenzorg in insula Java.

43. **Coniothyrium Mattirolianum** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902 pag. 26, tab. II, 13, fig. 1-3. — Pycnidiis sparsis, globosis 150 μ. diam., tenui-membranaceis, pallidis, in macula magna irregulari, ochracea; sporulis numerosissimis, olivaceis, ovoideis 4,5-5,5 × 3. 4352

Hab. in foliis languidis Cynanchi Vincetoxici, Crescentino Ital. bor.

44. **Coniothyrium Amaranti** (Fl. Tassi) Sacc. et D. Sacc. *Phyllosticella Amaranti* Fl. Tassi, l. c. pag. 4. — Maculis orbicularibus, exaridis, linea tenuissima rufo-fusca limitatis, circiter 3-4 mm. diam.; pycnidiis sparsis, paucis, lenticularibus, epiphyllis, pertusis, velatis, nigris 150 μ. diam.; sporulis longe ellipticis, haud raro granulosis, 8-9 × 3, brunneis. 4353

Hab. in foliis vivis Amaranti caudati, in horto botanico Siena Italiæ centr.

45. **Coniothyrium Burchardiæ** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. New S. Wal. 1904, p. 121. — Maculis griseis, vulgo marginatis, elongatis margine lato atro-brunneo cinctis; pycnidiis sparsis minutis, nigris, punctiformibus, initio tectis dein erumpentibus, globosis, membranaceis, parenchymaticis, poro pertusis, 100-140 μ. diam; sporulis numerosis, pallide brunneis, ellipsoideis, 8-9 × 4-5. 4354

Hab. in foliis vivis Burchardiæ umbellatæ, Ringwood Vict. Australiæ (C. French Jr.).

HARKNESSIA Cooke — Syll. III p. 320, X p. 269, XI p. 515.

1. **Harknessia rhoina** E. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 168. — 4355
Pycnidiis epiphyllis, sparsis, mediocribus, ovoideis, basi matrice insculptis, superne prominulis apiceque subrotundo præditis; sporulis ellipsoideis, subinæquilateris, 20 × 10, brunneis; basidiis filiformibus, 25 µ. longis.

Hab. in foliis emortuis Rhois integrifoliæ adhuc pendulis, Claremont Calif. (Baker).

2. **Harknessia? Tetraceræ** E. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 167. 4356
— Amphigene subsuperficialis; pycnidiis nullis?; sporulis in nucleum subsphæricum 1-1,5 mm. diam. nigrum congestis, ovoideis vel ellipsoideis, 12-15 × 6-7, initio hyalinis, dein brunneis, prope medium pallide vacuolatis.

Hab. in foliis Tetraceræ volubilis, Nicaragua (Baker). — Pycnidio deficiente, species potius *Melanconio* adscribenda videtur.

SPHÆROPSIS Lév. em. Sacc. — Syll. III p. 291, X p. 251, XI p. 511, XIV p. 919, XVI p. 905.

1 **Sphæropsis Thalictri** Ellis et Fairm. Journ. of Mycol. 1904, p. 229. 4357
— Pycnidiis sparsis, epidermide supra pycnidia atro-nitidâ (jugiter?) tectis, minutis, 250-350 µ. diam.; sporulis oblongo-ellipsoideis 24 × 10, brunneis.

Hab. in caule emortuo Thalictri sp. Yates, Orleans County N. Y. Amer. bor.

2. **Sphæropsis cerasifolia** Mc Alp Fungus diseases Stone-fr. trees, 4358
Melbourne 1902, p. 104, fig. 112, 113. — Pycnidiis sparsis vel subgregariis, amphigenis in margine brunneo foliorum dispositis, globosis, erumpentibus, nigris, membranaceis, poro circulari donatis, 150-200 µ. diam.; sporulis oblongo-ellipticis vel elongato-piriformibus, utrinque truncatis, interdum basi plus minusve rotundatis, initio granulosis, pallide luteo-brunneolis, 25-30 × 10-12; basidiis hyalinis, tenuibus 17 × 1,8.

Hab. in foliis emortuis Pruni Cerasi, Box Hill Australiæ. — *S. Peckii* Sacc. et *S. cerasinæ* Peck. affinis.

3. **Sphæropsis Persicæ** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, 4359
p. 175. — Pycnidiis dense sparsis, globoso-depressis, 250-300 µ. diam., nigris, in cortice immersis, ostiolo erumpentibus; sporulis intense brunneis, ellipsoideis 8-12 × 18-24, ostiolo expulsis et matricem nigro tingentibus.

Hab. in ramis corticatis emortuis Amygdali Persicæ, Rooks Co., Kansas, Amer. bor.

4. **Sphæropsis Hamamelidis** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena, 1904, pag. 126. — Pycnidiis in cortice subimmersis, complanatis, rotundis, pertusis, nigris, 150-160 μ. diam.; sporulis perfecte globosis, magnis, fuligineis 15-16 μ. diam. 4360

Hab. in cortice Hamamelidis virginicæ, Virginia Amer. borealis.

5. **Sphæropsis Boroniæ** P. Henn. F. Australiæ occid. I, in Hedw. 1901, pag. 97. — Pycnidiis caulicolis, subcutaneo-erumpentibus, gregariis, subglobosis, membranaceis, atris, poro pertusis 70-80 μ. diam.; sporulis subglobosis v. late ellipsoideis, subcastaneis v. atro-rufis, 4-5 × 3,5-4, levibus. 4361

Hab. in ramulis emortuis Boroniæ junceæ, Pert Australiæ occidentalis.

6. **Sphæropsis Dilleniæ** P. Henn. Fungi S. Paulenses I., in Hedw. 1902, pag. 114. — Maculis explanatis, fuscidulis pallescentibus, exaridis, cinnamomeo cingulatis; pycnidiis sparsis, lenticularibus, membranaceis, atris, poro pertusis, 50-70 μ. diam.; sporulis ellipsoideis v. ovoideis, continuis, fuscis, 5-6 × 3-4. 4362

Hab. in foliis Dilleniæ indicæ, in horto botanico S. Paulo Brasiliæ.

7. **Sphæropsis grandinea** E. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 167. — Pycnidiis minutis, 250-330 μ. diam., densiuscule sparsis, peridermium minute bullatim elevantibus sed vix erumpentibus; sporulis ellipsoideis v. subovoideis, 15-20 × 8-10; basidiis obtusis sporulam æquantibus v. paullo superantibus. 4363

Hab. in ramulis Aceris sp., Riverside Ill. Amer. bor. (Harper). — A *Sphæropside Clintonii* pycnidiis tectis, sporulis brevibus etc. mox dignoscenda.

8. **Sphæropsis Evonymi** Gabotto, N. Giorn. bot. ital. 1905, p. 70. — Pycnidiis amphigenis, erumpentibus, atris; sporulis ellipsoideis v. ovoideis, 14-20 × 7-9, fuscis. 4364

Hab. in foliis dejectis Evonymi japonici, Mirabello Piemonte.

9. **Sphæropsis Molleriana** Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 9 (1903). — Dense et late gregaria; pycnidiis subcutaneo-erumpentibus, prominulis, globulosis, obtuse papillulatis, nigris, $^1/_5$ mm. diam.; sporulis obovato-ellipsoideis, apice obtusioribus, 20-26 × 12-14, conti- 4365

nuis, typice 2-guttatis, olivaceo-fuligineis; basidiis bacillaribus, brevibus, 7-10 × 2-3, hyalinis.

Hab. in ramulis emortuis Glycines violaceæ, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ. — Sporulæ jugiter continuæ et brevistipitatæ, hinc non *Diplodiæ* pusio. Species diligentissimo collectori dicata.

10. **Sphæropsis Lespedezæ** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. 4366
Berl. 1900, n. 22, p. 39. — Pycnidiis ramulicolis gregariis, primo tectis, dein suberumpentibus, minutis, atris 70-99, poro pertusis; contextu pseudoparenchymatico, brunneo; conidiis ellipsoideis vel ovoideis, utrinque obtusis, continuis, 4-5 × 3,5.

Hab. in ramis emortuis Lespedezæ bicoloris, in horto botanico berolinensi Germaniæ.

11. **Sphæropsis Magnoliæ** Magnaghi, Contr. micol. Ligustica, pag. 8 4367
(Atti Ist. Bot. Pavia vol. VIII, 1902). — Maculis albis irregularibus; pycnidiis primo subcutaneis dein erumpentibus, subglobosis, nigris, papillatis, magnis; sporulis elliptico-cylindraceis, continuis, 17–19 × 11-12, fuligineo-olivaceis; basidiis brevibus hyalinis.

Hab. in foliis vivis Magnoliæ grandifloræ, Pegli, Italia bor. — Species valde noxia. *Sph. tephrosporæ* B. et C. proxima.

12. **Sphæropsis Grandifloræ** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, 4363
p. 63. — Pycnidiis regulariter in parvulis pustulis sparsis, 99–110 μ. diam., poro pertusis; sporulis oblongo-ellipticis, 15-20 × 8-10.

Hab. in foliis emortuis Magnoliæ grandifloræ, Alabama.

13. **Sphæropsis Chimonanthi** F. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 4369
IV, 1901, p. 9. — Pycnidiis gregariis, ostiolo conoideo elongato donatis, primo tectis, subinde erumpentibus, fuscis 250-300 μ. diam.; contextu sordide fuligineo v. subviolaceo; sporulis ellipticis quandoque inæquilateralibus, utrinque obtuse rotundatis, continuis 20-22 × 10, fuligineis, basidiis cylindraceis hyalinis fultis.

Hab. in seminibus vivis Chimonanthi præcocis, in horto bot. Siena Italiæ centr.

14. **Sphæropsis Calycanthi** Scalia, Fungi Sicil. orient. ser. III, 1902, 4370
pag 11. — Pycnidiis globoso-depressis, utrinque prominulis, epidermide non atrata diu tectis, ostiolatis, atris, punctiformibus, in partibus foliorum exsiccatis sparsis 200–300 μ. diam.; contextu parenchymatico fusco-fuligineo e cellulis polygonalibus, minutis constituto; sporulis continuis, initio hyalinis, postea fulvo-luteolis, denique fuligineis, oblongis sed sæpius ovalibus, apice late rotundatis, basi angustato-truncatulis, 20-24 × 12–13,5, episporio minu-

tissime punctulato præditis, plasmate granuloso, eguttulato farctis; basidiis brevibus, usque 12 μ. long., 3-3,5 μ. cr., teretibus, basi sæpeque inflatulis.

Hab. in foliis fere siccis Calycanthi spec., in horto botanico, Catania Siciliæ.

15. **Sphæropsis begoniicola** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, pag. 63. — Pycnidiis hypophyllis, in maculis indefinite limitatis insidentibus, hemisphærico-prominentibus, deinde collapsis, 400-500 μ. diam., carbonaceo-membranaceis, ostiolo papilliformi instructis; sporulis ellipticis 15-22 × 12, initio fere hyalinis, dein brunneolis. 4371

Hab. in foliis Begoniæ cultæ, Alabama Amer. bor.

16. **Sphæropsis Bupleuri** P. Henn. Hedw. 1902, p. 138. — Pycnidiis gregariis, subcutaneo erumpentibus, minutis, atris, pertusis, ca. 80-100 μ. diam., contextu parenchymatico; sporulis ellipsoideis vel oblongis, utrinque obtusis, primo hyalinis, dein fuscis, continuis 3-4 × 2-2,5. 4372

Hab. in caulibus Bupleuri ranunculoidis, in horto botanico berolinensi Germaniæ.

17. **Sphæropsis stictoides** Earle in New York Bot. Gard. 1902, p. 348. — Maculis nullis; pycnidiis amphigenis, sparsis, nigris, molliusculis 500 μ. diam., per ostiolum erumpentibus, subrotundis subcutaneis; sporulis irregularibus, ovato-oblongis, inæquilateralibus, utrinque subacutis, continuis, brunneis, 26-28 × 9-11; basidiis sporulas subæquantibus, hyalinis, 20 × 2. 4373

Hab. in foliis emortuis dejectis Eucalypti spec. Stanford University Amer. bor.

18. **Sphæropsis Nothofagi** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (86). — Maculis pallide fuscis, indeterminatis v. rotundatis; pycnidiis hypophyllis, sparsis v. gregariis, hemisphæricis, atris, subcarbonaceis, nitentibus, ca. 80-100 μ. diam.; sporulis magnis, oblonge ellipsoideis v. ovoideis, intus guttulatis, continuis, primo hyalinis, dein fuscidulis, 25-32 × 13-18. 4374

Hab. in foliis Nothofagi cliffortioidis, Canterbury, Neu-Seeland Australiæ (L. Diels).

19. **Sphæropsis Salicis** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 175. — Pycnidiis sparsis, globosis, 300-500 μ. diam., intus albis, subcutaneis, in cortice immersis; sporulis oblongo-ellipsoideis, brunneis, 15-22 × 7-10. 4375

Hab. in viminibus Salicis cordatæ, Rockport, Kansas, Amer. bor. — *Sph. salicicolæ* Pass. peraffinis.

20. **Sphæropsis quercicola** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 752 (*Macroplodia*). — Pycnidiis hypophyllis, gregariis, innatis, globuloso-depressis 220 μ. diam., nigris, contextu celluloso; ostiolis circularibus 4–8 μ. præditis, basi circulo nigro ornatis; sporulis hyalinis, in massa dilute brunneolis, ostiolo expulsis, cylindraceis, utrinque attenuatis, continuis, 24 × 4. 4376

Hab. in foliis Quercus Roboris, Bussum Hollandiæ.

21. **Sphæropsis sabalicola** Ell. et Crav. in Journ. of Mycol. 1902, p. 63. — Pycnidiis gregariis 150-200 μ. diam., sæpe 2-4 subseriatis, suberumpentibus, dein deciduis; sporulis oblongo-ellipticis 15-22 × 9-11; basidiis filiformibus, sporulas subæquantibus. 4377

Hab. in Sabalis Adansonii, Beloit Alabamæ.

NÆMOSPHÆRA Sacc. — Syll. III p. 198, X p. 259, XI p. 514.

1. **Næmosphæra lactucicola** Kellerm. Journ. of Mycol. 1904, p. 113, c. ic. — Pycnidiis globoso-piriformibus, rostratis, gregariis, immersis, dein erumpentibus, nigris, fragilibus, 150-250 μ. diam.; rostello conico plerumque dimidium pycnidium æquante; sporulis late ovoideis vel oblongis, continuis, brunneo-olivaceis, 18-24 × 7-12. 4378

Hab. in caulibus emortuis Lactucæ virosæ, Columbus Ohio Amer. bor.

SIROTHECIUM Karst. — Syll. X p. 270.

1. **Sirothecium nigrum** Morgan in Journ. of Mycology 1903, vol. IX, p. 82. — Pycnidiis superficialibus, raro sparsis, gregariis, subglobosis, astomis, glabris, nigris, fragilibus, irregulariter dehiscentibus 100-150 μ. diam.; contextu brunneo; sporulis concatenatis, ægre secedentibus, cylindraceis, utrinque obtusis, dilute fuligineis, 5-6 × 2,5. 4379

Hab. in ligno emortuo Aceris, Preston, Ohio, Amer. bor.

2. **Sirothecium fragile** Morg. in Journ. of Mycol. 1904, pag. 1. — Pycnidiis superficialibus, globosis vel obovoideis, 100-125 μ. diam. in subiculo mycelico albo congestis; contextu levi, nigro, fragili superne evanescenti, inferne persistenti et sporulas conglobatas veluti in cupula ostendenti; sporulis breve cylindraceis, utrinque obtusis, fuligineo-pellucidis 4-5 × 2, basidiis hymenialibus dein in 4380

catenulas longas, ramosas sporularum mutatis; sporulis breve cylindraceis, utrinque obtusis, fumosis, 4-5 × 2.

Hab. in ligno emortuo Nyssæ, Preston, Ohio Amer. bor.

CHÆTOMELLA Fuck. — Syll. III p. 321, X p. 271, XI p. 516, XIV p. 925, XVI p. 912.

1. **Chætomella beticola** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, pag. 8. — Pycnidiis ex ovato conicis, 62 × 37, sessilibus, primo hyalinis, denique ferrugineis, pilis crebris, hyalinis, 40-50 μ. longis, continuis, subinde flexuosis, singulis conidio apicali oneratis, vestitis; conidiis solitariis, oblongis vel ovato-oblongis, utrinque obtusis, castaneis, continuis 10-12 × 6-7; pilis separatim visis *Acremoniellam* genus in memoriam revocantibus; sporulis hyalinis, polymorphis, sphæricis, ellipticis, oblongis, angulatis, vulgo 14 × 11,5. 4381

Hab. in caulibus putrescentibus Betæ vulgaris var. rapaceæ rubræ, Bussum Hollandiæ.

2. **Chætomella horrida** Oud. Fl. Myc. obt. par la culture sur gelatine etc. in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 280, tab. VII, fig. 1-4. — Mycelio repente, ex albo fuscescente, ramoso, septato; pycnidiis 140-180 μ. diam., superficialibus, sparsis, ovatis, astomis, umbrinis, in lumine transmisso fuscis, undique setosis; setis pycnidia alte superantibus, deorsum nigris, luci imperviis, sursum dilutioribus, fuscis v. dilute olivaceis, septatis, junioribus levibus, vetustioribus asperulis, semel v. pluries dichotomis, ramulis ultimis subuliformibus; sporulis late ellipticis, biconvexis, vulgo utrinque subtilissime apiculatis, dilutissime chalybeis, 5,5-7 × 3,5-4; basidiis deorsum fuscescentibus, sursum hyalinis; sporulis triplo longioribus. 4382

Hab. in ligno emarcido Betulæ, prope Bussum Hollandiæ.

3. **Chætomella atra** Fuck. — Syll. III, p. 321. — var. **bambusina** Sacc. et Scalia in Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 9 (1903). — Pycnidiis globulosis, 280-340 μ. diam., aterrimis; setulis 300-400 × 12-14, pluri-septatis; sporulis fusoideis, 13-15 × 2-3, coacervatis olivaceis; basidiis filiformibus usque 20 μ. longis. 4383

Hab. in foliis emortuis Bambusæ viridi-flavescentis, in horto botanico, Coimbra Lusitaniæ.

HAPLOSPORELLA Speg. — Syll. III p. 323, X p. 273, XI p. 516, XIV p. 925, XVI p. 912.

1. **Haplosporella grandinea** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, 4384

p. 63. — Stromatibus dense sparsis 0,5-1 mm. diam., subepidermicis non erumpentibus, in ligno immersis; pycnidiis in stromate 5-6 congestis, 150-200 μ. diam, ostiolo ornatis, raro solitariis; sporulis oblongo-ellipticis, 15-20 × 8-11.

Hab. in ramis Magnoliæ glaucæ, in Alabama Amer. bor. — *Hapl. mexicanæ* affinis.

2. **Haplosporella Wistariæ** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, pag. 175. — Stromate elliptico vel orbiculari, 1-2 mm. diam., in cortice immerso, dein erumpente; pycnidiis 120-150 μ. diam. intus albis; sporulis oblongis 12-16 × 6-7. 4385

Hab. in cortice Wistariæ cultæ, Louisville, Kansas Amer. borealis.

3. **Haplosporella Cercidis** Ell. et Barth. Journ. of Myc. 1905, p. 108. — Stromate minuto 0,7-1 mm. diam, cortice interiore adnato semierumpente et laciniis corticis stellatim cincto; disco albo et ostiolis minutis nigro-punctato; pycnidiis 2-6 in quoque stromate minutis; sporulis oblongis v. ellipsoideis, 12-15 × 5-6. 4386

Hab. in ramis emortuis, Cercidis canadensis, Natoma Kans., Amer. bor. — Ab *Hapl. diatrypoides* differt sporulis paullo majoribus, stromate minori et linea nigra stromatica nulla.

4. **Haplosporella Pruni** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 114, fig. 181-182. — Stromatibus nigris, leviter convexis, subcutaneis dein erumpentibus; pycnidiis 2-3 adnatis, globosis, subcarbonaceis, poro apicali pertusis, 500-600 μ. diam.; sporulis oblongis, continuis, fuligineo-brunneis, 22-24 × 13-15. 4387

Hab. in ramis vivis Pruni domesticæ, Pruni Armeniacæ, Armadale, Victoria Australiæ.

5. **Haplosporella sambucina** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 175. — Stromate in cortice pustulato immerso, orbiculari vel elliptico, 1-2 mm. diam.; pycnidiis 5-10 in stromate congestis, parvulis 250 μ. diam.; sporulis oblongis, 12-15 × 6-7. 4388

Hab. in ramis juvenilibus emortuis Sambuci canadensis, Louisville, Kansas Amer. bor. — *Hapl. alpinæ* E. et E. et *Hapl. seriatæ* Ell. et Ev. affinis.

6. **Haplosporella Justiciæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 385. — Stromatibus carbonaceis, epidermide tectis, subhemisphærico-pulvinatis, innato-erumpentibus, atris, tuberculato-rugulosis, rimosis, $1\,^1/_2$-$2\,^1/_2$ mm. diam.; pycnidiis immersis, globulosis; sporulis cylindraceis, curvulis, obtusis, eguttulatis, hyalino-fuscidulis 4-5 × 1; basidiis hyalinis, brevibus. 4389

Hab. in caulibus Justiciæ cynanthæ, St. Maria, Rio Madeira Amazoniæ.

7. **Haplosporella Jasmini** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 64. 4390
— Pycnidiis ovatis, 6-20 in stromate congestis vel solitariis subrotundis; sporulis oblongo-ellipticis vel ovatis, 18-20 × 8-11.

Hab. in ramulis Jasmini fruticantis, Alabama Amer. bor.

8. **Haplosporella rhizophila** Shear in Bull. of the Torr. bot. Cl. 1902, 4391
pag. 455. — Stromatibus gregariis vel congestis, erumpentibus, pulvinato-verrucosis 0,5-1,5, carbonaceis, brunneo-nigris, subpulverulentis; ostiolo inconspicuo, planiusculo v. paullo prominente; sporulis oblongo-ellipticis, inæquilateralibus, intense olivaceis vel brunneis 15-21 × 6-8, 1-guttulatis; basidiis abundantibus sporulâ longioribus, 2-2,5 μ. diam.

Hab. in ligno emortuo Ulmi, Lincoln, Nebraska Amer. bor.

9. **Haplosporella diatrypoides** Ell. et Barth., Journ. of Myc. 1905, 4392
p. 108. — Stromate suborbiculari nigro 1-1,5 mm. diam., cortice interiore immerso, linea nigra, lignum non penetrante circumscripto, nitio epidermide tecto dein erumpente et discum cinereo-album ostiolis punctiformibus pertusum revelante; pycnidiis minutis 4-10 in quoque stromate; sporulis oblongis, v. oblongo-ellipsoideis, læte brunneis, 10-14 × 5-6.

Hab. in ramis emortuis Ulmi rubescentis, Natoma Kans. Amer. bor. — Habitus fere *Diatrypes albo-pruinosæ*.

10. **Haplosporella violacea** Massee, Kew. Bull. 1901, p. 165. — Stro- 4393
mate nigro in cortice 2-3 mm. immerso; pycnidiis globosis, atris, in stromate atro pulvinato erumpente aggregatis; sporulis ellipticis vel rotundatis, sordide violaceis, glabris, continuis, 18-22 × 10-12, in basidiis conicis hyalinis acrogenis.

Hab. in ligno emortuo in horto botanico Aburi, Gold Coast Africæ occident. — *H. chlorostromæ* Speg. affinis.

11. **Haplosporella bogoriensis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 233, 4394
Ic. fung. Jav. t. LX, fig. 4. — Acervulis inæqualiter gregariis erumpentibus, pulvinatis, 1-2 mm. diam., intus et extus aterrimis; pycnidiis in quoque acervulo 10-15, globulosis, obtusis, obsolete ostiolatis, 250-300 μ. diam.; sporulis obovatis, apice obtusioribus, continuis, 21-24 × 9-10, atro-fuligineis; basidiis . . . .

Hab. in cortice crassiore arboris cujusdam, in horto botanico Bogoriensi Javæ.

12. **Haplosporella palmicola** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 4395
1905, pag. 70. — Stromatibus erumpenti-superficialibus, gregariis

rotundato-pulvinatis v. confluentibus, 1-3-ostiolatis, 1-2 mm. diam., atro-fuscis; pycnidiis subglobosis, immersis; sporulis fusoideis vel clavatis, sæpe utrinque vel basi apiculatis, atris, 14-20 × 7-10.

Hab. in petiolis putridis Palmarum, Rio Juruá Amazoniæ.

13. **Haplosporella rugosa** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 385. 4396
— Stromatibus epiphyllis gregarie sparsis, pulvinatis, rugoso-tuberculatis, rimosis, atro-carbonaceis, opacis, 1-2 mm. diam.; pycnidiis immersis; sporulis angulato-globosis, continuis, levibus, brunneo-fuscis, 8-11 μ. diam.

Hab. in foliis Lepidocaryæ sp, Marmellos, Rio Madeira Amazoniæ. — Ab *H. dothideoidi* omnino diversa; certe st. pycnidicus *Dothideaceæ* cujusdam.

14. **Haplosporella Astrocaryi** P. Henn. Hedw. 1904, p. 92. — Stro- 4397
matibus amphigenis, subgloboso-pulvinatis, superficialibus, fuscis, olivaceo-furfuraceis, rugulosis, ca. 1 mm. diam.; pycnidiis immersis, globulosis; sporulis subglobosis angulatis, olivaceo-castaneis 10-14 × 8-12; basidiis ex hyalino fuscidulis, paraphysibus obvallatis subulatis, apice fuscidulis ca. 60 × 3-4.

Hab. in foliis Astrocaryi, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

15. **Haplosporella Fautreyana** Allesch. Rabh. Krypt. Fl. ed. II, 1901, p. 69. — Huc ducenda est *Sphæropsis Æsculi* Fautr. et Roum. — Syll. XI p. 512 — nec Cooke et Massee.

Sect. 3. Phæodidymæ.

DIPLODIA Fr. — Syll. III p. 329, X p. 275, XI p. 518, XIV p. 927, XVI p. 915.

1. **Diplodia Fairmani** E. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 168. — 4398
Pycnidiis sparsis, minutis, 0,5 mm. diam., epidermide pustulatim elevata tectis, demum erumpentibus; sporulis ellipsoideis, 1-septatis, constrictis, brunneis, 20 × 10.

Hab. in caule emortuo Menispermi canadensis, Lyndonville N. Y. Amer. bor.

2. **Diplodia Xanthoxyli** P. Henn. Hedw. 1902, p. 137. — Pycnidiis 4399
erumpentibus, hemisphæricis, atris, epidermide fissa velatis, 70-100 μ. diam.; sporulis ellipsoideis v. subfusoideis, utrinque obtusis, medio 1-septatis, haud septatis, 17-21 × 10-12, olivaceo-fuscis.

Hab. in ramis Xanthoxyli Bungei, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

3. **Diplodia Exochordæ** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. Berl. 1900 n. 22, p. 39. — Pycnidiis subcutaneis, erumpentibus, subcarbonaceis, hemisphæricis, atris, ca. 200-300 μ. diam.; conidiis ellipsoideis v. ovoideis, utrinque obtusis, medio 1-septatis, vix constrictis, melleis, dein fuscis, 18-23 × 11-14; basidiis fasciculatis, brevibus hyalinis. 4400

Hab. in ramis emortuis Exochordæ Alberti, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

4. **Diplodia? Spinulosæ** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 145. — Pycnidiis gregariis, amphigenis, depresso-subglobosis, atris, rugulosis 0,4-1 mm. diam., subcarbonaceis; sporulis ovoideis, utrinque rotundatis, medio 1-septatis, vix constrictis, hyalino-fuscidulis, 14-18 × 8-11. 4401

Hab. in foliis Pruni spinulosæ, Numayama-zeki et Sakawamachi in prov. Tosa Japoniæ (Yoshinaga).

5. **Diplodia spiræina** Sacc. — Syll. III, p. 342, cfr. Scalia Mycetes siculi novi II, 1903, p. 3. — Pycnidiis 350 μ. longis, 240-250 μ. latis 130-140 μ. altis; sporulis 1-septatis, oblongis, 18-21 × 9-10 v. fere obovatis 20 × 14 castaneo-umbrinis; basidiis circ. 10 μ. longis, cylindraceis vel sæpeque papillæformibus, hyalinis.

Hab. in ramulis exsiccatis Spirææ ulmariæ, Cibali prope Catania Siciliæ.

6. **Diplodia Comari** P. Henn. Hedw. 1903, p. 220. — Pycnidiis innato-erumpentibus, gregariis vel sparsis, subhemisphæricis, atris, ca. 250 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, medio 1-septatis, constrictis, olivaceo-fuscis, dein atro-castaneis, 16-22 × 8-12. 4402

Hab. in ramulis Comari palustris, in horto botanico Berolini.

7. **Diplodia Auerswaldii** Bäumler, Beitr. z. Cryptog. Fl. des Presb. Comit. 1902, p. 45. — Pycnidiis dense gregariis, innatis, ostiolo papillato erumpentibus et epidermidem minute atro-pustulatam reddentibus, 250-400 μ. diam., ostiolo papillato 150-180 μ. diam.; contextu parenchymatico stratoso, brunneo; sporulis ovoideis, utrinque rotundatis, 18-20 × 8-10, uniseptatis, crasse guttulatis, brunneolis, cellula inferiore apice leviter acutata; basidiis 10-16 × 4, flavidis. 4403

Hab. sub cortice levigato Cytisi Laburni, Friedhofe, Presburg Hungariæ. — A *Dipl. Cytisi* differt basidiis et ostiolo valde crasso. Pycnidia mycelio, brunneo 4 μ. crasso cincta.

8. **Diplodia Cytisi** Auersw. in Fuck. f. Rhen. p. 539. — Syll. II, p. 308, nomen, cfr. Bäumler Beitr. z. Cryptog. Fl. des Presb. Comit. 1902, pag. 45-46. — Pycnidiis subglobosis 360 μ. diam.; sporulis oblongo-ovoideis 20 × 8–10; basidiis obsoletis v. nullis.

Hab. in ramis corticatis Cytisi Laburni in Germania.

9. **Diplodia Ceratoniæ** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1902, v. p. 81. — Pycnidiis sparsis gregariisve per corticem erumpentibus, atris, subcarbonaceis, papillulatis 300-450 μ. diam.; sporulis oblongis, utrinque rotundatis, 1-septatis, non v. lenissime constrictis, 15-24 × 9-11, intense fuligineis; basidiis brevibus, basi fasciculatis, sæpe constricto-septatis, hyalinis. 4404

Hab. in ramis siccis Ceratoniæ Siliquæ, in horto botanico Senensi Italiæ.

10. **Diplodia Jatrophæ** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 53. — Maculis fuscidulis explanatis; pycnidiis gregariis vel sparsis, hemisphæricis vel subglobosis, atris, ca. 250–350 μ. diam.; sporulis ovoideis vel ellipsoideis, primo hyalinis, dein fuscis, septatis, haud constrictis, 15–23 × 10-12. 4405

Hab. in floribus Jatrophæ multifidæ, Dar-es-Salăm Zanzibar Africæ orient. (Holtz).

11. **Diplodia Siphonis** P. Henn. Abh. des Bot. Ver. der Prov. Brand. XLV, 1903, p. XVI. — Pycnidiis subcutaneo-erumpentibus, subhemisphæricis, atris, ca. 250-300 μ. diam.; sporulis oblonge ovoideis vel ellipsoideis, utrinque obtusis, primo hyalinis continuisque dein medio 1-septatis, parum constrictis, atris, 18-22 × 8-12; basidiis bacillaribus, continuis, hyalinis 4406

Hab. in ramulis emortuis Aristolochiæ Siphonis, Rheinsberg Germaniæ.

12. **Diplodia Ochrosiæ** Massee in Kew Bull. 1901, p. 161. — Pycnidiis in corticem immersis, 2-3-aggregatis, globosis, ostiolo minuto papillulato, coriaceo-membranaceis, atris, 300 μ. diam.; sporulis ellipticis vel ovoideis, utrinque obtusatis, glabris, 1-septatis nec constrictis, subopacis e fusco violaceis, basidiis brevissimis hyalinis suffultis, 25-30 × 12-16. 4407

Hab. in fructibus Ochrosiæ ellipticæ in Nova Caledonia (Webb).

13. **Diplodia coffeicola** Zimm., Centralbl. f. Bakter. II, 1902, p. 216. — Pycnidiis subcutaneis, demum ostiolo papillato emergentibus, globosis v. leviter depressis, solitariis v. in greges parvos hinc inde approximatis, nigris, 40-56 μ. diam., 50-56 μ. alt.; sporulis ovoi- 4408

deis, obtusis, initio continuis, hyalinis, demum 1-septatis et atro-olivaceis v. subnigris, medio non constrictis, 24 × 12.

Hab. in fructibus atratis Coffeæ libericæ, Buitenzorg Javæ.

14. **Diplodia atro-cærulea** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 64. 4409
— Pycnidiis innatis, superne erumpentibus, dein liberis, ovato-ellipticis, brunneo-nigris; sporulis superficiem ramorum nigrificantibus, plus minusve distincte longitudinaliter striatis, 18-22 × 12, atro cæruleis.

Hab. in ramulis Daturæ Stramonii, Alabama.

15. **Diplodia Arthrophylli** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 233, 4410
Ic. fung. Jav. t. LXI, f. 1. — Pycnidiis hinc inde gregariis, subcutaneis, dein suberumpentibus, globulosis, brevissime papillatis, nigris 250 μ. diam.; sporulis ellipsoideis utrinque obtuse rotundatis, diu continuis, hyalinis, tandem fuligineis, 1-septatis, 25-27 × 12-14, paraphysibus filiformibus sporulas superantibus intermixtis; basidiis bacillaribus, 25–28 × 2, hyalinis.

41. **Ascochyta Viburni** (Roum.) Sacc. — Syll. III, p. 387. — var. **lantanigena** Kab. et Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 184. — A typo differt maculis suborbicularibus v. anguloso-orbicularibus, alutaceis, v. brunneolis superne distinctioribus, e centro arescentibus purpureo-brunneo-marginatis, sæpe confluentibus; pycnidiis epiphyllis typice densiuscule gregariis, 60-170 μ. diam. contextu brunneolo, parenchymatico; sporulis 6-11 × 3-4, oblonge cylindraceis, utrinque rotundatis, 1-septatis, non constrictis, hyalinis. 4509

Hab. in foliis vivis Viburni Lantanæ pr. Birchabruck Eggental Tiroliæ (E. Kabàt).

42. **Ascochyta Oxycocci** P. Henn. Hedw. 1902, p. 137. — Pycnidiis hypophyllis, sparsis, subhemisphæricis, erumpentibus, atris, poro pertusis; sporulis ellipsoideis v. ovoideis, hyalinis, guttulatis, 1-septatis, haud constrictis, 11-13 × 7-8. 4510

Hab. in foliis Oxycocci macrocarpi, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

43. **Ascochyta Coffeæ** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 307. — Maculis subrotundatis, pallidis, zona brunnea cinctis; pycnidiis sparsis, innatis, epidermide tectis, membranaceis, subgloboso-lenticularibus, poro pertusis, atris, ca. 70-80 μ. diam.; sporulis ellipsoideis vel ovoideis, utrinque obtusis, primo continuis, dein medio septatis, haud constrictis, hyalinis, biguttulatis, 4-6 × 2,5-3. 4511

Hab. in foliis Coffeæ arabicæ, S. Paulo Brasiliæ.

44. **Ascochyta Boopidis** F. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1901, p. 10. — Pycnidiis sparsis, epidermide tectis, lenticularibus, nigris, 60-80 μ. diam.; sporulis bacillaribus, rectis, utrinque obtusiusculis, medio 1-septatis, non constrictis 2 vel 4-guttulatis, 6-8 × 3. 4512

Hab. in bracteis emortuis Boopidis anthemoidis, Argentina.

45. **Ascochyta Scorzoneræ** Rostr. Mykol. Meddel. IX, 1905, p. 312 (Bot. Tidsskr.). — Maculis irregularibus, brunneis, fusco-cinctis; pycnidiis sparsis, innatis, fuscis; sporulis ovoideo-oblongis, 1-septatis, 7-9 × 3-4, hyalinis. 4513

Hab. in foliis Scorzoneræ hispanicæ, Lyngby in Seelandia Daniæ.

46. **Ascochyta Cryptostemmatis** Mc Alp., Proc. of the Linn. Soc. of N. S. Wales 1903, p. 95. — Maculis irregularibus, intense coloratis, hypophyllis; pycnidiis nigris, punctiformibus, erumpentibus, sparsis vel gregariis, depresso-globosis, membranaceis, fragilibus, poro 4514

pertusis, 140-170 μ. diam.; sporulis hyalinis, cylindricis, utrinque rotundatis, rectis, 1-septatis, non constrictis, 7-10 × 2,5-3.

Hab. in foliis Cryptostemmatis calendulacei, Doncaster, Victoria Australiæ.

47. **Ascochyta Phytolaccæ** Sacc. et Scalia in Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 10 (1903). — Maculis marginalibus, arescendo infuscatis; pycnidiis epiphyllis, sparsis, globulosis, atris, poro pertusis, 140-175 μ. diam., epidermide initio velatis; contextu parenchymatico fumose atro; sporulis oblongis, apice sæpe obtusioribus, 7,5-9 × 2,5-3, hyalinis, initio continuis, dein tenuiter 1-septatis; basidiis brevissimis. 4515

Hab. in foliis languidis Phytolaccæ decandræ, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ.

48. **Ascochyta Fagopyri** Bres. — Syll. XI, p. 525. — f. **italica** Traverso in Annal. Mycol. 1903, p. 312. — A typo differt sporulis minoribus, 10-14 × 3-3,5 et non constrictis. 4516

Hab. in foliis Fagopyri esculenti prope Sondrio Italiæ borealis.

49. **Ascochyta Basellæ** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 114. — Maculis rotundatis, fuscidulis, pallescentibus, exaridis, zona fusca circumdatis; pycnidiis lenticularibus, flavo-fuscis, poro pertusis, 120-140 μ. diam.; sporulis ovoideis v. ellipsoideis, hyalinis, 1-septatis haud constrictis, 6-7 × 3-4. 4517

Hab. in foliis Basellæ rubræ?, in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

50. **Ascochyta Chenopodii** Rostr. Mykol. Meddel. IX, p. 311 (Bot. Tiddskr. 1905). — Maculis epiphyllis, orbicularibus, arescendo pallentibus, flavo-marginatis; pycnidiis numerosis, centralibus, fuscis; sporulis cylindraceo-oblongis, sæpe inæqualibus, hyalinis, 1-septatis, 10-20 × 5-6. 4518

Hab. in foliis Chenopodii glauci, Ch. albi et Atriplicis littoralis, Aarhus Daniæ.

51. **Ascochyta Atriplicis** Diedicke, Ann. Mycol. 1904, p. 180, fig. 1. — Maculis suborbicularibus v. nervo limitatis semiorbicularibus, sæpe confluentibus, ochraceis, centro pallescentibus, atro-marginatis; pycnidiis epiphyllis, maculas fere obtegentibus, ostiolo 15 μ. lato, conico prominulo emergentibus, 120-150 μ. diam.; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis curvulisve, bilocularibus, medio plerumque constrictis, 4-6-guttulatis, 15-26 × 4. 4519

Hab. in foliis vivis Atriplicis hastatæ, Erfurt Thuringiæ.

52. **Ascochyta Humuli** Kab. et Bub. Hedw. 1904, p. 419. — Maculis 4520
epiphyllis versiformibus, sæpe irregulariter rotundatis, initio viridulis, dein sordide ochraceis arescendo cinerescentibus, zona brunnea plus minus distincte marginatis, vulgo confluentibus; pycnidiis epiphyllis sparsis, globulosis, leniter impressis, 80-140 μ. latis, pallide brunneis, epidermide velatis, breve papillatis; contextu laxe parenchymatico, flavido; sporulis copiosis, primo 1-cellularibus, ovoideis, ellipsoideis v. breve cylindraceis, rectis curvulisve, dein 1-septatis plus minus constrictis, 7-15 × 3-5, hyalinis.

Hab. in foliis Humuli Lupuli prope Turnau Bohemiæ. — Sporulæ juniores minores, continuæ.

53. **Ascochyta Salicorniæ** P. Magn. in Jaap. in Schrift. Naturw. Ve- 4521
reins Schlesw. Holst. XII, 1902, p. 30, fig. 1-3 (absque diagnosi). — Pycnidiis nigris punctiformibus, sparsis, innatis, ostiolo vix emergente, 112 μ. diam., tenui-membranaceis; sporulis biloculatibus (rarissime trilocularibus) 14-15 × 3,5-4, utrinque rotundatis, non constrictis, hyalinis, plerumque 4-guttulatis.

Hab. in internodiis inferioribus Salicorniæ herbaceæ pr. Harneby insulæ Röm Frisiæ (Jaap). — Forte pycnidium *Sphærellæ Salicorniæ* Auersw. — Forma **Salicorniæ-patulæ** Trott., Ann. Mycol. 1904, p. 536 et 1905, p. 30: pycnidiis sphæroideis, 160-200 mm. cr., brunneis; sporulis oblongo-cylindraceis, utrinque obtusatis, hyalinis, non guttulatis, 1-septatis, ad septum non v. vix constrictis, loculo inferiori quandoque paullo angustiori, 9-14 × 3,5-4. In caulibus Salicorniæ patulæ in litore « lacus salsi » Wansleben Saxon. bor., socia *Uromycetis Salicorniæ* (J. Kunze, Fungi select. exsicc. n. 214).

54. **Ascochyta ? conorum** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 73. — Pycni- 4522
diis erumpentibus, sparsis vel gregariis, subglobosis, atro-olivaceis 100-130 μ.; sporulis fusoideis utrinque acutis, medio 1-septatis, 8-12 × 3-3,5; basidiis filiformibus ca. 20 × 0,5.

Hab. in squamis conorum Abietis excelsæ, Michailowskoje, in ditione Mosquensi Rossiæ.

55. **Ascochyta Herreana** P. Henn. et Star. in litt. — Maculis pallide 4523
brunneis, atro-marginatis, subrotundis vel irregularibus, 10 mm. vix attingentibus, amphigenis, sed plerumque epiphyllis; pycnidiis gregariis, atro-brunneis, hemisphæricis, 80-90 μ. diam., poro pertusis, membranaceis; sporulis ellipsoideis v. ovoideis, hyalinis, bicellularibus, 9-15 × 5.

Hab. in foliis Funkiæ ovatæ in hortis cultæ, Dessau Germaniæ.

56. **Ascochyta Aphyllanthis** P. Henn. Hedw. 1902, pag. 137. — Pycnidiis subcutaneo-erumpentibus, membranaceis, atris, punctiformibus, subhemisphærico-globosis, poro pertusis ca. 100 μ diam.; sporulis oblonge subfusoideis, utrinque obtusiusculis, medio 1-septatis, haud constrictis, 12-14 × 3-3,5, hyalinis. 4524

Hab. in petiolis Aphyllanthis monspeliensis, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

57. **Ascochyta graminicola** Sacc. — Syll. III, p. 407 — var. **aciliolata** d'Almeida et S. Cam., in Revista agronomica 1903, n. 3, p. 92, tab. X, fig. 3-4. — Amphigena; pycnidiis plerumque gregariis, globoso-depressis, pertusis, atris, 105-145 × 95-115; sporulis oblongo-cymbiformibus, leniter constrictis ad septum, binucleatis, utrinque rotundatis, 15-18 × 4,5-6; basidiis non visis. 4525

Hab. in foliis Lolii italici, L. perennis et Festucæ pratensis, Lisboa Lusitaniæ (A. S. Bariona de Freitas). — A typo differt, præcipue sporulis longioribus amplioribusque, a var. *Holci* Sacc. pycnidiis majoribus et sporulis crassioribus et a var. *ciliolata* Sacc. sporulis haud penicillatis.

58. **Ascochyta Ducis-Aprutii** Mattirolo in Osserv. scient. durante la spediz. polare S. A. R. Amedeo di Savoia, duca degli Abruzzi, Milano 1903, p. 682-685, cum ic. — Pycnidiis sparsis, epidermide velatis, punctiformibus, globosis, umbrino-fuligineis, mycelio basilari, radiante cinctis, poro apicali pertusis; sporulis cylindrico-fusoideis 30-35 × 9, medio septatis et vix constrictis, rectis curvulisve, hyalinis, minutissime granulosis; basidiis brevissimis. 4526

Hab. in foliis emortuis graminum? in regionibus hyperboreis, ad caput Säulen, 24 julio 1900. — Socia adest *Sphærella Tassiana* De Not., cujus forte pycnidium.

II. *Ascochytella* Fl. Tassi (ut gen.). Sporulæ dilute coloratæ.

Teste cl. prof. Tassi (Bull. Lab. Ort. bot. Siena, 1902, p. 27) huc spectant: *Ascochyta Aquilegiæ* (R. et P.), *A. Camelliæ* (Pass.), *A. canthiifolia* (C. et M. sub Diplodia). *A. Phyllostictæ* (Cooke sub Diplodia), *A. depazeoides* (D. et M. sub Diplodia), *A. ligustrina* (Pass.), *A. Passeriniana* (Thüm. sub Diplodia), *A. pinnarum* (Pass. sub Diplodia), *A. Sambuci* (Sacc.), *A. Unedonis* (Sacc.), *A. vicina* (Sacc.), *A. maculicola* (Wint. sub Diplodia), *A. destruens* (Mac Alp. sub Diplodia).

59. **Ascochyta Davidiana** Kabát et Bubák Oesterr. bot. Zeitschr. 1904, 4527

pag. 4. — Maculis epiphyllis elliptico-rotundis, brunneolis, zona saturatiore cinctis, confluentibus, demum sæpe evanescentibus et folium totum griseum reddentibus; pycnidiis sparsis v. gregariis, ochraceis, globosis, 100-180 μ. diam., immersis, epidermide velatis, dein utrinque prominulo-erumpentibus; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis curvulisve, 10-18 × 4,5-6, constrictulo-1-septatis, 2-pluriguttulatis, hyalinis v. dilute olivaceis.

Hab. in foliis emortuis Clematidis Davidianæ cultæ pr. Turnau Bohemiæ. — Sporulæ in cirrum sordide roseum sæpe eructatæ.

60. **Ascochyta Dicentræ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 7. — Py- 4528
cnidiis in maculis pallescentibus sparsis, subcutaneo-erumpentibus, vulgo in longitudinem compressis ideoque longioribus quam latioribus, nigris, poro apicali hiantibus, in luce pervio pallidis; sporulis cylindraceis, utrinque rotundatis, medio septatis, dilute olivaceis, 7-12 × 2,5.

Hab. in ramis Dicentræ spectabilis, Nunspeet Hollandiæ. — Septum ægre sine jodi applicatione distinguendum.

61. **Ascochyta ovalispora** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, 4529
Melbourne 1902, pag. 104, fig. 114. — Pycnidiis minutis, nigris, innatis, membranaceis, poro apicali donatis; sporulis pallide griseis, ellipticis v. ovatis, 1-septatis, non constrictis, raro 2-septatis, 7-9 × 3-4.

Hab. in foliis Pruni Cerasi et Pruni domesticæ, Buruley et Armadale, Victoria Australiæ. — Ab *A. chlorospora* satis distincta.

62. **Ascochyta Arunci** Sacc. in D. Sacc. Myc. ital. n. 1324 et Ann. 4530
Mycol. 1904, p. 16. — Maculis caulogenis, orbiculari-sinuosis, albicantibus, margine angusto subelevato concolori cinctis; pycnidiis laxe gregariis, punctiformibus, nigricantibus, e globoso lentiformibus, 250-300 μ. diam., poro rotundo pertusis; contextu minute celluloso, circa porum densiore; sporulis tereti-clavulatis, utrinque obtusulis, 6,5-7 × 2, medio leniter constrictis, dilutissime chlorinis.

Hab. in caulibus adhuc virentibus Spirææ Arunci, Selva (Treviso) Ital. bor. (Antonia Saccardo).

63. **Ascochyta tirolensis** Bubák, Oesterr. Bot. Zeitschr. 1904, p. 181. 4531
— Maculis epiphyllis, minutis, 1-5 mm. lat., oblongo-rotundatis, albidis, zona irregulari brunnea cinctis; pycnidiis amphigenis, nigris, globosis, subapplanatis, contextu parenchymatico, castaneo;

poro 15-20 μ. diam., obscurius marginato; sporulis cylindraceis, rectiusculis, utrinque rotundatis, diu continuis, hyalinis, dein 10-15 × 4-4,5, 1-septatis non v. vix constrictis, fumoso-griseis.

Hab. in foliis Bryoniæ dioicæ pr. Meran Tiroliæ.

64. **Ascochyta ricinella** Sacc. et Scalia in Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 10 (1903). — Caulogena, in areis latis dealbatis gregaria; pycnidiis globoso-depressis v. suboblongis, punctiformibus, atris, 170-240 μ. diam.; contextu tenui parenchymatico, fuscidulo, circa porum orbicularem saturatiore; sporulis copiosissimis, oblongis vel subpiriformibus, apice obtusioribus, 1-septatis, non constrictis, 10-12 × 3-4, ex hyalino dilute chlorinis; basidiis brevissimis. 4532

Hab. in caulibus emortuis v. morientibus Ricini communis, var. in horto botanico Coimbra Lusitaniæ.

65. **Ascochyta fœniculina** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. New S. Wales 1904, p. 119. — Pycnidiis subgregariis, erumpentibus dein superficialibus, punctiformibus, pallide olivaceis sub luce transmissa, globoso-lenticularibus, membranaceis, parenchymaticis, 100-150 μ. diam., poro pertusis; sporulis olivaceis, cylindraceis, rectis curvulisve ad septum non v. vix constrictis, rarius septo altero divisis, 2-guttatis, plerumque 14-17 × 6-6,5. 4533

Hab. in fructibus Fœniculi vulgaris, Armadale, Victoria Australiæ. — Ab *A. Ferulæ* differt, quia non maculicola nec caulicola prætereaque quia sporulæ chlorinæ nec hyalinæ.

66. **Ascochyta arida** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, p. 553. — Maculis brunneis, aridis, dein perforatis, ellipticis vel irregularibus, sæpe confluentibus et pustulas minutas, nigras, efficientibus; pycnidiis aurantiaco-brunneis, depressis, globosis, erumpentibus, membranaceis, ore rotundo papillato donatis, 170 μ. d.; sporulis hyalinis, (acervatis pallide griseis) oblongis, 1-septatis, non constrictis, utrinque rotundatis, 2-guttulatis, 17-19 × 4-4,5. 4534

Hab. in foliis languidis et in caulibus emortuis siccis Nicotianæ glaucæ, Swan Hill in Victoria Australiæ. — Ab *Asc. Nicotianæ* Pass. satis distincta.

67. **Ascochyta Mœllendorfii** Ruhland, Verh. Brandbg. 1901, vol. XXXXIII, p. 105. — Pycnidiis globosis, 0,2-0,3 mm. latis, atris, sparsis vel subgregariis, punctiformi-emergentibus; sporulis bacillari-ellipticis, 10-15 × 4-6, medio 1-septatis, plerumque non constrictis, dilutissime fusco-chlorinis. 4535

Hab. ad caulem et folia Corispermi hyssopifolii, ad Halensee pr. Berlin, autumno 1901 (Moellendorf).

68. **Ascochyta cycadina** Scalia, Fungi Sicil. orient. ser. III, 1902, p. 12. — Pycnidiis epiphyllis, atris, punctiformibus, in maculis irregularibus dealbatis, purpureo-marginatis, sparsis v. confluentibus, globoso-depressis, usque 300 μ. diam, ostiolo orbiculari pertusis, diu velatis; contextu parenchymatico olivaceo-fuscidulo, e cellulis minutissimis polygonalibus constituto; sporulis oblongis utrinque rotundatis, sæpeque basi subacutis, 1-septatis, medio parum v. non constrictis, dilute citrino-stramineis, 10-13 × 3-4; basidiis subæquilongis, filiformibus suffultis. 4536

Hab. in foliis Cycadis revolutæ, Catania Siciliæ.

69. **Ascochyta Kentiæ** Maublanc in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. III, p. 293, tab. XIV, fig. 4. — Maculis amphigenis, elongatis, pallidis, atro brunneo-cinctis; pycnidiis sparsis, nigris, globoso-depressis, epidermide tectis, 100-125 × 60-80; sporulis fusoideis, obtusis 1-septatis, non constrictis, demum pallide chlorinis, 8-12 × 2-3,5; basidiis brevibus, rectis. 4537

Hab. in foliis vivis Kentiæ cujusdam in Algeria.

70. **Ascochyta Raphiæ** F. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 10. — Pycnidiis sparsis gregariisve, tectis, globulosis, nitidulis, nigris 80-100 μ. diam.; sporulis oblongis, utrinque attenuatis, rectis, medio 1-septatis, haud constrictis, 10-12 × 2-3, hyalinis v. dilute chlorinis. 4538

Hab. in fibra textili putrida ex palma Raphia, in horto bot. Siena Italiæ centr.

71. **Ascochyta confusa** E. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 168. — Maculis amphigenis, rotundis v. irregularibus, 2-5 mm. diam., albis, tenuibus, subdiaphanis, margine angusto atro-brunneo, elevato; sporulis ovoideo-ellipticis, fumose hyalinis, 7-12 × 3,5-4,5. 4539

Hab. in foliis Smilacis hispidæ, Yates N. Y. Amer. bor.

72. **Ascochyta Smilacis** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, p. 12. — Maculis minimis 1-4 mm. diam., irregularibus, isabellino-albidis, brunneo-marginatis; margine 1-2 cm. æqualiter lato; pycnidiis sparsis, epiphyllis facile visis in utraque pagina fol., punctiformibus, nigris; sporulis ellipticis, obtusis, fuscescenti-hyalinis, 1-septatis, non constrictis, 6-8 × 4. 4540

Hab. in foliis vivis Smilacis hispidæ, Yates Amer. bor.

73. **Ascochyta Cliviæ** Magnaghi, Contr. Mic. Ligustica pag. 9 (Atti Ist. Bot. Pavia vol. VIII, 1902). — Maculis amphigenis, subcircularibus sinuosisve, arescendo dealbatis, margine ochraceo elevato; pycnidiis sparsis, paucis, lenticularibus 120-130 μ. diam.; 4541

sporulis oblongis, utrinque obtusis, 9-10 × 2-3, uniseptatis, non constrictis, dilute olivaceis, rarissime bi-septatis.

Hab. in foliis vivis Cliviæ nobilis, Pegli Italia bor.

74. **Ascochyta Anthistiriæ** Mc Alp. Proceed. Linn. Soc. of N. S. Wales 1903, p. 95. — Pycnidiis nigris, erumpentibus, sparsis, elongatis, lenticularibus, depressis, membranaceis, poro pertusis, 150-175 × 105-115; sporulis pallide olivaceis, ellipticis, 1-septatis, ad septum non constrictis, utrinque rotundatis, 10-11 × 4-4,5. 4512

Hab. in foliis arescentibus Anthistiriæ australis, Leongata, Victoria Australiæ. — Verisimiliter stat. pycnid. *Sphærellæ Anthistiriæ* Mc Alp., cui socia est.

DIPLODINA West. — Syll. III p. 411, V p. 311, XI p. 526, XIV p. 949, XVI p. 936. — *Diplodinula* Fl. Tassi, maxima ex parte. — Prof. Fl. Tassi (Bull. Lab. Ort bot. Siena, 1902, p. 40) species *Diplodinæ* microsporas (spor. usque ad 15 μ. long.) in genus proprium erexit nomine *Diplodinulæ;* sed cum *Diplodina* typica ex speciebus fere omnibus et numerosissimis microsporis constet et ex paucissimis macrosporis, inconsulto nomen generis mutavit pro speciebus microsporis, scientiam obruendo inutiliter nominibus novis innumeris. Ubi distinctio opportuna evaderet, species macrosporæ (si genuinæ!) sub nomine *Diplodaria* militare poterunt.

I. *Eu-Diplodina* [Diplodinula Fl. Tassi]. Species microsporæ.

1. **Diplodina Medicaginis** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3, Ser. II, 4, 1903, p. 884. — Pycnidiis sparsis vel seriatis, initio epidermide velatis dein erumpentibus, globoso-depressis, ostiolo subprominulo donatis, 140-200 μ. diam., membranaceis, structura parenchymatica compositis; sporulis hyalinis, cylindraceis, rectis v. plus minusve curvulis, utrinque late rotundatis 14 × 2-3, granulosis, 1-septatis, dein bi-guttulatis, a maturitate in duobus cellulis divisis. 4543

Hab. in caulibus Medicaginis spec., Valkenberg Hollandiæ (J. Rick).

2. **Diplodina Eschscholtziæ** Oudem. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 1904, p. 1108 (Ned. Kruidk. Arch.). — Pycnidiis sparsis, epidermide velatis, 120-250 μ. diam., lenticularibus, nigris, pertusis; sporulis oblongis, rectis v. leviter curvis, 7 × 2,5, utrinque rotundatis, 1-septatis, vix constrictis, hyalinis, coacervatis pallide stramineis. 4544

Hab. in caulibus Eschscholtziæ croceæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

3. **Diplodina Oxalidis** F. Tassi in Bull. Lab. Orb. Bot. Siena IV (1901) p. 10. — Pycnidiis sparsis gregariisve, tectis, globulosis, nigerrimis 70-80 μ. diam.; sporulis elongatis utrinque obtusiusculis, medio 1-septatis, haud constrictis, hyalinis vel dilutissime flavidis (mensuris omissis). 4545

Hab. in caulibus Oxalidis corniculatæ, in horto bot. Siena Italiæ centr.

4. **Diplodina Feurichii** P. Henn. Ein. v. Hrn. G. Feurich, Göda im Kögr. Sach. ges. Sphær. 1904, p. 432. — Pycnidiis caulicolis vel fructicolis, gregariis, innatis, lenticularibus, atris, poro pertusis, ca. 120-160 μ. diam.; sporulis ellipsoideis vel ovoideis, diutius continuis, dein medio 1-septatis haud constrictis, hyalinis 6-10 × 3-4. 4546

Hab. in caulibus emortuis et capsulis Œnotheræ biennis Göda Saxoniæ (Feurich).

5. **Diplodina corticola** Appel et Str. Einig. Kamer. Theobr. Pilze, p. 1, c. fig. 1-2 (Centralbl. Bakter. II Abt. 1903). — Pycnidiis solitariis v. gregariis, 0,4-0,6 mm. diam., cortice insculptis et epidermide centro erumpente tectis, in loculos plures partitis, ostiolo rotundo 20-40 μ. diam.; sporulis oblongo-ellipsoideis, utrinque rotundatis, medio constricto-1-septatis, 6–9 × 3-4,5, hyalinis. 4547

Hab. in ramis siccis Theobromæ Cacao in horto bot. Victoria Kamerun Africæ occid. (Strunk).

6. **Diplodina Berlesiana** Sacc. et Trav. in Ann. Mycol. 1903, n. 5, f. IX. — Pycnidiis primitus erumpentibus dein subsuperficialibus, globosis, $^1/_3$–$^1/_4$ mm. diam., poro circulari pertusis, nigris; sporulis cylindraceo-ellipsoideis, utrinque rotundatis, 1-septatis, ad septum non constrictis, 5,5–8,5 × 3, hyalinis. 4548

Hab. in caule putri Umbelliferarum prope Sassari Sardiniæ (A. N. Berlese).

7. **Diplodina Leonuri** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, p. 33 (Vidensk. Skrift.). — Pycnidiis copiosis, sparsis, erumpenti-superficialibus, depressis, 150 μ. diam.; contextu parenchymatico, fusco; sporulis cylindraceis, 11-13 × 3–4, hyalinis, 1-septatis. 4549

Hab. in caulibus Leonuri Cardiacæ, Christiania Norvegiæ (Moe).

8. **Diplodina mendax** (Fl. Tassi) Sacc. et D. Sacc. *Diplodinula mendax* Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. bot. Siena 1904, p. 126. — Pycnidiis hinc inde sparsis, globulosis, immersis, ostiolo nigro epidermidem 4550

perforante 80-100 μ. diam.; contextu parenchymatico fuligineo; sporulis cylindraceis subcurvulis, medio subtiliter 1-septatis, 2-4-guttulatis, hyalinis 10-12 × 3.

Hab. in ramulis siccis Hyssopi officinalis, in horto botanico Siena Italiæ centr.

9. **Diplodina Saccardiana** T. Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902, pag. 29, tab. II, 15, fig. 1-2. — Pycnidiis erumpentibus, dein subsuperficialibus, globulosis, atris, apice perforatis 140-180 μ. diam.; sporulis fere hyalinis v. dilute chlorinis, 1-septatis, non constrictis, fusoideis 8-9,5 × 2,5-3. 4551

Hab. in ramulis emortuis Loniceræ Caprifolii, Verona Piemonte, Ital. bor.

10. **Diplodina Valerianæ** P. Henn. Ein v. Hrn. G. Feurich, Göda in Kögr. Sach. ges. Sphær. 1904, pag. 432. — Pycnidiis sparsis vel gregariis, lenticularibus v. globulosis, atris, poro pertusis ca. 120-140 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, utrinque obtusis, 2-guttulatis, diutius continuis, dein medio 1-septatis, hyalinis, 4-7 × 3-3 $^1/_2$. 4552

Hab. in caulibus emortuis Valerianæ officinalis, Zoblitz pr. Soland Saxoniæ.

11. **Diplodina Jacobææ** Oudem. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 1904, pag. 1108 (Ned. Kruidk. Arch.). — Pycnidiis initio epidermide tectis, dein expositis inæqualiter sparsis, nigris, globoso-depressis, ostiolo distincto pertusis, 150-190 μ. diam.; sporulis ellipsoideis, bilocularibus, vix constrictis, utrinque rotundatis, 5-12 × 2,5-7, subhyalinis, coacervatis olivascentibus. 4553

Hab. in caule emortuo Senecionis Jacobææ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

12. **Diplodina rosea** Kabát. et Bub. Mykol. Beitr. I, p. 5 (Sitz. böhm. Ges. Wiss. 1903) *Diplodina roseo-phœa* v. Höhn. Hedw. 1903, p. (188). — Pycnidiis sparsis vel gregariis globoso-depressis 250-350 μ. diam. v. depresso-ellipsoideis, 500-600 × 250-300, diu epidermide tectis, ostiolo minuto erumpentibus; contextu minute parenchymatico, atro-fuligineo; sporulis copiosis breve cylindraceis, apice obtusiusculis rectis curvulisve, 10-13 × 1,7-2,3, uniseptatis, non constrictis, hyalinis in cirros roseos eructatis; basidiis hyalinis sporula duplo longioribus, 1-2 μ. cr. 4554

Hab. in caulibus emortuis Scrophulariæ nodosæ pr. Turnau et Lobositz Bohemiæ et in ramulis emortuis Sambuci nigræ Jablaniza Hercegovinæ (v. Höhnel). — Nucleus violaceo- v. carneo-

roseus, contextus pycnidii bistratosus; sporulæ pluriguttulatæ (v. Höhnel).

13. **Diplodina Eurhododendri** Voss — Syll. X, p. 312. — var. **de-** 4555
pressa T. Ferraris, Malp. 1904, p. 495. — Pycnidiis erumpenti-superficialibus, depressulis, membranaceis, distincte pertusis, 350-400 μ. diam.; sporulis copiosissimis, cylindraceis, rectis, 13-15 × 3, hyalinis, 1-septatis, non constrictis.

Hab. in gemmis exsiccatis Rhododendri ferruginei, socio *Melanommate Rhododendri,* Riva Valdobbia (Ab. Carestia). — Pycnidiis majoribus et sporulis cylindraceis dignoscitur.

14. **Diplodina Obionis** Jaap in Abhandl. Bot. Ver. Brandenb. XLVII, 4556
1905, p. 96. — Pycnidiis sparsis, subcutaneis, mox superficialibus 200-250 μ. diam., contextu pallido parenchymatico circa ostiolum saturatiore; ostiolo hemisphærico-papillato, poro 25-30 μ. diam.; sporulis oblongis, rectis, utrinque rotundatis, typice 2-cellularibus, rarius 2-3-septatis, hyalinis v. dilute chlorinis, senio flavidis, 8-16 × 3,5-5, bicellularibus sæpius 12 × 4,5, tri-quadricellularibus, 16 × 4, plerumque eguttulatis, non vel vix constrictis.

Hab. in ramulis emortuis Obionis portulacoidis in insula Amrum, Schleswig-Holstein. — A *Diplodina Chenopodii* et *D. Atriplicis* contextu pallido, sporulis minoribus etc. dignoscitur.

15. **Diplodina Populi** (Delacr.) Allesch. Pilze, VI, p. 692 — Syll. X, 4557
p. 300 (*Ascochyta*) — f. **Populi albæ-niveæ** Oud. Cat. Champ. Pays-Bas, 1905, p. 541. — Sporulis oblongiusculis, medio septatis, utrinque obtusis, rectis vel subcurvatis, 7 × 2, chlorino-hyalinis.

Hab. in ramis Populi albæ var. niveæ in Hollandia.

16. **Diplodina Junci** Oudem. Contr. XX. Mycol. Pays-Bas, 1904, 4558
p. 1109 (Ned. Kruidk. Arch.). — Pycnidiis sparsis, subepidermicis, nigris 120-190 μ. diam., apice pertusis, prominulis; sporulis oblongis utrinque rotundatis, medio septatis, vix constrictis, 2-4-guttulatis, 12-16 × 4-4,6, hyalinis; basidiis filiformibus evanidis.

Hab. in calamis et pedunculis Junci squarrosi, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

17. **Diplodina bufonia** Kab. et Bub. Mykol. Beitr. I, pag. 4 (Sitz. 4559
böhm. Ges. Wiss. 1903). — Pycnidiis sparsis, epidermide tectis eamque pustulatim elevantibus, depresse globosis, ellipsoideis 50-150 μ. diam. v. 200-280 × 120-150, nigris, parenchymaticis, ostiolo minuto vel obsoleto; sporulis copiosissimis, oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, 10-14 × 2-3, hyalinis v. dilute olivaceis, loculo altero interdum majore.

Hab. in caulibus, foliis rarius perigoniis Junci bufonii pr. Welwarn Bohemiæ, socia *Stagonospora bufonia.*

18. **Diplodina Sparti** (Fl. Tassi) Sacc. et D. Sacc. *Diplodinula Sparti* Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort Bot. Siena 1905, pag. 60, tab. I, fig. 5-6. — Pycnidiis sparsis v. subseriatis, minutissimis 50-60 μ. diam., globuloso-depressis, subepidermicis, contextu parenchymatico luteo-brunneo; sporulis oblongis, 1-septatis, minute 4-guttulatis, medio lenitar constrictis 8-10 × 3-3,5 hyalinis. 4560

Hab. in culmis vaginisque Lygei Sparti, in horto botanico Siena. — Forte stat. pxcnidicus *Leptosphæriæ Sparti* Fl. Tassi l. c. Ad *Ascochytam* nutat.

II. *Diplodaria.* Species macrosporæ; sporulæ supra 15 μ. longæ.

19. **Diplodina Juglandis** Brun. — Syll. XI, p. 528 (diagnosis incompleta) d'Almeida Contrib. à la Mycoflore du Portugal 1903, p. 36. — Maculis irregularibus, confluentibus, nigris; pycnidiis subglobosis, erumpenti-subsuperficialibus, atris, sparsis v. gregariis poro pertusis 180-225 × 165-195; sporulis hyalinis, fusiformibus, 1-septatis, non constrictis, guttulatis, sæpius utrinque acutatis, 18-24 × 3-6; basidiis claviformibus, hyalinis 15 μ. long. 4561

Hab. in pericarpio viridi Juglandis regiæ, pr. Guarda Lusitaniæ (Rodr. de Moraes). — An *Diplodina Juglandis* Brun.? 4562

20. **Diplodina Equiseti** Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 233, Sydow. Myc. Germ. n. 336. — Pycnidiis gregariis, epidermide velatis, demum vix erumpentibus, non emergentibus, globoso-lenticularibus, 150-160 μ. diam., poro centrali minuto pertusis, hyphulis fuligineis parce cinctis; contextu minute celluloso, fuligineo, tenui; sporulis cylindraceis, plerumque leniter curvis, utrinque rotundatis, tenuiter 1-septatis, non vel vix constrictis, demum minute 4-guttulatis, 16-19 × 4-4,5, hyalinis; basidiis obsoletis.

Hab. in caulibus emortuis Equiseti limosi, Hennigsdorf prope Berolinum Germaniæ. — Socia adest *Phoma Equiseti* Desm. (sporulis ellipsoideis, 6-7 × 3-3,5, biguttulatis).

RHYNCHOPHOMA Karst. — Syll. III p. 414, XI pga. 528, XVI p. 528.

1. **Rhynchophoma raduloides** Sacc. et Scalia Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 20, pl. v, fig. 17. — Pycnidiis gregariis e basi innata parum incrassata erumpentibus, longe corniculatis, rectis, sursum 4563

tenuatis, aterrimis, fragilibus, 1,5 mm. altis, 300 μ. cr., apice pertusis globuloque sporularum pallide roseo sæpius coronatis; contextu prosenchymatico, atro; sporulis oblongis, utrinque rotundatis, 7-9 × 2,5-3, uniseptatis, non constrictis, hyalinis; basidiis fasciculatis bacillaribus simplicibus v. furcatis, 20-30 × 2, hyalinis.

Hab. in ramis corticatis Ribis laxiflori cum *Godronia Urceolo,* Silka Alaska Amer. bor. (Trelease).

ROBILLARDA Sacc. — Syll. III p. 407, X p. 308, XI p. 525, XVI p. 935.

Observante cl. prof. Tassi (Bull. Lab. Ort. bot. Sien. 1902, p. 78), additis novis speciebus, charact. generis est extendendum: pycnidia etiam rami-caulicola et carpogena; sporulæ etiam ovoideæ et subcylindricæ, interdum basidiis manifestis suffultæ, apice 1-multisetæ. Cfr. l. c. conspectum synopticum specierum.

1. **Robillarda Celtidis** Scalia, Mycetes siculi novi II, 1903, p. 4. — 4564
Pycnidiis majusculis, oblongo-depressis, 240-270 μ. diam., gregariis, sub cortice nidulantibus denique erumpentibus, ostiolatis; contextu parenchymatico, olivaceo-fuscidulo, circa ostiolum subatro, e cellulis polygonalibus depressis formato; stratu proligero totum ambitum pycnidii obtegente; sporulis oblongo-fusoideis, sursum parum attenuatis basique rotundatis 17-21 × 4-5, hyalinis vel dilutissime chlorinis, medio septatis, non constrictis, apice 2-3 setas indistinctas, filiformes gerentibus, e basidiis filiformibus, sporulâ circiter dimidio brevioribus, ortis; paraphysibus hyalinis, filiformibus 40-45 μ. longis, rectis v. flexuosis, minutissime pluriguttulatis, eseptatis intermixtis.

Hab. in ramulis exsiccatis, dejectis Celtidis australis, Catania Siciliæ. — *R. Cavaræ* Tognini valde affinis.

2. **Robillarda graminis** v. Höhnel in litt., Karsten in Annal. of nat. 4565
hist. 1867, XIX, p. 357, tab. X, fig. 5-10 absque nom. specif. — Pycnidiis sub epidermide nigrificata immersis, dense seriatis, depresso-sphæroideis, ostiolo breve cylindraceo instructis, fuligineis; nucleo albido; tunica crassiuscula, extus e cellulis obscure coloratis majoribus, intus hyalinis, minoribus formatis; sporulis cylindraceis, hyalinis, demum medio 1-septatis, utrinque rotundatis setulasque 8-12 divergentes furcatas gerentibus.

Hab. in vaginis culmisque et spicis Festucæ ovinæ, in Germania? (Karsten). — An *Dilophospora* inaccurate observata?

Tamen sporulæ pinguntur in duos loculos demum secedentes et utrinque 8-12-setigeræ.

DARLUCA Cast. — Syll. III p. 410, X p. 310, XIV p. 948, XVI p. 936.

1. **Darluca mucronulata** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 9. — Maculis stromaticis nigris, variæ dimensionis; pycnidiis parvis, innatis, gregariis, raro extra maculas aberratis, prominentibus; sporulis cylindraceis v. oblongis 12-16 × 3-3,5 hyalinis, in medio septatis, non constrictis, loculo inferiore subtenuiore, utrinque mucronulatis. 4566

Hab. in foliis aspere marginatis Graminaceæ v. Cyperaceæ cujusdam, socia *Pucciniæ* spec. longe pedunculata locellisque perfecte globulosis insigni, Nunspeet in Hollandia.

2. **Darluca Bubákiana** Kabát, Mykol. Beitr. I, p. 5 (Sitz. böhm. Ges. Wiss. 1903). — Pycnidiis numerosis, sæpe 30 et ultra in *Uredinis* soris parasiticis, tubercula formantibus, globosis vel globoso-conoideis, 100-120 μ. diam. nigris, nitidulis; contextu parenchymatico, læte brunneo, circa ostiolum atro-brunneo; poro papillato; sporulis numerosis, fusoideis v. cylindraceis utrinque acutatis, rectis curvulisve, 1-septatis, non constrictis, 16-24 × 3,5-4,5, hyalinis, pluriguttulatis, utrinque apiculo brevi mucoso-penicillato auctis. 4567

Hab. in Uredine Phragmidii Potentillæ ad folia Potentillæ vernæ pr. Turnau Bohemiæ.

3. **Darluca Sorghi** Zimm. Berichte über Land und Forstwirth. Deutsch-Ostafrika, 1904, p. 15, t, I, f. 4. — Pycnidiis confertis, e globoso ovoideis, non v. breve papillatis, glabris, olivaceis vel subrufescentibus apicem versus nigrescentibus, 90-130 μ. altis, 65-75 μ. cr., ostiolo 8 μ. diam.; sporulis fusoideis, bicellularibus, leviter constrictis, 13-16 × 4, utrinque apiculo subgloboso tenui auctis. 4568

Hab. parasitice in soris Pucciniæ purpureæ ad folia Sorghi, Amani Africæ orient. — Præcipue colore pycnidii et sporularum structura ab affini *D. Filo* dignoscitur.

VERMICULARIELLA Oud. — Syll. XVI p. 941.

1. **Vermiculariella australiana** (Mc Alp.) Sacc. et D. Sacc. *Didymochæta australiana* Mc Alp. Fungus diseases, Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 98, fig. 82, 83. — Pycnidiis subgregariis, nigris, erumpentibus, globosis, membranaceis, poro papillatis 100-160 μ. 4569

diam.; setulis olivaceis, acuminatis, inferne 1-septatis, 75-95 μ. longis; sporulis hyalinis, cylindraceo-oblongis, utrinque rotundatis, granulosis, 1-septatis, paullo constrictis, 18-22,5 × 5-6,5.

Hab. in foliis emortuis Pruni Amygdali, Ardmona, Victoria Australiæ.

CYTODIPLOSPORA Oud. — Syll. XI p. 528, XVI p. 941.

1. **Cytodiplospora Tiliæ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 9. — Stro- 4570
matibus prominentibus, polymorphis, sæpe confluentibus, primo sub peridermate occultatis, denique expositis peridermatisque lacerati dentibus circumscriptis, intus in loculamenta plurima, nunero quodammodo variabili, completa vel incompleta divisis; sporulis bacillaribus, utrinque rotundatis, rectis v. curvatis, hyalinis, in medio septo divisis, non vero constrictis, 14 × 2,5.

Hab. in ramis Tiliæ ulmifoliæ, Nunspeet Hollandiæ.

Sect. 5. Hyalophragmiæ.

STAGONOSPORA Sacc. — Syll. III p. 445, X p. 330, XI p. 533, XIV p. 962, XVI p. 947.

I. *Eu-Stagonospora.* Pycnidia tecta, non maculicola.

1. **Stagonospora cornicola** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi, 4571
p. 28. — Pycnidiis gregariis, subepidermicis ostiolo erumpentibus, nigris, firmis, levibus, 200 μ. diam.; sporulis continuis dein sub 3-septatis, subcylindraceis, valde curvatis, utrinque obtusis, 16 × 3,5 hyalinis.

Hab. in ramulis emortuis lutescentibus Corni spec., Durango, South Colorado, Amer. bor.

2. **Stagonospora biformis** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, 4572
p. 176. — Pycnidiis sparsis vel gregariis, initio fibrillis ligni tectis et superficialibus, globosis, circ. 250 μ. diam. v. compressis hysteriiformibusque, 500-750 μ. longis, ostiolo conico vel breve cylindraceo, sæpe compresso ut in *Lophiostomate,* donatis; sporulis cylindraceis, hyalinis, utrinque obtuse rotundatis, spurie septatis, 12-15 × 2,5-3.

Hab. in ramulis decorticatis Piri Mali, Rooks Co., Kansas, Amer. bor.

3. **Stagonospora Dulcamaræ** Pass. — Syll. X, p. 333. — var. **hederacea** Roll. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 33. — A typo differt sporulis majoribus 30-40 × 4,5, 3-5-septatis, lunatis, cæruleo-hyalinis; basidiis conicis, 10 × 2; pycnidiis botryose aggregatis. 4573

Hab. in ligno Hederæ Helicis, Sa Font de S'Olla, Soller insul. Balearium.

4. **Stagonospora Asphodeli** (Mont.) Sacc. — Syll. III, p. 451. — var. **cacticola** Roll. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 33. — Pycnidiis gregariis carbonaceis, levibus macula atra indeterminata insidentibus, erumpentibus, globoso-ovoideis, plerumque 200 μ. lat., ostiolo crasso longo (rostellato) apice lato aperto; sporulis cylindraceis utrinque rotundatis, hyalinis, multiguttulatis, septis non visis, 18-26 × 5-6. 4574

Hab. ad caulis articulos Opuntiæ vulgaris, Cas Pupat, ins. Balearium.

5. **Stagonospora Artemisiæ** Rostr. Mycol. Meddel. IX, pag. 312 (Bot. Tidskr. 1905). — Pycnidiis numerosis, gregariis, erumpentibus; sporulis cylindraceis, 3-septatis, hyalinis, 22-32 × 3-4. 4575

Hab. in caulibus Artemisiæ campestris, Hornbæk in Seelandia Daniæ.

6. **Stagonospora Borbonicæ** S. Cam. in d'Almeida Contrib. à la Mycoflore du Portugal 1903, p. 36. — Pycnidiis epiphyllis, sparsis, brunneolis, subcarbonaceis, globoso-ovatis, contextu membranaceo indistincte parenchymatico, 90-120 × 65-85; ostiolo prominulo, amplo, rotundato; sporulis subhyalinis, ellipticis, utrinque obtusis, rectis curvulisve 11-17 × 4-5, primum 1-dein 3-septatis, constrictis. 4576

Hab. ad folia emortua Lataniæ borbonicæ, in horto botanico Lisboa Lusitaniæ.

7. **Stagonospora macrospora** (Dur. et Mont.) Sacc. — Syll. III, p. 450: cfr. Scalia Mycetes siculi novi II, 1903, p. 6.

Hab. in foliis exsiccatis vel languidis Agaves americanæ, S. Placido Caloneró Siciliæ. — Sporulæ in exemplaribus siculis majores, nempe usque ad 100 × 10-14.

8. **Stagonospora typhicola** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3, Ser. II, 4, 1903, p. 895. — Pycnidiis amphigenis 80-100 μ. diam., globulosis, nigris, innatis, sub vitro pallide luteis; sporulis in massa luteo-melleis, separatim luteo-albidis, cylindraceis, rectis vel curvulis, utrinque rotundatis, 3-4-septatis, guttulatis, 16-28 × 3,5-4,7. 4577

Hab. in foliis Typhæ latifoliæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

— A. *St. Typhoidearum* (Desm.) Sacc. pycnidiis minoribus sporulisque cylindraceis differt.

9. **Stagonospora aquatica** Sacc. — Syll. III, p. 452. — var. **luzulicola** Sacc. et Scalia Harrim. Alask. Exped. Crypt. pag. 20, VI, fig. 20. — Pycnidiis hinc inde gregariis, punctiformibus, globulosis, 150-160 μ. diam., poro pertusis, atris, subcutaneis; contextu parenchymatico, fusco; sporulis oblongo-teretiusculis, utrinque rotundatis, rarius acutiusculis et sæpe basi truncatulis, 3-septatis, 23-28 × 3,5-4, e chlorino hyalinis. 4578

Hab. in foliis Luzulæ arcuatæ, Point Barrow Alaska (Murdoch). — A typo recedit sporulis paullo angustioribus, qua nota ad ejus var. *lacustrem* accedit.

10. **Stagonospora juncicola** Rostr. Mykol. Meddel IX, 1905, p. 312 (Bot. Tidsskr.). — Pycnidiis caulicolis, gregariis, prominulis; contextu parenchymatico fuligineo; sporulis cylindraceo-fusoideis, 3-septatis, guttulatis, 15-18 × 4-5. 4579

Hab. in caulibus exsiccatis Junci squarrosi, Skive in Jutlandia Daniæ.

11. **Stagonospora Heleocharidis** Trail. — Syll. X, pag. 335. — var. **caricina** Sacc. et Scalia Harrim. Alask. Exped. Crypt. p. 20. (pl. VI, fig. 21). — Pycnidiis 90-120 μ. diam.; basidiis subnullis; sporulis 5-6-septatis, ad septa non constrictis. 4580

Hab. in foliis emortuis Caricis festivæ formæ, Jakutat Bay Alaska (Funston). — A typo differt sporulis paulo brevioribus, utrinque rotundatis, rarius acutiusculis, 27-34 × 6,5-7,5, omnino hyalinis.

12. **Stagonospora graminum** Sacc. et Scalia, Harrim. Alask. Exped. Crypt. p. 20, pl. VI, fig. 22. — Pycnidiis laxe gregariis, subcutaneis, e globoso horizontaliter oblongis, atris, poro pertusis, 275-380 × 160-200; contextu parenchymatico, castaneo-fusco; sporulis oblongis, sæpe inæquilateris, 23-28 × 6,5-8, utrinque tenuato-obtusulis, 5-7-septatis, non constrictis, e chlorino hyalinis. 4581

Hab. in foliis emortuis Airæ atropurpureæ, Iliuliuk Alaska (Harrington). — Affinis *S. subseriatæ* (Desm.) Sacc. et præcipue ejus var. *Moliniæ* Trail, sed sporulæ 5-7-septatæ (nec 4-5-septatæ) et pycnidia oblonga.

13. **Stagonospora sparticola** Sacc. et D. Sacc. *Stagonosporina* [*Sparti*] Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1905, p. 60, tab. I, fig. 8. — Pycnidiis sparsis seriatisve, globoso-depressis, tectis 60-80 μ. diam. nigris; sporulis oblongis, 2-septatis, vix constrictis, eguttulatis, hyalinis 10-12 × 3,5-4. 4582

Hab. in culmis vaginisque Lygei Sparti, in horto botanico

Siena. — Forte stat. pycnidicus *Leptosphæria Sparti* Fl. Tassi l. c. Videtur omnino status immaturus *Hendersoniæ* (Hendersonulinæ) *Sparti* cfr. l. c. fig. 9.

14. **Stagonospora Sparti** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1905, p. 61, tab. I, f. 11. — Pycnidiis subseriatis, tectis, globulosis, nigris, circiter 300 μ. diam.; sporulis oblongis, subfusoideis, 3-7-septatis, 16-18 × 3-4, hyalinis. 4583

Hab. in culmis vaginisque Lygei Sparti, in horto botanico Siena. — Forte stat. pycnidicus alter *Leptosphæria Sparti* Fl. Tassi l. c. Videtur omnino status immaturus *Hendersoniæ Sparti.* Cfr. l. c. fig. 12.

15. **Stagonospora islandica** Rostr. Islands Svampe in Bot. Tidsskrift 1903, vol. 25, p. 320. — Pycnidiis sparsis vaginicolis, erumpentibus; sporulis copiosis exacte cylindraceis, obtusis, 7-septatis, hyalinis, 22-24 × 4-5. 4584

Hab. in vaginis Graminearum, in Dania.

II. *Stagonosporella* Fl. Tassi (1902). Pycnidia folii-maculicola, subepidermica.

16. **Stagonospora Viciæ-pisiformis** Bub. Ann. Mycol. 1904, p. 398. — Maculis elliptico-elongatis, amphigenis, alutaceis, obscurius marginatis, non concentrice zonatis, ca. 1 cm. lat.; pycnidiis epiphyllis, sparsis, nervis limitatis, lenticularibus, tenuibus, flavo-brunneis, 150–220 μ. diam., poro distincto apertis; contextu parenchymatico pallide flavo; sporulis cylindraceis, rectis, utrinque rotundatis, subinde clavulatis, 3-septatis, plus minus constrictis, 22-32 × 6,5-9, hyalinis, loculis 1-pauciguttulatis. 4585

Hab. in foliis Viciæ pisiformis, Tabor Bohemiæ.

17. **Stagonospora Kentiæ** Maublanc in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 293, tab. XIV, fig. 5. — Maculis albidis, brunneo-cinctis; pycnidiis punctiformibus, atris, erumpentibus, subglobosis, epidermide tectis, 75-125 × 50–100; sporulis hyalino-flavidis, cylindraceis, utrinque attenuatis, obtusis, 3-septatis, ad septa haud constrictis 12–17 × 3-4; basidiis brevibus. 4586

Hab. in foliis vivis Kentiæ spec. in Algeria. — *Hendersoniæ Sabaleos* Ces. affinis videtur.

III. *Gymnosphæra* Fl. Tassi (1902), nec Blume. Pycnidia subsuperficialia.

18. **Stagonospora ligniseda** (Fl. Tassi) Sacc. et D. Sacc. *Gymnosphæra* 4587

ligniseda Fl. Tassi Bull. Lab. Ort. bot. Siena 1902, pag. 78. — Pycnidiis sparsis, globulosis, papillatis, nigris, superficialibus, basi ligno leviter insculptis, 200-250 μ. diam., contextu distincte parenchymatico ochraceo-fuligineo; sporulis cylindraceis, rectis, utrinque rotundatis, initio 4-guttulatis, demum 3-septatis 15-20 × 4-5 hyalinis.

Hab. in ramis decorticatis Araujæ sericiferæ in horto botanico Senensi Italiæ.

19. **Stagonospora Opuntiæ** F. Tassi Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 11. — Pycnidiis erumpenti-superficialibus, sparsis gregariisve, depressis, ostiolo prominulo papilliformi donatis, subcarbonaceis, atris, 0,5-1 mm. diam.; sporulis tereti-oblongis, utrinque rotundatis, 3-septatis, constrictulis, 4-guttulatis, 12-16 × 4 hyalinis. 4588

Hab. in cortice delapso Opuntiæ Ficus indicæ, in horto bot. Siena Italiæ centr.

KELLERMANNIA Ell. et Ev. — Syll. X p. 337, XIV p. 964, XVI p. 950.

1. **Kellermannia Pruni** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 104, fig. 115, 116 et 196. — Pycnidiis sparsis, nigris, nigro-brunneis, depresso-globosis, membranaceis, poro papillatis, 200-250 μ. diam.; sporulis chlorino-hyalinis vel luteo-hyalinis, cylindraceis v. leviter fusoideis, paullo curvulis, 3-4-septatis, ad septa non constrictis 28-34 × 4,5-5, loculo apicali perfecte hyalinis; setis terminalibus 2-3, circ. 15-17 μ. longis; stipite filiformi 9 μ. longo. 4589

Hab. in foliis Pruni Amygdali et Pruni Armeniacæ, Stawel et Armadale, Victoria Australiæ. — An *Pestalozzina?*

Sect. 6. Phæophragmiæ.

HENDERSONIA Berk. — Syll. III p. 418, X p. 317, XI p. 528, XIV p. 953, XVI p. 943.

I. *Eu-Hendersonia.* Species macrosporæ (sporulæ 15 μ. sup.).

1. **Hendersonia Centrosematis** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, p. 126. — Pycnidiis sparsis, tectis, globoso-depressis, vertice pertusis, membranaceis, nigris, 130-140 μ. diam.; sporulis oblon- 4590

gis 3-septatis, non vel parum constrictis, rectis vel subcurvulis, 15-16 × 4,5, primitus hyalinis dein flavidis.

Hab. in sarmentis Centrosematis brasiliani, in horto botanico Siena Italiæ centr.

2. **Hendersonia Persicæ** Mc Alp. Fungus diseases stone-fr. trees, Mel- 4591
bourne 1902, p. 121, fig. 236, 237. — Pycnidiis initio tectis, dein erumpentibus, sparsis, nigris, subcarbonaceis, globosis, ostiolatis, 350 µ. diam.; sporulis nigro-brunneis, 3-septatis, non constrictis, ellipticis vel oblongis, 15-19 × 6-7,5; basidiis non visis

Hab. in ramulis emortuis Pruni Persicæ, Port Fairy, Armadale etc. Australiæ.

3. **Hendersonia grandispora** Mc Alp. Proceed. Linn. Soc. of N. S. Wa- 4592
les, 1903, p. 99. — Pycnidiis dense gregariis, immersis, nigris, globosis, membranaceis 120-140 µ. diam , in areis indeterminatis, expansis insidentibus, epiphyllis raro amphigenis; sporulis brunneofuligineis, cylindraceis, utrinque rotundatis, paullo curvulis, 3-5-septatis, ad septa non constrictis, granulosis, 50-60 × 5-6.

Hab. in foliis et in ramulis juvenilibus Eucalypti spec. Wangaratta, Victoria Australiæ.

4. **Hendersonia Dianthi** P. Magn. in Bull. Herb. Boissier. 1903, n. 7. 4593
p. 586. — Pycnidiis globoso-depressis, subcutaneis, nigris, dein emergentibus; contextu pseudoparenchymatico, pluristratoso, vertice poro pertuso, non papillato; basidiis stipatis e toto pariete orientibus; sporulis oblongis, 21 × 6,3, 4-cellularibus (brunneis?).

Hab. in caulibus siccis Dianthi fimbriati in Persia occid.

5. **Hendersonia Opuntiæ** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 65. 4594
— Pycnidiis gregariis, punctiformibus, 150-200 µ. diam.; sporulis cylindraceis, paullum curvulis, 3-septatis, brunneis, 20-25 × 4-5, utrinque obtusis.

Hab. in articulis Opuntiæ Fici-indicæ in Alabama.

6. **Hendersonia Lippiæ** Syd. in Hedw. 1903, p. (105). — Pycnidiis 4595
sparsis, erumpentibus, punctiformibus, minutis, sublenticularibus 180-250 µ. diam., atris; sporulis oblongis, semper 3-septatis, non constrictis, utrinque rotundatis v. interdum uno fine leniter attenuatis, rectis, olivaceis, 19-24 × 4-5,5, eguttulatis.

Hab. in caulibus emortuis Lippiæ turbinatæ, Cordoba Argentinæ (Hieronymus).

7. **Hendersonia Valerianæ** P. Henn. Einig. v. Hrn.G. Feurich, Göda 4596
in Kögr. Sach. ges. Sphær. 1904, p. 433. — Pycnidiis caulicolis erumpentibus, subgregariis, lenticularibus, atris, submembranaceis,

80-100 μ. diam.; sporulis subfusoideis oblongis, interdum clavatis, utrinque obtusis vel basi subacutis, 3-septatis, haud constrictis, flavo-olivaceis, 11-17 × $3^1/_2$-$4^1/_2$.

Hab. in caulibus emortuis Valerianæ officinalis, Zoblitz pr. Soland Saxoniæ (Feurich).

8. **Hendersonia Lobeliæ** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, pag. 554. — Pycnidiis nigris, punctiformibus, sæpe gregariis vel solitariis, suberumpentibus, depresso-globosis vel ovalibus, membranaceo-parenchymaticis, poro papillatis, 170-210 μ. diam.; sporulis pallide olivaceis, oblongis, utrinque rotundatis, 3-septatis, ad medium septum sæpe constrictis, 13-17 × 4,5-6. 4597

Hab. in caulibus foliisque Lobeliæ gibbosæ, Sandringham, Victoria Australiæ.

9. **Hendersonia Salviæ** Syd. in Hedw. 1903, p. (105). — Pycnidiis sparsis, erumpentibus, punctiformibus, minutissimis, globulosis, breviter papillatis 135-220 μ. diam., atris; sporulis elongato-fusoideis 4-7-8-septatis, non constrictis, utrinque attenuatis olivaceo-brunneis, loculis extimis leniter dilutioribus, rectis v. leniter curvulis, 35-54 × 4-5,5. 4598

Hab. in caulibus emortuis Salviæ Gilliesii, S. Lorentzii in prov. Cordoba Argentinæ (Hieronymus).

10. **Hendersonia Celtidis-australis** Scalia, Mycetes siculi novi II, 1903, p. 5. — Pycnidiis globoso-depressis, sub cortice nidulantibus denique erumpentibus, 310-350 × 170-200, sparsis vel 2-confluentibus; contextu tenui, fuligineo, parenchymatico; sporulis oblongis, sæpius inæqualibus, utrinque late rotundatis, 3-septatis, ad septa parum vel nec constrictis, primitus continuis, hyalinis, postea 1-septatis chlorinis; loculis guttulatis, denique maturitate castaneo-fuligineis 13,5-18 × 5-6, triseptatis, eguttulatis; basidiis hyalinis, teretibus 10-12 μ. longis, suffultis. 4599

Hab. in ramulis exsiccatis aridis Celtidis australis, Catania Siciliæ. — Ab *H. Celtidis* Ell. et Ev. et *H. celtifolia* Cooke bene distincta.

11. **Hendersonia Beinsi** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3, Ser. II, 4, 1903, p. 885. — Pycnidiis amphigenis, vulgo hypophyllis, innatis dein nudis, nigris, polymorphis 0,1-0,5 mm. diam.; sporulis oblongis, 5-locularibus, 20-22 × 8; loculis extimis minoribus, obtusis, hyalinis. 4600

Hab. in foliis Thujopsidis dolabratæ cultæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

12. **Hendersonia Stefansonii** Rostr. Islands Svampe in bot. Tidsskrift 1903, vol. 25, p. 320. — Pycnidiis gregariis, minimis, tectis; sporulis oblongis, fuscis, 3-septatis, 20 × 6-7. 4601

Hab. in foliis Caricis hyperboreæ in Dania.

13. **Hendersonia Sparti** F. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 11. — Pycnidiis subseriatis, tectis, dein erumpentibus, secedentibus, globosis, nigris, nitidis 350-500 μ. diam.; sporulis oblongis, fuscis, 6-8-septatis, non constrictis; loculis extimis pallidioribus v. hyalinis, initio apiculatis, inde rotundatis, 20-22 × 5-6. 4602

Hab. in culmis emortuis Lygei Sparti, in horto bot. Siena Italiæ centr. — Cl. auctor in Bull. Lab. Ort. bot. Siena 1905, p. 61 descripsit sporulas paullo majores (26–28 × 6–8 et non raro usque 36-40 μ. longas) et addit iconem tab. I, fig. 13.

14. **Hendersonia rhizophila** Ferraris in Malpighia vol. XVI, 1902 (extr.) p. 30, tab. II, 16, fig. 1-3. — Pycnidiis erumpentibus, fuscis, poro pertusis, 50-150 μ. diam.; sporulis in cirros expulsis, cylindraceis, utrinque obtuse rotundatis, luteo-olivaceis, 3-septatis, 16-19 × 2,5-3. 4603

Hab. in rhizomate emortuo Cynodontis Dactyli, Verrua Ital. bor. — *H. Donacis* Sacc. affinis.

15. **Hendersonia Poæ** Rostr. Fungi Groenl. orient. 1904, pag. 120 (Meddel. Grönl. XXX). — Pycnidiis innatis, gregariis; sporulis compactis, cylindraceis, curvulis, fuscis, 3-septatis, obtusis, 25–27 × 9–10. 4604

Hab. in foliis Poæ alpinæ, Fleming Inlet Groënlandiæ.

II. *Hendersonulina* Fl. Tassi (1902). Species microsporæ (Spor. 15 μ. vix atting.).

54. **Septoria pentastemonicola** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, pag. 13. — Maculis indefinitis, 2-3 mm. diam., brunneis, fere confluentibus; pycnidiis punctiformibus, 75 μ. diam., sparsis; sporulis filiformibus, curvulis, parce guttulatis, 30-45 × 1-1,5. 4706

Hab. in foliis Pentastemonis gracilis, Aberdeen, South Dakota, Amer. bor. (Dr. Griffiths). — A *S. Pentastemonis* maculis et longitudine sporularum differt.

55. **Septoria Oleæ** Pollacci in Atti Ist. Bot. di Pavia 1904, IX, p. 3. — Epiphylla; maculis orbicularibus cinereis; pycnidiis sparsis, nigris, erumpentibus, subglobosis, 200-290 × 180-220; sporulis cylindraceo-bacillaribus 23-25 × 2-3, continuis, hyalinis. 4707

Hab. in foliis vivis Oleæ europææ prope Lecce, Apulia Italiæ merid. et in insula Palmaria, plerumque cum *Stictide Panizzei* De Not. — A *Sept. Olivæ* Pass. et Thum maculis cinereis, magnitudine sporarum differt.

56. **Septoria Vaccinii** P. Henn. in Engl. Jahrb. 1902, XXXII, p. 44. — Maculis albidis, exaridis epiphyllis, rotundatis, zona atro-brunnea cinctis; pycnidiis sparsis sublenticularibus, atris; sporulis filiformibus, guttulatis, 18-25 × 1, flexuosis, hyalinis. 4708

Hab. in foliis Vaccinii bracteati in prov. Awa Japoniæ (S. Kusano).

57. **Septoria varia** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, p. 561. — Maculis aridis, brunneo-nigris, sæpe linea nigra definitis; pycnidiis minutis, nigris, immersis, membranaceis, globoso-lenticularibus, ostiolo protruso donatis, 80-130 μ. diam.; sporulis hyalinis filiformibus rectis vel curvulis, diu continuis, dein distincte 3-septatis, 35-45 × 1-1,5. 4709

Hab. in foliis Plantaginis variæ, Myrniong, Jackson Creek et Kiewa Valley in Victoria Australiæ (C. French, Robinson). — Ab aliis speciebus, in Plantagine cognitis, satis distincta.

58. **Septoria lyciicola** Speg. in Ann. Soc. Cient. Argent. 1899, p. 272. — Maculis amphigenis, orbicularibus 1-5 mm. diam., determinatis, areola angusta obscuriore sæpius cinctis, pallide ochraceis v. isabellinis; pycnidiis innato-prominulis, paucis in quaque macula subperipherica e globoso-lenticularibus 50-80 μ. diam., atro-olivaceis, contextu ostioloque parum perspicuis; sporulis linearibus angustis, subobtusiusculis 25-30 × 1,5-2, hyalinis levibus, flexuosulis, continuis v. 1-septatis, ad septum non constrictis. 4710

Hab. ad folia languida Lycii cestroidis prope Córdoba Argentinæ.

59 **Septoria pinzolensis** Kabát et Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 186. — Maculis amphigenis, supra sæpe elevatis, orbiculari-angulosis, minutis v. usque 8 mm. lat., interdum confluentibus, brunneolis v. alutaceis arescendo albis, brunneo-marginatis; pycnidiis epiphyllis plus vel minus sparsis, subinde compluribus approximatis, punctiformibus, nigris globulosis, poro rotundo erumpentibus, 40-70 μ. diam., contextu castaneo, parenchymatico duriusculo; sporulis filiformibus vel anguste clavulatis, 16-24 × 2-2,5 rectis curvulisve, continuis, hyalinis. 4711

Hab. in foliis vivis Hyoscyami nigri socia *Ascochyta pinzolensi* pr. Pinzolo, Val Randena, Trentino (Kabát).

60. **Septoria Solani-nigri** Scalia Mycetes Siculi novi II, 1903, p. 7. — Maculis orbicularibus, sparsis vel confluentibus, amphigenis, albido-fuscidulis in pag. sup. foliorum paullo elevatis, fusco-marginatis, in inferiore applanatis, linea olivaceo-chlorina cinctis; pycnidiis epiphyllis, minutissimis, fere indistinctis, globosis 70-90 μ. diam., profunde immersis, ostiolo circ. 15 μ. diam., apertis; contextu tenui, parenchymatico, olivaceo-fuscidulo, circa ostiolum obscurioro; sporulis filiformibus, rectis vel flexuosis 20-30 × 0,5-1, 4712

indistincte septulatis, utrinque subacutis, minutissime guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis vivis vel languentibus Solani nigri, prope Scholam œnologicam, Catania Siciliæ. — *S. solanicolæ* affinis.

61. **Septoria primulicola** Rostr. Mykol. Meddel IX, pag. 312 (Bot. Tidsskr. 1905). — Maculis numerosis epiphyllis, cinereis, fusco-marginatis, rotundatis, 2-3 mm. latis; pycnidiis tectis, sphæroideis; sporulis cylindraceis, rectis, hyalinis, 12-15 × 3-4, perspicue 4-guttulatis. 4713

Hab. in foliis Primulæ grandifloræ, Letbæk pr. Varde Daniæ.

62. **Septoria Saccardoi** Ferraris in Malpighia, vol. XVI, 1902, p. 32, tab. II, 17, fig. 1-4. — Maculis irregularibus ochraceis, fusco-cinctis, sparsis vel confluentibus; pycnidiis epiphyllis, immersis, membranaceis, atris, poro pertusis 250-300 μ. diam.; sporulis cylindraceis, curvulis, utrinque obtusiusculis, 3-septatis, 38-40 × 3,5, hyalinis. 4714

Hab. in foliis languidis Lysimachiæ vulgaris, Crescentino Ital. bor.

63. **Septoria Nambuana** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 145. — Maculis rufo-brunneis, perforatis vel effusis; pycnidiis sparsis, epiphyllis, subhemisphæricis, perforatis, fuscis, ca. 50 μ. diam.; sporulis filiformibus, flexuosis, utrinque subobtusis, hyalinis, continuis, 20-35 × 2. 4715

Hab. in foliis Lysimachiæ brachystachydis, Gotemba, Suruga Japoniæ (Nambu).

64. **Septoria Tosevi** Bub. Ann. Mycol. 1904, p. 397. — Maculis rotundatis vel oblongis, 5-8 mm. lat., alutaceis, amphigenis, sæpe confluentibus, subinde folium totum occupantibus; pycnidiis hypophyllis, parcis, nigris, epidermide velatis, poro papillato atro 30-40 μ. diam. pertusis, 70-150 μ. diam.; contextu atro-castaneo, parenchymatico; sporulis acicularibus rectis curvulisve, utrinque acutis, 15-29 × 1-1,5, hyalinis. 4716

Hab. in foliis vivis Gentianæ cruciatæ prope Dragoman Bulgariæ (Tosev).

65. **Septoria montana** Trav. in Annal. Mycol. 1903, vol. I, p. 314, cum icone. — Maculis suborbicularibus, ochraceis, magnitudine varia; pycnidiis amphigenis, sparsis vel fere concentrice dispositis, nigris, minutis, e conico sphæroidis 60-75 μ. d., angusto pertusis; sporulis bacillaribus, subrectis, continuis, 20-25 × 1, hyalinis. 4717

Hab. in foliis Gentianæ acaulis, Valle Tellina, Sondrio Italiæ bor. — *Sept. microsoræ* Speg. in Gentiana asclepiadea accedit, sed maculis semper delineatis, pycnidiis amphigenis, numquam in soros congestis, nec ostiolo late hiante præditis, satis distincta videtur.

66. **Septoria Catalpæ** Sacc. — Syll. III, p. 558. — var. **folliculorum** Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 11 (1903). — Pycnidiis punctiformibus, hinc inde confertis, poro pertusis, 45-55 μ. diam.; sporulis teretiusculis, utrinque obtusulis, rectis v. levissime flexuosis, 13-15 × 1,3, hyalinis, continuis, minutissime guttulatis. 4718

Hab. in capsulis emortuis Asclepiadis verticillatæ, in horto botanico, Coimbra Lusitaniæ.

67. **Septoria Gomphocarpi** P. Henn. Fungi Austral. II, p. 188 (Hedw. 1904). — Maculis albidis exaridis, rotundatis, zona crassa, atro-brunnea circumdatis; pycnidiis sparsis, lenticularibus, atris, pertusis, 60-70 μ.; sporulis filiformibus v. oblongo-cylindraceis, curvulis vel rectis, obtusis, pluriguttulatis v. obsolete septatis, hyalinis, 20-30 × 2-2 $^1/_2$. 4719

Hab. in foliis Gomphocarpi spec. Clanvilliam Australiæ (L. Diels). — Cfr. Henn. in Bot. Jahrb. XXVIII, pag. 39 ubi species uti africana exhibetur.

68. **Septoria Hookeri** Speg. in Ann. Soc. Cient. Argent. 1899, p. 272. — Maculis sparsis sed in quoque folio numerosis, parvulis 1-5 mm. diam., amphigenis, repando-orbicularibus, determinatis, obscure sordideque fuligineis, per ætatem sæpe centro arescenti-cinerascentibus; pycnidiis in maculis sæpius circinantibus, innatis, vix erumpentibus, lenticularibus 90-100 μ. diam., modice ostiolatis, contextu fuligineo indistincto; sporulis cylindraceis vel subclavulatis sæpius curvulis, 40-50 × 4, utrinque obtusiusculis 1-3 sæpius 2-septatis, ad septa non v. vix constrictis, hyalinis, levibus. 4720

Hab. ad folia languida Laseguea Hookeri, prope Córdoba Argentinæ.

69. **Septoria glacialis** Ferraris in Malpighia 1902, pag. 467, t. XI, f. XII. — Maculis ochraceis, rotundatis, interdum zonatis; pycnidiis minutis, punctiformibus, erumpentibus, epiphyllis, globosis, poro apice pertusis 120-140 μ. diam.; sporulis filiformibus, subhyalinis, leniter curvulis, 2-3-septatis, 35-40 × 2-2,3. 4721

Hab. in foliis Rumicis scutati. — Ab omnibus *Septoriis* in *Rumice* cognitis satis differt.

70. **Septoria Dominici** Sacc. Bull. Soc. bot. it. 1904, pag. 208, f. 3, 4722

Septoria Daphnes Dom. Sacc. Mycoth. ital., n. 757, nec Desm. quæ *Marsonia Daphnes* (Desm.) Sacc. Syll. III, p. 709, seu *Leptothyrium Mezerei* Lib. Crypt. Ard. IV, n. 360, cum diagnosi (1837). — Maculis epiphyllis, versiformibus, sinuosis, ex fulvo expallentibus, margine persistenter fulvo, inferne totis fulvis; pycnidiis epiphyllis dense gregariis, punctiformibus, nigris, epidermide velatis, prominulis, globoso-lenticularibus, 90–120 μ. diam., poro latiusculo pertusis, minute parenchymaticis; sporulis bacillaribus v. bacillari-fusoideis, rectis vel sæpius curvulis, apice acutis vel utrinque obtusulis, minutissime pluriguttulatis, subinde obsolete 1-septatis, 15–20 × $1\,^1/_2$-2, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Daphnes odoræ cultæ sub dio in Horto botanico patavino. Legi ego ipse mense aprili 1902-1904. — Quoad speciem Dom. Libertiæ (quæ omnino diversa a *Septoria Dominici*) hæc est ex anno 1837, dum illa Desmazieri est ex anno 1843; hinc synonymia correctior est: *Marsonia Mezerei* (Lib.) Sacc. = *Leptothyrium Mezerei* Lib., loc. cit. = *Septoria Daphnes* Desm. in Ann. Sc. nat. Bot., 1843, XIX, p. 339 = *Glœosporium Daphnes* Oudem. Matér. Mycol. Neerl. II, p. 28, t. X, f. 14.

71. **Septoria divergens** Bub. et Kab. Hedw. 1904, pag. 420. — Ma- 4723
culis epiphyllis, utrinque visibilibus, minutis, suborbiculari-angulosis, ochraceo-brunneis, indistincte anguste brunneo-marginatis, subinde confluentibus; pycnidiis sparsis vel approximatis, nigris, globoso-depressis, innatis, prominentibus, poro lato apertis, 60–120 μ. diam.; contextu laxe parenchymatico, atro-brunneo; sporulis filiformibus, rectis curvulisve, utrinque tenuato-rotundatis, 20-42 × 2, continuis v. 3-septato-guttulatis.

Hab. in foliis vivis Humuli Lupuli pr. Turnau Bohemiæ. — A *Sept. Humuli* probe diversa.

72. **Septoria Gomphrenæ** Sacc. et D. Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 167. 4724
— Maculis amphigenis, subrotundo-angulosis, minutis, 3-4 mm. diam., varie confluentibus, sordide albis anguste rubro-marginatis; pycnidiis amphigenis, punctiformibus, perexiguis, nigris, in quaque macula paucis gregariis, globulosis, 60–70 μ. diam., subcutaneo-erumpentibus, poro minutissimo dehiscentibus; contextu tenui minute parenchymatico, atro-olivaceo; sporulis bacillaribus, curvulis, utrinque obtusulis, non v. tenuissime septatis, 15-21 × 1,2-1,6, hyalinis; basidiis nullis v. brevissimis.

Hab. in foliis languidis Gomphrenæ globosæ cultæ socia *Alternaria*, Selva (Treviso).

73. **Septoria carisolensis** Kabát et Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 184. — Maculis distinctius epiphyllis, sparsis, rotundato-angulosis, nervis limitatis, minutis vix 2 mm. latis, sæpe confluentibus, utrinque visibilibus, purpureo-brunneis sæpe leniter elevatis, dein arescendo subochraceis, rufo-brunneo-marginatis v. immarginatis; pycnidiis amphigenis sparsis gregariisve innatis, globosis, atro-brunneis, 45-90 μ. diam., irregulariter dehiscentibus; contextu brunneo, parenchymatico; sporulis breve filiformibus, utrinque rotundatis, rarius acutatis, rectis vel curvatis, 15-38 × 2-2,5, hyalinis, plus minus distincte 1-3-septatis. 47 25

Hab. in foliis vivis Alni viridis pr. Carisolo, Val Rendena Trentino.

74. **Septoria Populi** Desm. — Syll. III, pag. 502 — f. **tremulicola** Traverso in Annal. Mycol. 1903, vol. I, p. 315. — Maculis amphigenis, diu brunneis dein in centro cinerescentibus, sparsis, sæpe vero confluentibus, irregularibus, nitide delimitatis; pycnidiis epiphyllis, immersis, late pertusis 100-130 μ. diam., nigricantibus; sporulis bacillaribus, utrinque acutulis, sæpe curvulis, plerumque 4-septatis, hyalinis, 43-48 × 2,5. 4726

Hab. in foliis Populi Tremulæ, in silvosis prope Albosaggia, Sondrio Italiæ bor. — A typo differt præcipue maculis angulosis et diu brunneis, sporulis utrinque acutiusculis et pluries septatis; a *Septoria musiva* Peck pycnidiis non depressis, sporulis majoribus et abundantius septatis, matrice diversa; a *S. Tremulæ* Pass. pycnidiis semper epiphyllis, sporulis majoribus, numquam continuis.

75. **Septoria parasitica** Hart. in Zeitschr. f. Forst. u. Jagdwesen 1890, Forstl. Naturw. Zeitschr. 1893, p. 357. — Pycnidiis minutis, atris, globosis; sporulis anguste cylindraceis, medio 1-septatis, utrinque acutiusculis; basidiis filiformibus. 4727

Hab. in ramulis ultimis Abietis excelsæ et A. Menziesii in Germania. — « Vix hujus generis ».

76. **Septoria Fagi** Auersw. — Syll. fung. III, p. 503. — f. **amphigena** D. Sacc. Mycoth. ital. n. 1446 (1904). — Præcipue dignoscitur pycnidiis amphigenis, punctiformibus, hinc inde maculiformi-aggregatis, 100-120 μ. diam.; sporulis 30-42 × 2, curvulis, intus granulosis, hyalinis, continuis. 4728

Hab. in foliis morientibus et emortuis Fagi silvaticæ, Colano (Aquila) Ital. centr.

77. **Septoria Calami** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (86). — Maculis 4729

pallidis indeterminatis; pycnidiis innato-suberumpentibus, hemisphæricis, atris, poro pertusis 50-60 μ. diam.; sporulis filiformibus, flexuosis, hyalinis, plerumque 5-septatis, 25-40 × 0,4-0,5.

Hab. in foliis Calami caryotoidis, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

78. **Septoria Smilacis** E. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 168. — 4730
Maculis amphigenis rotundis vel subangulatis, ferrugineis, centro pallidioribus, margine angusto saturatiore leviter elevato cinctis, 2-5 mm. diam., subconfluentibus; pycnidiis amphigenis, innatis, 100–110 μ. diam., vertice erumpentibus, late pertusis, demum collabascentibus; sporulis filiformibus, curvis, tenuiter guttulatis, hyalinis. 35-40 × 1,5-2; cirris brunneolis.

Hab. in foliis vivis Smilacis, Harpers Ferry W. Va Amer. bor. (Harper). — A *Sept. smilacina* probe distincta.

79. **Septoria æmula** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, 4731
p. 126. — Pycnidiis dense sparsis, depressis, nigris, medio pertusis 50-80 μ. diam., in maculis plerumque apicalibus, aridis, brunneo-limitatis digestis; contextu parenchymatico flavo-fuligineo; sporulis bacillaribus, rectis curvulisve 1-septatis, raro continuis, 12-18 × 2, hyalinis.

Hab. in apice exsiccato foliorum Ophiopogonis spicati, in horto botanico Senensi Italiæ centr. — A *S. Ophiopogonis* Pass. sporulis multo minoribus facile dignoscitur.

80. **Septoria pseudopezizoides** Sacc. Bull. Soc. bot. ital. 1904, p. 207, 4732
fig. 2. — Maculis amphigenis, magnam folii partem occupantibus, subalutaceis, margine indefinito; pycnidiis late denseque gregariis, punctiformibus, subcutaneo-erumpentibus, fusco-melleis (nec nigris) 190-240 μ. diam., poro amplo, dimidiam vel tertiam pycnidii partem occupante apertis; contextu tenui parenchymatico melleo; sporulis bacillaribus, sursum sensim tenuatis, utrinque obtusulis, obsolete 4-6-septatis, non constrictis, lenissime curvis, intus farctis vel guttulatis, hyalinis, 60-70 × 4-5; basidiis ellipsoideo-oblongis, crassiusculis, 5-6 × 4.

Hab. in foliis languidis, quæ sursum demum arescunt, Muscari racemosi in horto botanico Patavino (Antonia Saccardo). — Ob ostiolum late apertum coloremque fusco-melleum species mox distincta et quoad habitum *Pseudopezizam* in mentem revocans.

81. **Septoria Ornithogali** Pass. — Syll. III, pag. 571. — var. **Allii** 4733
Maublanc in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 295. —

Pycnidiis numerosis, nigris, minimis, demum late apertis; sporulis cylindricis 3-septatis, 30-50 × 3-3,5.

Hab. in apice foliorum Allii vinealis, in Gallia occid.

82. **Septoria Thelymitræ** Mc Alp. in the Linn. Soc. of N. S. Wales 1903, pag. 101. — Maculis albicantibus, intense marginatis, fere ovalibus, epiphyllis, 2-3 mm. longis; pycnidiis minutis, nigris, punctiformibus, erumpentibus, intense brunneis, depresso-globosis, membranaceis, poro minuto pertusis, 105 μ. diam.; sporulis hyalinis, continuis, rectis raro paullo curvulis 2-5-guttulatis, 14-16 × 1-2. 4734

Hab. in foliis languidis Thelymitræ aristatæ, Ringwood, Victoria Australiæ.

83. **Septoria Orchidearum** West. — Sacc. Syll. III, p. 575. — forma **Listeræ-ovatæ** C. Mass. Novit. Fl. Myc. ver. 1902, p. 69. — Sporulis bacillaribus, utrinque vix acutis, continuis, 20-32 × 2. 4735

Hab. ad folia Listereæ ovatæ, in nemorosis montanis prov. Veronæ Italiæ bor.

84. **Septoria Stratiotis** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 14. — Epiphylla; pycnidiis sub epidermide occultatis, summo poro hiantibus, fuscescentibus 50-70 μ. diam.; sporulis elongato-clavatis, curvatis, sæpe flexuosis 60-70 × 3,5, pallidissime olivaceis, primo repetito-guttulatis, denique multiseptatis. 4736

Hab. in foliis Stratiotis aloïdis, Nunspeet Hollandiæ.

85. **Septoria flexuosa** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 13. — Pycnidiis.... non visis; sporulis maxime elongato-clavatis, continuis, flexuosis 90-120 × 2,5 (versus apicem), a summo usque ad basim continuo gracilescentibus, serie longitudinali guttularum nitentium ornatis. 4737

Hab. in foliis Sparganii ramosi, Nunspeet Hollandiæ.

86. **Septoria Chanousiana** Ferraris in Malpighia 1903, pag. 26. — Maculis amphigenis, purpureo-fuscis, sæpe confluentibus, subellipticis; pycnidiis globosis, ostiolo pertusis, brunneis, minutis 90-100 μ. diam.; sporulis rectis v. curvulis, utrinque acuminatis 1-septatis, 19-21 × 2,5, hyalinis. 4738

Hab. in foliis languidis Luzulæ luteæ, Piccolo S. Bernardo Italiæ bor. — *Sept. minutæ* Schroet. et *Sept. Luzulæ* Schroet. satis diversa.

87. **Septoria Cyperi** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 65. — Pycnidiis in maculis parvulis rufescentibus, irregulariter sparsis, suberumpentibus, 150-200 μ. diam.; sporulis filiformibus continuis, curvulis 80-120 × 2. 4739

Hab. in foliis Cyperi spec., Tuskegee, in Alabama.

88. **Septoria Caricis-montanæ** Vesterg. Micr. rariores selecti, in Bot. Not. 1902, p. 173. — Pycnidiis subsolitariis, in maculis brunneo-marginatis, 1-2 mm. latis, sitis, plerumque in quaque macula 1-3, erumpentibus, minutissimis, 150 μ. diam., interdum ambitu ellipticis 175 × 125; sporulis filiformibus sursum leniter tenuatis hyalinis distincte 4-6-septatis, rectis, curvulisve, 46-56 × 1. 4740

Hab. in foliis vivis Caricis-montanæ, in insula Osilia Rossiæ balticæ.

89. **Septoria Chamissonis** Saccardo et Scalia, Harrim. Alask. Exped. Crypt. p. 19, pl. VI, fig. 25. — Maculis nullis v. obsoletis; pycnidiis minutissimis, atris, gregariis, innato-prominulis, 65-70 μ. diam., globulosis, poro pertusis; contextu membranaceo, tenui, parenchymatico, fuscidulo; sporulis cylindraceis utrinque rotundatis, 3-septatis, eguttulatis, hyalinis, 46-52 × 3,5-4. 4741

Hab. in foliis Eriophori Chamissonis, Point Barrow Alaska (Murdoch). — Affinis *Septoriæ Scirpi* Sacc.; a sequente differt pycnidiis multo minoribus, sporulis brevioribus et crassioribus.

90. **Septoria eriophorella** Saccardo et Scalia, Harrim. Alask. Exped. Crypt. p. 20, pl. VI, fig. 24. — Maculis nullis; pycnidiis sparsis, globulosis, 275 μ. diam., profunde immersis, epidermide non atrata tectis, poro pertusis; contextu parenchymatico e cellulis deformibus, minutis, fuligineis composito; sporulis cylindraceo-filiformibus, 70-90 × 2,5-3, minute guttulatis, obsolete septulatis, hyalinis. 4742

Hab. in foliis Eriophori Chamissonis, Point Barrow Alaska (Murdoch). — A *Septoria Eriophori* differt præceteris pycnidiis quadruplo majoribus.

91. **Septoria paludosa** Kabát et Bubák, Oesterr. bot. Zeitschr. 1904, p. 5. — Maculis amphigenis, epiphyllis distinctioribus, oblongis v. lineatis, nervisequiis, sæpe confluentibus, griseo-brunneis, immarginatis; pycnidiis epiphyllis sparsis v. subseriatis, ca. 150 μ. diam., innatis, globosis leviter depressis, nigris, epidermide velatis, poro minuto papillato pertusis; contextu parenchymatico, brunneo; sporulis copiosissimis mox in cirros subroseos expulsis, bacillaribus, utrinque rotundatis, rectis curvulisve, 40-70 × 4-4,5, rarius altero sine acutulis, 8-12-septatis, non v. vix constrictis, hyalinis v. dilutissime olivaceis, articulis initio minutissime guttulatis, dein crassiuscule 2-pluriguttulatis. 4743

Hab. in foliis emortuis Phragmitis communis pr. Hirschberg Bohemiæ. — A *Sept. arundinacea* probe diversa.

92. **Septoria Munroæ** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 176. 4744
— Pycnidiis epiphyllis, punctiformibus, 100 μ. diam., numerosis, nigris, prominentibus; sporulis oblongis filiformi-clavatis ut in *Cercospora*, 80-110 × 2,5-3, hyalinis, in parte latiore 1-3-septatis.
Hab. in foliis Munroæ squarrosæ, Rooks Co., Kansas Amer. bor.

93. **Septoria phlyctænoides** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 235. 4745
Ic. fung. Jav. t. LXII, f. 1. — Pycnidiis in matrice arescendo dealbata laxe gregariis, epidermide sinuose fissa velatis, globoso-depressis, 150 μ. diam. poro plus minus lato hiantibus; contextu parenchymatico fuligineo; sporulis filiformibus, hyalinis, curvatis v. sæpius hamatis, 20-22 × 1; basidiis bacillaribus parallelis, 6-7 × 2, hyalinis.
Hab. in vaginis foliorum putridis Bambusæ, in horto bot. Bogoriensi Javæ.

94. **Septoria brevispora** Ell. et Dav. in Dav. Paras. Fungi Wisc. 4746
p. 99 (Trans. Wisc. Acad. 1903). — Maculis elongato-ellipticis, brunneis, 2-5 cm. long., 1-2 cm. lat., demum confluentibus et folium totum necantibus; pycnidiis non solum maculicolis, 120-150 μ. diam., pallidis, medio pertusis; sporulis clavato-cylindraceis, 15-18 × 2,5-3, quadrinucleatis, rectis.
Hab. in foliis Bromi ciliati, Racine Wisc. Amer. bor. — A *Sept. Bromi* sporulis multo brevioribus differt.

95. **Septoria tandilensis** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 83. 4747
— Maculis nullis v. diffusis, indeterminatis, expallentibus; pycnidiis in vivo lenticularibus, in sicco sæpius cupulato-collapsis, 100-120 μ. diam., gregariis, seriatis, plagulas lineares nigras epidermide velatas efficientibus, contextu parenchymatico fuligineo, ostiolo latiusculo hiantibus; sporulis bacillaribus, fere curvulis 40-60 × 1–1,5, utrinque obtusiusculis, continuis.
Hab. in foliis vaginisque Panici nitidi, Sierra del Tandil, Argentinæ. — Species habitu externo fere *Pucciniæ coronatæ.*

96. **Septoria Euphorbiæ** (Lasch.) Desm. Crypt. Franc. n. 2191 (1851), *Ascochyta Euphorbiæ* Lasch. in Herb. mycol. (1846), *Septoria bractearum* Mont. (1849) — Syll. III, p. 515. — Hæc est exacta nomenclatura speciei, teste cl. Oudem. in Rev. Myc. 1902, p. 111.

97. **Septoria Guepini** Oud. in Rev. Mycol. 1902, p. 112. Ita nominanda *Sept. Euphorbiæ* Guep. (1879) — Syll. III, p. 515 — nec Desm., observante cl. Oud. l. c.

SEPTORELLA Allesch. — Syll. XIV p. 981.

1. **Septorella Sorghi** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1903, p. 164. 4748
— Pycnidiis superficialibus, gregariis, globosis, tuberculoso-rugosulis, subcarbonaceis, 80-100 μ. diam., in maculis pallescentibus dispositis; sporulis oblongo-fusoideis, paullo curvulis, 3-4-nucleatis, dein spurie 3-4-septatis, hyalino-luteolis, 40-55 × 2; basidiis brevissimis.

Hab. in foliis Sorghi halepensis, Tuskegee, Alab. Americæ borealis.

RHABDOSPORA Mont. — Syll. III p. 578, X p. 387, XI p. 548, XIV p. 982, XVI p. 976.

1. **Rhabdospora camptospora** Sacc. et Scalia Harrim. Alaska Exped. 4749
Crypt. p. 18 pl. VI, fig. 26. — Pycnidiis sparsis, subcutaneo-erumpentibus, minutis, atro-nitidis, depresse globulosis, 200 μ. diam.; contextu parenchymatico fuligineo; sporulis bacillari-fusoideis, falcatis, raro rectiusculis, utrinque acutatis, tenuiter 3-septatis, 30-40 × 1-2, minute guttulatis, hyalinis.

Hab. in caule emortuo Anemones narcissifloræ, Yes Bay Alaska (Howell). — Nonnullis notis ad *Stagonosporam Pulsatillæ* accedit sed sporulæ obsoletius septatæ, multo angustiores et acutiores.

2. **Rhabdospora Rhœadis** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, 4750
p. 127. — Pycnidiis gregariis, sublenticularibus, tectis, brunneis, pertusis 140-160 μ. diam., contextu laxe parenchymatico, olivaceo-fusco; sporulis filiformibus, fere rectis, eguttulatis, continuis, hyalinis, 22-24 × 1.

Hab. in caulibus emortuis Papaveris Rhœadis, Pian del Lago, Siena Italiæ centr.

3. **Rhabdospora Gleditschiæ** Trotter in Bull. Soc. bot. it. 1901, p. 33. 4751
— Pycnidiis parvis, subcutaneo-erumpentibus, globoso-conoideis 200-250 μ. diam., nigris; sporulis cylindraceo-fusoideis, utrinque obtusiusculis, plerumque curvulis 20-30 × 2,5-4, pluri-guttulatis, granulosis, hyalinis; basidiis brevibus, acutiusculis, 3,5 μ. long., hyalinis.

Hab. in ramulis emortuis Gleditschiæ Triacanthi, prope Udine Italiæ bor. (A. Lorenzi). — *Rhab. umbonatæ* et *Rh. cordobensi* affinis.

4. **Rhabdospora corticicola** Mc Alp. Fung. diseas. Stone-fr. trees, Melb. 4752
1902, p. 122, fig. 241, 242. — Pustulis nigris, minutis, punctifor-

mibus; pycnidiis intense brunneis, superficialibus, depresso-globosis, sparsis vel subgregariis, poro pertusis, circ. 80 μ. diam.; sporulis hyalinis, fusiformibus v. fusoideo-curvis, apice utrinque acutis, continuis, raro guttulatis, 18-22 × 1,5-1,8.

Hab. in ramis Pruni Armeniacæ et Pr. Persicæ, Armadale, Victoria Australiæ.

5. **Rhabdospora imperialis** Sacc. — Syll. III, p. 583. — forma **Kœlreuteriæ** Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 13 (1903). 4753

Hab. in petiolis siccis Kœlreuteriæ paniculatæ, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ. — Sporulæ falcatæ continuæ, utrinque acutiusculæ, eguttatæ, 16-18 × 2,5-3, hyalinæ.

6. **Rhabdospora Theobromæ** Appel et Str. Einig. Kamer. Theobr. Pilze p. 2, c. fig. 3-4 (Centralbl. Bakt. 1903). — Maculis atro-brunneis; pycnidiis subinnatis, gregariis, erumpentibus, verticaliter ovoideis, 1,2-1,6 mm. lat., plus minus grisco-brunneo-tinctis, partim epidermide rupta tectis; sporulis cylindraceo-fusiformibus, leniter curvis, utrinque obtuse tenuatis, 1-4-septatis, hyalinis, 48-60 × 6-9. 4754

Hab. in fructibus emortuis Theobromæ Cacao in horto botanico Victoria Kamerun Africæ occid. (Strunk).

7. **Rhabdospora confertissima** Sacc. in Atti Congr. bot. Palermo 1902, p. 56. — Pycnidiis innato-subsuperficialibus, prominulis, confertissimis, maculas aterrimas latas formantibus, inæqualiter globulosis, 90-100 μ. diam., obtusis, poro globoso-anguloso pertusis; sporulis copiosis, acicularibus, rectis v. leniter curvis, subsessilibus, 7-8-septulatis, non constrictis, 45-55 × 3, hyalinis 4755

Hab. in cortice Cacteæ cujusdam, Rio de Janeiro Brasiliæ. — Est forte st. pycnidicus *Didymellæ confertissimæ*.

8. **Rhabdospora Thysselini** P. Henn. Abh. des Bot. Ver. der Prov. Brand. XLV, 1903, p. XVII. — Maculis oblongis, griseo-pallidis; pycnidiis sparsis vel subgregariis, epidermide velatis, globoso-depressis, subpapillatis, atris, ca. 70-90 μ. diam., basi hyphis septatis, fuscis, circumdatis; sporulis acicularibus, utrinque acutis, rectis vel flexuosis, obsolete pluriseptatis vel guttulatis, 20-30 × 1-1,5. 4756

Hab. in caulibus emortuis Thysselini palustris, Rheinsberg Germaniæ.

9. **Rhabdospora Umbelliferarum** Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. II, Fungi p. 28. — Areis magnis; pycnidiis sparsis, epidermide velatis, ostiolo emergentibus, nigris, 200-250 μ. diam., molliusculis; 4757

contextu celluloso, e cellulis rotundis circ. 3 μ. diam. composito; sporulis acicularibus, continuis, rectiusculis, 35 × 1.

Hab. in caulibus emortuis Umbelliferarum, Hermosa, South Colorado Amer. bor.

10. **Rhabdospora coffeicola** Delacr. Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 146, t. 9, f. 6-8. — Pycnidiis subcuticularibus, primo clausis, applanatis, 90-120 × 65-75, dein, cuticula rupta, late apertis; sporulis hyalinis, filiformibus, paullum arcuatis, granulosis, continuis, 25-28 × 0,7. 4758

Hab. in ramis floriferis emortuis Coffeæ arabicæ, Mexico (Errera). — Mycelium hyalinum, gracile, inter et intracellulare, in parenchymate corticali superficiali.

11. **Rhabdospora Lebretoniana** Sacc. et Roum. — Syll. III, p. 579. — forma **Solani** Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 12 (1903). 4759

Hab. in caule Solani speciei sublignosæ, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ. — Pycnidia 170-210 μ. diam., innato-prominula, poro pertusa, depressa, atra; sporulæ exquisite hamatæ, 20-24 × 0,5-1.

12. **Rhabdospora Campanulæ-Cervicariæ** Vestergr. in Hedv. 1903, p. 80, tab. II, fig. 9-10. — Pycnidiis sparsis, epidermide pallide tectis, translucentibus, nigris, 560-675 × 400-450, depressis, ambitu ovatis medio distincte papillatis; contextu crassiusculo brunneo, inæqualiter parenchymatico; sporulis filiformi acicularibus, utrinque acutatis 35-44 × 1,5 hyalinis, 4-5-septato-guttulatis rectiusculis. 4760

Hab. in caulibus emortuis, adhuc stantibus Campanulæ Cervicariæ, pr. Arensburg Sueciæ.

13. **Rhabdospora Phlogis** Oudem. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 1904, p. 1116 (Ned. Kruidk. Arch.). — Pycnidiis copiosissimis, confertis, 100 μ. diam. epidermide tectis, demum expositis, globoso-depressis, nigris, pertusis; sporulis acicularibus, rectis, hyalinis, acutulis, continuis, 40-50 × 0,8. 4761

Hab. in caulibus Phlogis Drummondi culti, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

14. **Rhabdospora Lobeliæ** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, p. 559. — Pycnidiis nigris, punctiformibus, gregariis, erumpentibus, globosis, sublente intense brunneis, membranaceis, poro papillatis, 160-200 μ. diam.; sporulis hyalinis, filiformibus, rectis vel subcurvulis, utrinque rotundatis, vel subacutis, 1-vel pluriguttulatis, 24-31 × 3-3,5; basidiis filiformibus curvulis 7-10 μ. longis. 4762

Hab. in caulibus Lobeliæ gibbosæ, Sandringham, in Victoria Australiæ.

15. **Rhabdospora pachyderma** Kab. et Bub. Hedw. 1904, p. 420. — Pycnidiis sparsis, nigris, innatis, globoso-lenticularibus, 100-130 μ. diam., epidermide, tumidula, cinerescente velatis dein vertice erumpentibus, poro centrali pertusis; contextu firmo, parenchymatico, brunneo; sporulis acicularibus utrinque tenuatis, acutis, rectis curvulisve, 15-25 × 1-17, 1-septatis, hyalinis. 4763

Hab. in caulibus Plantaginis majoris emortuis, socia *Phoma paradoxa* pr. Welwarn Bohemiæ.

16. **Rhabdospora Vincæ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 13. — Pycnidiis minimis 100 μ. diam., numerosis, sparsis, epidermide velatis, ostiolo parvo hiantibus, nigris, coriaceis, luci impervis; sporulis numerosissimis, hyalinis, continuis, tenerrimis 40-50 × 1,3. 4764

Hab. in caulibus Vincæ minoris, Valkenberg Hollandiæ.

17. **Rhabdospora Feurichii** P. Henn. Ein. v. Hrn. G. Feurich, Göda in Kögr. Sach. ges. Sphærops. 1904, p. 433. — Pycnidiis caulicolis gregariis, sublenticularibus, atris, poro pertusis ca. 60-80 μ. diam.; conidiis fusoideo-falcatis v. filiformibus, utrinque subacutis, eguttulatis, 20-25 × 1 $^1/_2$-2, hyalinis. 4765

Hab. in caulibus emortuis Valerianæ officinalis Zoblitz pr. Soland Saxoniæ (Feurich). — Sociæ adsunt *Leptosphæria ogilvensis* et alia *Rhabdosporæ* species sporulis 50-60 × 2 (an *Rh. Valerianæ* P. Henn.?)

18. **Rhabdospora Valerianæ** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 73. — Pycnidiis erumpentibus, lenticularibus vel globosis, atris, poro pertusis 150-180 μ. diam.; sporulis filiformibus, utrinque acutis, pluriseptatis 55-65 × 2. 4766

Hab. in caulibus siccis Valerianæ officinalis Michailowskoje, in ditione Mosquensi Rossiæ.

19. **Rhabdospora bygdoensis** P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904, p. 30 Nyt. Magaz.). — Pycnidiis innato-erumpentibus, punctiformibus, gregariis, atris, subglobosis, perforatis, 120-160 μ. diam.; sporulis cylindraceis, utrinque obtusis, rectis, 1-3-septatis, 16-30 × 2,5 3,5, hyalinis. 4767

Hab. ad caules siccos Artemisiæ vulgaris pr. Christiania Norvegiæ.

20. **Rhabdospora Jaapiana** P. Henn. Abh. des Bot. Ver. der Prov. Brandenb. XLV, 1903, p. XVII. — Maculis oblongis, fuscidulis; pycnidiis sparsis, subcutaneis, suberumpentibus, atris, ca. 70-90 4768

μ. diam.; sporulis filiformibus, utrinque subacutis, rectis vel falcatis, pluri-guttulatis, hyalinis, 25-35 × 2.

Hab. in caulibus Artemisiæ campestris, Rheinsberg Germaniæ (O. Jaap).

21. **Rhabdospora coriacea** Bub. Ann. mycol. 1904, p. 398. — Macu- 4769
lis minutis, argenteo-griseis, caulicolis, interdum confluentibus; pycnidiis gregariis, minutis, 80-130 μ. diam., depresso-globosis, ambitu circulari vel oblongo, nigris, poro centrali obscurius marginato pertusis; contextu parenchymatico firmo, subcoriaceo; sporulis acicularibus, 20-30 × 1, rectis curvulisve, hyalinis, obsolete guttulatis.

Hab. in caulibus ramisque Centaureæ Scabiosæ pr. Tabor Bohemiæ.

22. **Rhabdospora Dahliæ** Oud. Contr. XX Mycol. Pays-Bas, 1904, 4770
p. 1115 (Ned. Kruidk. Arch.). — Pycnidiis sub-epidermicis, dein expositis, perexiguis, 100-130 μ. diam., hinc inde gregariis, nigris, depressis, centro pertusis; sporulis rectis, medio 1-septatis, utrinque obtusulis, 18-20 × 1,5, bi-triguttatis, hyalinis.

Hab. in caulibus emortuis Dahliæ variabilis, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

23. **Rhabdospora Gutierreziæ** Earle, Plantæ Bakerianæ fasc. II, Fungi 4771
p. 27. — Pycnidiis sparsis, initio tectis, dein erumpentibus, 80-150 μ., diam., locellatis, ostiolo inconspicuo; sporulis rectis vel paullulum curvatis, utrinque obtusis, initio continuis dein 1-3-septatis, postremo multi-septatis, 30-50 × 2-3.

Hab. in frustulis emortuis Gutierreziæ spec., Hermosa, South Colorado Amer. bor.

24. **Rhabdospora Leontodontis** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 73. — 4772
Pycnidiis gregarie erumpentibus, atris, poro pertusis, papillatis 60-80 μ. diam.; sporulis longe bacillaribus v. acicularibus, acutis, hyalinis, medio 1-septatis, 18-28 × 0,6-0,8.

Hab. in caulibus siccis Leontodontis, Michailowskoje in ditione Mosquensi Rossiæ.

25. **Rhabdospora nigrella** Sacc. — Syll. III, p. 588. — forma **Acnidæ** 4773
Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 12 (1903).

Hab. in caulibus subemortuis Acnidæ cannabinæ, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ. — Pycnidia hinc inde in greges strictos conferta, exigua, 80-130 μ. diam., poro irregulari dehiscentia; sporulæ bacillares, rectæ, v. curvulæ, utrinque obtusulæ, continuæ, 14-15 × 1,5, hyalinæ, eguttatæ; basidia subnulla.

26. **Rhabdospora longispora** Ferraris Malp. 1904, pag. 498, t. IX, f. X. — Pycnidiis gregariis, subcorticalibus, globoso-depressis, 250-340 μ. lat., 190-200 μ. alt., perforatis, membranaceis atro-nitidulis; sporulis filiformibus, tortuosis, 60-70 × 2, obsolete septatis v. continuis, pluri-guttulatis e strato proligero hyalino oriundis; basidiis brevissimis, obsoletis. 4774

Hab. in ramulis Salicis capreæ dejectis, Riva Valdobbia Ital. bor. (Ab. Carestia).

27. **Rhabdospora aloëtica** Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 13 (1903). — Pycnidiis gregariis, innato-prominulis, punctiformibus, nigris, globulosis, 60-80 μ. diam., poro pertusis; contextu parenchymatico, tenui, dilute fuligineo; sporulis teretiusculis, rectis, v. curvulis, utrinque obtusiusculis, 12-16 × 1,5, minute 4-5-guttulatis, continuis, hyalinis. 4775

Hab. in ramulis Aloës sp. in horto botanico, Coimbra Lusitaniæ.

28. **Rhabdospora occulta** Ferraris et Carest. Malp. 1904, p. 498, t. IX, f. IX, D. Sacc. Myc. ital. n. 1359. — Pycnidiis parvis, paucis, subsuperficialibus, gregariis, non maculicolis, basi applanatis, poro papillato-pertusis, epiphyllis 180 μ. diam.; sporulis bacillaribus, hyalinis, apice obtusis, 2-3-guttulatis, 15-19 × 2,4-2,6; basidiis rectis hyalinis. 4776

Hab. in foliis emortuis Goodyeræ repentis, Riva Valdobbia Italiæ bor (Ab. Carestia).

29. **Rhabdospora Elettariæ** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 235, Ic. fung. Jav. t. LXII, f. 2. — Pycnidiis inter hyphas helminthosporiaceas sparsis, superficialibus, globosis, perexiguis, poro pertusis 45-55 μ. diam.; contextu membranaceo parenchymatico, fuligineo; sporulis bacillaribus, æqualibus, sub-rectis 11-14 × 0,7, utrinque obtusulis, hyalinis, per porum fasciculatum exilientibus. 4777

Hab. inter hyphas Helminthosporii?, ad caulem Elettariæ, Tjibodas, in insula Java. — Ob pycnidia superficialia a typo generis recedit et probabiliter ut genus proprium (*Rhabdosporella*) censenda; cui certe nonnullæ aliæ species addendæ sunt.

30. **Rhabdospora Hennebergii** (Kühn?) Sacc. et D. Sacc. — Ita nominanda *Phoma Hennebergii* Lopr. (an et Kühn?) Lopr. Studi di patol. veg. Roma 1893, p. 10, f. 1-4, nam figura 4 ostendit sporulas 14-18 × 2-2,5, constricto-1-3-septatis, hinc nec *Phomæ* nec *Macrophomæ*.

TRICHOSEPTORIA Cavara — Syll. XI p. 548.

1. **Trichoseptoria fructigena** Maubl. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 95, c. icone. — Maculis majusculis, depressis, pallide fulvis; pycnidiis subepidermicis, dein erumpentibus et fere superficialibus, simplicibus vel sæpe confluentibus sinuosisque, pilis tortuosis, hyalinis vestitis; sporulis cylindraceis, curvulis, utrinque obtusis, granulosis, hyalinis, 18-23 × 3-3,5, 1-rarius 3-guttulatis, granulosis et indistincte 2-septatis; basidiis subæquilongis, simplicibus v. ad basim ramosis. 4778

Hab. in fructibus maturis Piri Mali et Cydoniæ vulgaris, in Gallia.

PHLYCTÆNA Mont. et Desm. — Syll. III p. 593, X p. 400, XI p. 550, XIV p. 986, XVI p. 981.

1. **Phlyctæna Berberidis** v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, p. 47. — Pycnidiis subcutaneis, pallidis, oblongis, 300-500 μ. lg., depressis; tunica grisea, tenui, e cellulis minutissimis formata, incompleta, supra irregulariter dehiscente, intus basidiis hyalinis, filiformibus, 40-60 × $^1/_2$, dense parallele stipatis obtecta; sporulis hyalinis, filiformibus, rectis vel curvulis, septatis, 50-100 × 0,5-0,8. 4779

Hab. in ramulis siccis Berberidis vulgaris prope Tumpen Oetzthal Tiroliæ, Julio 1903.

2. **Phlyctæna alpina** Ferraris in Malpighia 1902, p. 468, t. XI, f. 14. — Pycnidiis sparsis, punctiformibus, subcutaneis, oblongatis, applanatis, poro pertusis, membranaceis, 250 × 150-170; sporulis hyalinis, copiosissimis, falcato-curvatis, guttulatis, continuis, 26-30 × 2-2,4. 4780

Hab. in caulibus floralibus Valerianæ sp., Piccolo S. Bernardo Italiæ bor.

3. **Phlyctæna Ficuum** P. Henn. Hedw. 1904, p. 93. — Maculis flavis rotundatis, 2-3 mm. diam.; pycnidiis aggregatis epiphyllis, rotundato-pulvinatis, innato-erumpentibus, atro-nitentibus, punctiformibus; sporulis fusiformibus, acutis, hyalinis, continuis, eguttulatis 20-25 × 0,3-0,4; basidiis filiformibus, hyalinis. 4781

Hab. in foliis Fici, Corcorado, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

4. **Phlyctæna variabilis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 235, Ic. fung. Jav. t. LXII, f. 3. — Pycnidiis gregariis, epidermide modo simpliciter, modo rimosa et leviter inflata velatis, inæqualiter di- 4782

scoideis, vix 500 μ. diam., sursum imperfectis, atris; sporulis filiformibus curvatis, hamatis, raro rectiusculis, 25-30 × 1, hyalinis.

Hab. in caulibus putrescentibus Elettariæ, Tjibodas, in insula Java.

TRICHOCOLLONEMA v. Höhnel Fragmente zur Mykologie 1903, p. 29 (Eym. *thrix* capillus et *Collonema*). — Pycnidia superficialia, subglobosa, carbonacea, pilis longis, sæpe conidiigeris instructa. Sporulæ longe fusiformes, coloratæ, septatæ. — Est *Collonema* piligera cum sporulis septatis, coloratis.

1. **Trichocollonema acrotheca** v. Höhnel l. c. — Pycnidiis superficialibus carbonaceis, fragilibus, sphæroideis, late conico-papillatis 150-200 × 200; pilis 4-6 μ. latis, sæpe conidiiferis (e typo *Acrothecæ* ex Dematieis) instructis; sporulis hyalino-aureis, elongato-fusiformibus, 5-8-septatis, 40-60 × 3-4, guttulatis. 4783

Hab. in Abietis pectinatæ cortice levi in silva montis «Gelber Berg» prope Purkersdorf, Wienerwald Austriæ inferioris.

MICROPERA Lév. — Syll. III p. 604, X p. 404, XI p. 551, XIV p. 987.

1. **Micropera Vaccinii** E. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 169. — Pycnidiis ovato-conoideis, subcarneis, subcutaneis, in tubercula minuta 1 mm. diam. nigricantia erumpentibus; sporulis arcuatis, utrinque acutis, hyalinis, 40-50 × 3. 4784

Hab. in caule emortuo Vaccinii corymbosi, Millers Ind. Amer. bor. (Harper).

SPHÆROGRAPHIUM Sacc. — Syll. III p. 597, X p. 401.

1. **Sphærographium abditum** Sacc. et Scalia Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 18, pl. VI, fig. 27. — Pycnidiis sparsis, mox superficialibus, globoso-conicis, sæpius longiuscule rostellatis, circ. 500 μ. diam., nigris, senio depressis, contextu parenchymatico, fuligineo; sporulis filiformibus, rectis, raro subcurvis, 50-72 × 1-1,5, continuis guttulatis, hyalinis. 4785

Hab. in interiore caulium emortuorum Heraclei, cum *Leptosphæria Doliolo*, Kadiak Alaska, Amer. bor. (Trelease).

CORNULARIA Karst. — Syll. III p. 598, X p. 402, XI p. 551, XVI p. 982.

1. **Cornularia piriformis** Mc Alp. Fungus Diseases Stone-fr. trees, 4786

Melbourne 1902, p. 122, fig. 238-240. — Pycnidiis piriformibus, erumpentibus, nigris, membranaceis, contextu parenchymatico, 100 μ. diam.; sporulis hyalinis, tenuibus, elongatis, curvulis, utrinque apice acutis, granulosis, 3-5-septatis, 54-64 × 2, raro 75 μ. longis, colli pycnidii contextu e cellulis olivaceis filiformibus, 3-septatis sporulâ subæquilongis.

Hab. in ramis emortuis Pruni Persicæ, Armadale, prope Melbourne Australiæ. — A *C. Persicæ* (Schw.) Sacc. valde affinis.

DILOPHOSPORA Desm. — Syll. III p. 600.

1. **Dilophospora albida** Mass. et Crossl. in the Natural. 1904, p. 3. — 4787
Pycnidiis gregariis, subellipticis, gelatinosis, albo-pallescentibus, circa 1 mm. lat. et alt.; sporulis cylindraceis utrinque obtusis 30-40 × 7-8, infra apicem setulas 3-6 filiformes gerentibus.

Hab. in caulibus Epilobii hirsuti, Lee Mill Road, Hebden Bridge Britanniæ (J. Needham).

2. **Dilophospora Stiparum** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 84. 4788
— Maculis nullis; pycnidiis subcarbonaceis, 80-90 μ. diam., contextu fuligineo indistincto, ostiolo latiusculo pertusis; sporulis levibus 15-20 × 4, utrinque rotundatis subacutiusculis, 3-septatis ad septa non constrictis, hyalinis.

Hab. ad culmos putrescentes Stipæ speciosæ prope Nahnelhuapi Argentinæ.

SEPTODOTHIDEOPSIS P. Henn. Fungi Amaz. III 1904, pag. 388 (Etym. *septo* pro *Septoriella* et *Dothideopsis,* quibus affinis). — Stromata superficialia, carbonacea, pulvinata, atra, rugosa, setulosa, pycnidiis immersis; sporulæ filiforme falcatæ, hyalinæ, pluriguttulatæ vel obsolete septatæ. — *Cytosporinæ* Sacc. et *Septoriellæ* Oud. affinis sed stromata superficialia.

1. **Septodothideopsis manaosensis** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, 4789
pag. 388, c. icone. — Stromatibus superficialibus plerumque hypophyllis gregariis, interdum botryose confluentibus, carbonaceis, atris, opacis pulvinato-hemisphæricis v. subgloboso-depressis, tuberculoso-rugulosis, ad basim interdum annulato-incrassatis, setulosis, setulis atris acutis, 0,5-1.5 mm. diam.; pycnidiis immersis; sporulis filiformibus, falcatis, utrinque obtusiusculis vel acutiusculis, pluriguttulatis vel obsolete septatis, hyalinis, 30-50 × 3-3 1/2.

Hab. in foliis fruticis cujusdam, Manáos, Rio Negro Amazoniæ.

CYTOSPORINA Sacc. — Syll. III p. 601, X p. 403, XIV p. 988, XVI p. 982.

1. **Cytosporina Sorbi** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 9. — Stromatibus atris, numerosissimis, in parenchymate corticali externo nidulantibus, nunc depresso-globosis v. depresso-conicis nunc iterum in longitudinem protractis, peridermate tumidulo, denique stellato v. transverse rimoso-fisso tectis, ostiolis prominentibus asperulis uni- vel plurilocularibus; sporulis subtilissimis, hyalinis, continuis, eguttulatis, fusiformi-arcuatis, utrinque acutissimis 11–18 μ. long. in medio 2 μ. cr.; basidiis acicularibus, æquilongis vel longioribus. 4790

   Hab. in ramis Sorbi Aucupariæ, Nunspeet Hollandiæ.

2. **Cytosporina Adolphiæ** Turconi, Un fungo parass. sulle Chaquirilla, p. 30 (Atti Ist. bot. Pavia, 1904, X). — Stromatibus prominulo-applanatis, nigris, minutis (habitu *Phyllachoræ mexicanæ*), irregulariter plurilocularibus, loculis plerumque irregulariter sinuosis, raro subrotundis; sporulis copiosissimis, filiformibus, exilissimis, plerumque leniter curvatis, rarius rectis v. leniter flexuosis, utrinque acutatis, 23-25 × 1, hyalinis; basidiis cylindricis, 25 × 2, dense fasciculatis, hyalinis. 4791

   Hab. in ramulis vivis Adolphiæ infestæ (*Chaquirilla*), Mexico (A. L. Herrera). — Pycnidia *Phyllachoræ mexicanæ*.

3. **Cytosporina Ribis** P. Mag. apud van Hall in Ann. Mycol. 1903, p. 508, tab. XI (absque diagnosi). — Stromatibus in loculos labyrintheos partitis, erumpentibus, depresse conoideis, extus hyphis piliformibus crebris nigris vestitis; sporulis filiformi-bacillaribus, incurvatis, hyalinis, continuis 33 × 1,5, in cirros crassos obtusos flavidos exsilientibus; basidiis filiformibus, parallele stipatis sporulas subæquantibus. 4792

   Hab. in ramis Ribis rubri et R. Grossulariæ prope Hoorn Nederlandiæ, ubi eorum culturis valde est noxia.

4. **Cytosporina Pircuniæ** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 85. — Maculis nullis; stromatibus epidermide fissa cinctis, subhemisphæricis 0,3–0,4 mm. diam., carbonaceis, astomis, levibus, opacis; loculis sæpe gyrosis, angulosis, pusillis nucleo albo-farctis; sporulis filiformibus, 15-20 × 1, sigmoideis vel hamatis, levibus, dense conglobatis. 4793

   Hab. ad ramos dejectos putrescentes corticatos Pircuniæ dioicæ, S. Catalina prope Buenos Aires Argentinæ.

5. **Cytosporina Fraxini** Ell. et Ev. Proc. Accad. nat. Sc. Philad. 1890, 4794

p. 224. — Stromatibus . . . . sporulis filiformibus, curvatis usque 40 μ. longis.

Hab. in cortice ramorum Fraxini, London, Canada, socia *Cryptosphærina Fraxini* (E. et Ev. sub *Thyridaria*) Lamb. et Fautr., cujus videtur status pycnidicus.

6. **Cytosporina quercina** (Tul.) Trav. in Bull. Soc. bot. ital. 1904, p. 212 (= *Diatrypella quercina* for. *spermogonica* Tul.), Sel. fung. carpol., II, pag. 98 (1863). — Stromatibus sparsis vel gregariis, erumpentibus, pulvinatis, nigris, superficie rimosis, peridermio stellatim fisso vel laciniato arcte adhærente cinctis, loculis in quoque stromate copiosis, profunde immersis, irregulariter monostichis v. subdistichis, minutis, forma et magnitudine varia; sporulis cylindraceo-filiformibus utrinque acutiusculis, arcte incurvis, hyalinis, 30-35 × 1-1 $^1/_2$, basidiis filiformibus, rectis, subæquilongis suffultis. 4795

Hab. in ramis corticatis Quercus et Castaneæ in Italia, Gallia, Germania etc. — *Diatrypellæ quercinæ* certe status pycnidicus. — *Cytosporina Quercus* Pass. differre videtur stromatibus minus evolutis, sporulis forma (bacillari-fusoidea) et magnitudine (30-45 × 2-2 $^1/_2$) dissimilibus, sed probabiliter de re eadem agitur.

7. **Cytosporina Cratægi** Allesch. — Syll. XIV, p. 988. — var. **corylina** Ferraris Malp. 1904, p. 499. — Sporulis 19-20 × 1. 4796

Hab. in ramis emortuis Coryli Avellanæ, Riva Valdobbia (Ab. Carestia). — A *Cytosporina loanensis* magis distat.

8. **Cytosporina abietina** Ferraris in Malpighia 1902, pag. 468. — Stromatibus minutis, verruciformibus, erumpentibus 220 μ. alt. 500-550 μ. lat., intus luteo-brunneis, loculis irregularibus; sporulis filiformibus, arcuatis, vel uno apice hamatis, dilute luteolis, 21-25 × 1,5-2. 4797

Hab. in ramulis siccis Abietis, St. Didier Italiæ bor.

Fam. 2. Nectrioidaceæ Sacc.

Sect. 1. Hyalosporæ.

EUROTIOPSIS Karst. — Syll. X p. 406.

1. **Eurotiopsis foliicola** Karst. Fungi nov. Lönnb. 1901, p. 7 (Finska Vetensk. Soc.). — Pycnidiis sæpius glomerulatim aggregatis, glaberrimis, levissimis sulphureis, 60-90 μ. diam., contextu tenuissimo 4798

membranaceo, imperspicue parenchymatico hyalino hyphis tenerrimis, ferrugineis; sporulis sphæroideis, hyalinis, numerosissimis 5-7 μ. diam.

Hab. foliis languescentibus Berberidis vulgaris in regione Kuopioënsi (E. Schwartzberg.).

ZYTHIA Fr. — Syll. III p. 614, X p. 404, XI p. 552, XIV p. 988, XVI p. 983.

1. **Zythia rhoina** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, p. 13. 4799
— Pycnidiis cæspitosis, ovoideis, luteis 150-200 μ. diam., granuloso-rugosis, astomis, in stromate molliusculo luteolo sitis, nectrioideis circ. μ. diam. insidentibus; sporulis oblongo-ellipticis, continuis v. leniter 1-septatis 6-10 × 2,5-3,5; basidiis filiformibus, curvulis, 8-15 μ. long.

Hab. in sarmentis emortuis Rhois radicantis, Newfield N. J. Amer. bor.

2. **Zythia abnormis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 236, Ic. fung. 4800
Jav. t. LXIII, fig. 1. — Pycnidiis laxe gregariis, erumpentibus, carnoso-molliusculis, flavido-aurantiis, 0,5 mm. diam., globulosis, astomis v. subastomis, hyphis mycelicis filiformibus tortuosis, ramulosis, septatis, 5 μ. cr. rufescentibus basi cinctis, senio induratis, obscurioribus; contextu parenchymatico sordide carneo-flavido, cellulis 12-15 μ. diam.; sporulis copiosissimis, totum pycnidium implentibus, anguloso-ellipsoideis 6,5-7,5 × 5-6 e hyalino flavo-ochraceis; basidiis obsoletis v. brevissimis.

Hab. in corticibus putrescentibus herbarum majorum, prope Buitenzorg Javæ. — Pycnidiis subastomis dein indurescentibus etc., a typo generis paullulum recedit.

3. **Zythia albo-olivacea** v. Höhnel Fragmente zur. Mykol. 1903, p. 31. 4801
— Pycnidiis superficialibus, carnosis, primum albis vel flavido-pallidis, demum viridibus v. olivaceis (in statu sicco nigrescentibus), subsphæricis, conico-papillatis, sparsis vel cæspitosim confluentibus, ostiolatis; tunica fibroso-cellulosa; sporulis numerosissimis, hyalinis, continuis, bacillariformibus, 2-3 × 0,5-1; basidiis fasciculatis, parallele dendroideo-ramosis 1 μ. crassis, usque 100 μ. longis.

Hab. in ligno dejecto putrido Carpini in silvis prope Giesshübel (Wienerwald) et iterum in silvis prope Rossatz Austriæ inferioris, in ligno putrido Tiliæ.

4. **Zythia Nepenthis** P. Henn. Hedw. XLIV, 1905, p. 173. — Ma- 4802

culis fuscis effusis; pycnidiis sparsis erumpentibus, subhemisphæricis membranaceo-cellulosis, coccineis, ca. 100-150 μ. diam.; sporulis innumeris bacillaribus, cylindraceis, obtusis, hyalinis, 3-3 $^1/_2$ × 0,5; basidiis filiformibus, 10-30 × 0,5 hyalinis.

Hab. in foliis emortuis Nepenthis bicalcaratæ in horto botanico Berolinensi (E. Behnick).

5. **Zythia Welwitschiæ** P. Henn. in Ergebn. der Kunene Sambesi Expedit. p. 168 (1902). — Pycnidiis subsuperficialibus, ceraceo-molliusculis, flavidis dein fuscescentibus, globulosis, apice papillatis ca. 100-160 μ. diam.; sporulis oblongis, subcylindraceis, continuis, utrinque obtusis, 7-14 × 3,5-4,5. 4803

Hab. in floribus emortuis Welwitschiæ mirabilis, Buraco Afr. austr.

6. **Zythia phyllachoricola** P. Henn. Fungi Paulenses III, pag. 209 (Hedw. 1904). — Pycnidiis stromaticolis, sparsis vel gregarie confluentibus, ceraceo-mollibus, flavido-carnescentibus v. fuscescentibus, ovoideis, ca. 100-150 μ., cellulis subglobosis, dilute carneis; sporulis ellipsoideis, intus granulatis, hyalinis, continuis, 8-11 × 5-7. 4804

Hab. in stromatibus Phyllachoræ Macrosiphoniæ, Serra de Cantareira Brasiliæ.

CHÆTOZYTHIA Karst. — Syll. X p. 406.

1. **Chætozythia amylospora** (Karst.) v. Höhnel in litt. *Sphæria amylospora* Karst. in Ann. of nat. hist. 1867, XIX, pag. 356, tab. X, fig. 11-13. — Pycnidiis superficialibus, griseis, subsphæroideis, solitariis vel ad 2-3-confluentibus, extus breviter villosis, superne late papillatis, ostiolo rotundato, pilis brevibus ornato, instructis; ascis nullis; sporulis minutis, ovatis, jodi ope violaceo-tinctis; mycelio hyalino. 4805

Hab. in antheris apertis Fuchsiæ splendentis cultæ in calidariis in Germania. — Ob habitationem fungillus vere peculiaris et dubius. — *Chætoz. pulchella* Karst. — Syll. p. 406 — teste cl. v. Höhn. in litt. nil est nisi ovum animalculi acaroidei e gen. *Bdellæ.*

PSEUDOZYTHIA v. Höhnel Fragmente zur Mykol. 1903, p. 33 (Etym. *pseudes* falsus et *Zythia*). — Pycnidia superficialia, sparsa, pallida, carnosa, molliuscula, globosa, e fibris exacte parallele condensatis formata, primum clausa, denique late aperta, in margine subciliata. Basidia subtilia, longe ramosa. Sporulæ pleurogenæ, cylindraceo-fusiformes, hyalinæ, unicellulares. Genus saprophyticum.

1. **Pseudozythia pusilla** v. Höhnel l. c. — Pycnidiis sparsis, superficialibus, fere nudis, primum albis et clausis, denique pallide ochraceis et latissime apertis, c. 200 μ. altis et 300 μ. latis, in margine parce ciliatis; tunica ex hypharum hyalinarum, parallele ordinatarum stratis 4 formato; nucleo e basidiis hyalinis, 100 × 1 in basi longe ramosis, ramis curvatis formato; sporulis numerosissimis, hyalinis, pleurogenis, non catenulatis, cylindraceo-fusiformibus, rectis, utrinque acutis, 7-10 × 1-1,5, biguttulatis. 4806

Hab. ad lignum dejectum Fagi, prope Purkersdorf Austriæ inferioris.

LIBERTIELLA Speg. — Syll. III p. 616.

1. **Libertiella lignicola** v. Höhnel Fragmente zur Mykologie, 1903, p. 33. — Pycnidiis dense gregariis, superficialibus, mollibus, carnosulis, candidis, primum clausis, demum ostiolo late hiante donatis, subsphæroideis, obtusis 50-100 μ. latis; tunica 12-16 μ. cr., intus basidiis brevibus, simplicibus instructa; sporulis hyalinis, bacillaribus, continuis 4-6 × 1-1,5. 4807

Hab. in ligno semiputrido Fagi, in silvis prope Purkersdorf Austriæ inferioris.

CILIOSPORA Zimm. Centralbl. f. Bakter. 1902, p. 217 (Etym. *cilium* et *spora*). — Pycnidia superficialia, subgelatinosa. Sporulæ continuæ, hyalinæ, setulis seu ciliis ad et prope apices auctæ.

1. **Ciliospora gelatinosa** Zimm. l. c. p. 217, fig. 5. — Pycnidiis dense gregariis, globosis vel mutua pressione angulatis, ostiolo obtuse conico prominulo præditis, subgelatinosis, hyalinis, c. 1 mm. diam., contextu c. 60 μ. cr. ex hyphis filiformibus conflato; sporulis cylindraceis, subrectis, 1-cellularibus, 15-30 × 5-6, ciliis perexiguis 4-8, hyalinis, 7-12 μ. longis irregularites prope apices sitis. 4808

Hab. in fructibus Theobromæ Cacao putrescentibus, Buitenzorg Javæ.

SIROZYTHIA v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, p. 48 (Etym. *seira* catena et *Zythia* ob sporulas catenulatas). — Pycnidia globosa vel oblonga, immerso-erumpentia, carnosula, pallida v. hyalina, primum clausa, demum irregulariter dehiscentia, intus dense basidiis brevibus obtecta. Sporulæ acrogenæ, catenulatæ, hyalinæ v. pallidæ, continuæ, plerumque oblongæ.

1. **Sirozythia rosea** v. Höhn. l. c. — Pycnidiis immersis, e ligni fibris erumpentibus, sparsis, læte carneo-roseis, oblongo-ovoideis, leviter 4809

depressis, ostiolo nullo vel obsolete præditis, primum clausis, demum irregulariter dehiscentibus, ca. 160-200 μ. latis, 285 μ. longis, 110 μ. altis; nucleo amœne carneo-roseo; tunica fere indistincte fibroso-cellulosa, hyalina, carnosa, ca. 8-12 μ. crassa, dense basidiis hyalinis, simplicibus vel parce ramosis, brevibus obtecta; sporulis acrogenis, hyalinis, catervatim pulchre roseis, oblongis, rectis, utrinque rotundatis, guttulis oleosis duabus præditis, 6-8 × 1 $^1/_2$-2 $^3/_4$, catenas simplices vel ramosas formantibus.

Hab. in ramulis siccis Berberidis vulgaris prope Tumpe, Œtzthal Tiroliæ, Aug. 1903.

SPHÆRONÆMELLA Karst. — Syll. III p. 617, X p. 407, XI p. 552, XVI p. 984

1. **Sphæronæmella microsperma** v. Höhnel Fragmente zur Mykologie 4810
1903, p. 34. — Pycnidiis superficialibus, erectis, cylindraceis, 350 μ. altis, 190 μ. latis, supra late apertis, medio paullo constrictis, deorsum leviter conico dilatatis, supra albidis, deorsum sensim e griseo vel e cæruleo olivaceo-nigrescentibus; tunica carnosa, contextu supra fibrilloso, inferne minute celluloso; basidiis dense stipatis, fasciculato- vel verticillato-ramosis, ramulis 12 × 1; sporulis acrogenis, sphæricis, hyalinis, minutissimis 0,8-1 μ.

Hab. in ligno putrido Betulæ prope Aspang in radicibus montis « Wechsel » dicti, Austriæ inferioris.

2. **Sphæronæmella macrospora** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, 4811
p. 235, Ic. fung. Jav. t. LXII, f. 4. — Pycnidiis sparsis, superficialibus, verticaliter ovatis, basi leniter coarctatis, in rostrum teres apice leniter attenuatum erectiusculum productis, totis 1 mm. altis, semidiaphanis albis; sporulis elliptico-ovoideis utrinque rotundatis 21-22 × 8-10, hyalinis, intus granulosis, in basidiis cylindraceis, granulosis, parce septatis 8-9,5 μ. cr., obtusis acro-pleurogenis.

Hab. in cortice arborum Tjibodas Javæ. — Cellula ostiolis apicales filiformes, demum relaxatæ 3,5-4 μ. crassæ.

3. **Sphæronæmella diaphana** (Fuck.) Sacc. — Syll. III, p. 616. Observante cl. Oud. in Rev. Myc. 1902, p. 113, species nascitur in squamis conorum Laricis, nec in fragmentis ligneis.

ASCHERSONIA Mont. — Syll. III p. 619, X p. 408, XI p. 552, XIV p. 989, XVI p. 984.

1. **Aschersonia Pittieri** P. Henn. Fungi costaricenses I, in Hedw. 4812

1902, p. 104. — Stromatibus corneis, amphigenis, plerumque nervos sequentibus sparsis vel subgregariis, primo subhæmisphæricopulvinatis, dein subcupulatis, interdum auriformibus, pallidis vel flavidis, 1-2 mm.; pycnidiis immersis; basidiis filiformibus, hyalinis; sporulis fusoideis, utrinque acutis, continuis, 6-8 × 3,5-4, hyalinis.

Hab. in foliis Citri Aurantii, Cocos Island Amer. centr.

2. **Aschersonia amazonica** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 388 (Hedwigia). — Stromatibus cauli- vel foliicolis, hemisphæricis vel subconoideis, subcorneis, fuscidulis vel pallide flavidis, pruinosis, vix marginatis, 1-2 mm. diam.; punctato-perforatis; pycnidiis oblongis vel ovoideis, omnino immersis; sporulis fusoideis, utrinque acutiusculis, hyalinis, intus granulatis, 10-12 × $3^1/_2$-4. 4813

Hab. in caulibus et foliis Bignoniaceæ, Iquitos, Rio Amazonas, Perù. — Ab affinibus *A. sclerotioidea* et *A. marginata* sporulis omnino differt.

3. **Aschersonia juruensis** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 388 (Hedw.). — Stromatibus hypophyllis sparsis, primo dimidiato-scutellatis, subcarneis, dein pulvinato-subhemisphæricis, ceraceo-carnosis, pallide flavis, superne favosis, margine byssino-albidis, $1^1/_2$ mm. diam.; pycnidiis immersis, apertis; sporulis longe acicularibus 10-13 × 0,8-1, hyalino-cyanescentibus, pluriguttulatis vel obsolete septulatis, paraphysibus ca. 0,6 μ. crassis, hyalinis intermixtis. 4814

Hab. in foliis Davillæ sp. Juruá-Miry, Rio Juruá Amazoniæ.

4. **Aschersonia consociata** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 388 (Hedw.). — Stromatibus hemisphærico-pulvinatis, hypophyllis, sparsis, pallidis, punctato-ostiolatis, margine vix byssino, ca. $1^1/_2$ mm. diam.; pycnidiis immersis, oblongis ca. 60 × 40; sporulis fusoideis, utrinque apiculatis, submucronatis, eguttulatis, interdum medio subseptatis, hyalino-cyanescentibus, 8-12 × $3^1/_2$-4. 4815

Hab. in foliis Davillæ sp. Juruá-Myry, Rio Juruá Amazoniæ.

5. **Aschersonia phthiurioides** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, p. 145. — Stromatibus gregariis v. sparsis, interdum confluentibus, hypophyllis, pulvinatis, albido-villosis v. cremeis, ca. 1 mm. diam., ambitu anguste v. obsolete marginatis, pallide byssinis, ca. 2 mm. diam.; pycnidiis immersis, papillato-ostiolatis, flavidis; basidiis filiformibus ca. 10 × 1,5; sporulis longe fusoideis, utrinque acutis, 9-12 × 1-1,5, hyalinis. 4816

Hab. in foliis Lepidadeniæ Wightianæ, Buitenzorg Javæ.

6. **Aschersonia lecanioides** P. Henn. in Hedw. 1902, pag. 145. — 4817

Stromatibus hypophyllis, sparsis, rotundato-discoideis v. pulvinatis, pallidis dein flavidulis, rugoso-cavernosulis, ca. 2-3 mm. diam., ambitu late membranaceo-marginatis, pallidis, ca. 5 mm. diam.; loculis primo clausis dein oblonge vel rotundato-apertis, concavis flavidis; basidiis fasciculatis filiformibus; sporulis fusoideis, utrinque acutis, 10-14 × 2-2,5.

Hab. in foliis Mangiferæ indicæ, Buitenzorg Javæ.

7. **Aschersonia Napoleonæ** Har. et Pat. Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 65. 4818
— Hypophylla, sparsa, superficialis, orbicularis, subcylindracea, applanata, centro depressa, margine lobato crenata, primo citrina, dein obscure aurantiaca; mycelio, superficiali, tenui, pallide citrino, sericeo, evanescenti, basi cincta; loculis 6-8 circulariter dispositis, ovoideis, flavidis, aparaphysatis, contextu flavido, carnoso; sporulis fusoideis, utrinque acutissimis, exappendiculatis, hyalinis, continuis, 10-12 × 1.

Hab. in foliis vivis Napoleonæ cujusdam, Dahomey Guinææ superioris.

8. **Aschersonia pediculoides** P. Henn. in Hedw. 1902, pag. 145. — 4819
Stromatibus sparsis, hypophyllis, subturbinatis, v. pulvinatis, applanatis, flavo-aurantiis, ca. 1 mm. diam., ostiolis punctoideis, coccineis, ambitu mycelio membranaceo, pallido-flavo, rotundato, 2-2, 5 mm. diam.; pycnidiis immersis, subglobosis; basidiis filiformibus, fasciculatis; sporulis fusoideis, utrinque acutis, 7-10 × 2,5-3, intus granulatis.

Hab. in foliis Jambosæ vulgaris, Buitenzorg Javæ.

9. **Aschersonia flavo-citrina** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 307. — Stro- 4820
matibus carnosis, hypophyllis, subdiscoideo-pulvinatis vel hemisphærico-depressis, citrinis, 2-2,5 mm. diam., pruinosis, superne punctulato-pertusis, intus subaurantiis, subiculo membranaceo, flavo; pycnidiis immersis oblongis, paraphysibus filiformibus, flexuosis, hyalinis 140-180 × 1-1,5 continuis; sporulis fusoideis, utrinque acutis, continuis, hyalinis, 12-18 × 2; basidiis brevibus, hyalinis, fasciculatis.

Hab. in foliis Psidii spec., in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

10. **Aschersonia paraensis** P. Henn. Fungi paraenses II, in Hedw. 4821
1902, p. 17. — Stromatibus carnosis, pulvinato-effusis, gregariis sæpe confluentibus, lateritiis, usque ad 5 mm. diam., mycelio byssino, flavido circumdatis; pycnidiis immersis, subglobosis; sporulis fusoideo-acicularibus, utrinque acutis, 8-12 × 1,5-2 hyalinis.

Hab. in foliis Psidii pomiferi, Pará Amer. austr.

11. **Aschersonia australiensis** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (87). — 4822
Stromatibus amphigenis, dimidiato-scutellatis v. rotundato-convexis, subarantiacis, dein rufo-brunneis, pluripunctulatis, 1-1,5 mm. diam., margine lato membranaceo, pallido circumdatis; pycnidiis immersis, oblongis; sporulis fusoideis utrinque acutis, hyalinis 5-7 × 1, hyphis filiformibus, hyalinis, 20-40 × 1 intermixtis.

Hab. in foliis Callistemonis lanceolati, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

12. **Aschersonia Coffeæ** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, 4823
p. 145. — Stromatibus carnosis, hypophyllis, sparsis, hemisphærico-pulvinatis v. applanatis, rufo-brunneolis, ambitu radiato-byssino pallidis, ca. 0,5-1 mm.; pycnidiis immersis, minutis; basidiis filiformibus, fasciculatis 20-40 × 1,5-2; sporulis fusoideis, utrinque acutis, 10-15 × 2-2,5.

Hab. in foliis Coffeæ libericæ in Java orient.

13. **Aschersonia sclerotioides** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 4824
1902, pag. 146. — Stromatibus corneis, duris, sclerotiiformibus, subglobosis, rugulosis vel sublevibus, extus fusco corticatis, intus pallidis v. flavidis, cavernosulis, 2-4 mm. diam.; pycnidiis immersis, subglobosis; sporulis fusoideis, utrinque acutis 6-8 × 1,5-2, hyalinis.

Hab. in Castilloa elastica, Buitenzorg Javæ.

14. **Aschersonia Tamurai** P. Henn. F. javanici IV, in Bot. Jahrbü- 4825
cher vol XXXI, 1902, p. 741. — Stromatibus hypophyllis, carnoso-ceraceis, discoideo-lenticularibus, applanatis, aurantiis, ca. 1 mm. diam.; pycnidiis immersis, obscurius punctulatis, apertis; basidiis fasciculatis, filiformibus, simplicibus, usque ad 20 μ. elongatis, ca. 1 μ. cr.; sporulis fusiformibus, utrinque acutiusculis, pluriguttulatis, 8-10 × 1,5-2, hyalinis.

Hab. in foliis Quercus cuspidatæ, Tosa Japoniæ.

15. **Aschersonia javanica** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 236, 4826
Ic. fung. Iav. t. LXIII, f. 2. — Stromatibus sparsis, amphigenis, pulvinato-verruciformibus, 1 mm. lat., omnino superficialibus, glabris, citrinis, ceraceo-fragilibus; loculis paucis (3-5) immersis, aurantiacis 150 μ. diam., poro latiusculo pertusis; sporulis fusoideis, utrinque acutiusculis, rectis 9-10 × 2, hyalinis; basidiis fasciculatis, bacillaribus 11-14 × 2 hyalinis; paraphysibus filiformibus, 100-120 × 1,8-2, hyalinis intermixtis.

Hab. in foliis coriaceis subemortuis, Tjibodas Javæ. — Affi-

nis *Asch. paraphysatæ* et *Asch. samoensi* sed notis datis distinguenda.

16. **Aschersonia blumenaviensis** P. Henn. Fungi blumenavienses II, 4827
in Hedw. 1902, p. 27. — Foliicola; stromatibus carnosis, scutellatis, planis, sessilibus, mycelio membranaceo, tenui hyalino circumdatis, flavidis 3-4 mm. diam.; pycnidiis immersis punctoideis, depressis; sporulis acicularibus fusoideis, 15-18 × 1,5-2, hyalinis.

Hab. in foliis coriaceis siccis, St. Catharina Brasiliæ austr.

17. **Aschersonia abnormis** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 93. — Stro- 4828
matibus orbiculari-discoideis, medio affixis, planis vel margine verrucosis, subliberis nec byssinis, citrinis, 2-4 mm. diam.; pycnidiis ovoideis immersis, vix ostiolatis; sporulis fusoideis 5-6 × 0,8 eguttulatis, hyalinis; basidiis filiformibus, hyalinis.

Hab. in foliis Bambusaceæ cujusdam, Palmeiras, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

18. **Aschersonia parasitica** P. Henn. Pilze Costar. pag. 149 (Hedw. 4829
1904). — Stromatibus coccideicolis, carnoso-ceraceis, succineis, pulvinato-rotundatis, vel angulatis, ruguloso-verrucosis, ca. 1-1 $^1/_2$ mm. diam.; pycnidiis apertis; basidiis simplicibus vel dichotomis usque ad 20 × 1 $^1/_2$; sporulis acrogenis fusoideis, guttulatis, acutis 8-12 × 1 $^1/_2$-2.

Hab. parasitica Coccideæ cujusdam in foliis Andropogonis spec., Cerro Coché, Paraguay.

ASCHERSONIOPSIS P. Henn. Fungi blumenavienses II in Hedwigia 1902, p. 7 (Etym. a *Aschersonia*, cui affinis). — Stromata cornea, dura, subglobosa, extus atra, intus pallida. Pycnidia primo subimmersa, globulosa dein erumpenti-superficialia, discoidea, pallida. Basidia hyalina, filiformia. Sporulæ subglobosæ, hyalinæ.

1. **Aschersoniopsis globosa** P. Henn. l. c. p. 8. — Culmicola; stro- 4830
matibus globosis, corneis, intus pallidis, extus atris, tuberculato-verrucosis, rimosis usque ad 1 cm. diam.; pycnidiis primo subimmersis, dein erumpenti-superficialibus, discoideis, basi velatis, disco applanato, pallide isabellino ca. 1-1,5 mm. diam ; basidiis hyalinis, filiformibus, pluriguttulatis, ca. 3 μ. cr.; sporulis laterali-spiciformibus, globosis, v. ovoideis, hyalinis, 1-guttulatis, 3,5 μ. diam.

Hab. in culmis Bambusarum, S. Catharina Brasiliæ austr.

OLLULA Lév. — Syll. X p. 411.

1. **Ollula lignicola** v. Höhn. in Ann. Mycol. 1904, p. 276. — Py- 4831

cnidiis orbicularibus, discoideo-dilatatis, 300 μ. diam., basi tenuata minute parenchymatica libere sessilibus, ibique flavo-viridulis, marginem versus hyalinis; pariete tenui, infra parenchymatico, sursum parallele prosenchymatico, ambitu fimbriato; basidiis 40-70 × 1 infra cæspitoso-ramosis; sporulis copiosis oblongo cylindraceis 2-4 × 1-1,5 continuis, hyalinis in ramulorum lateralium apice solitarie acrogenis.

Hab. in ligno nudo Pini nigricantis prope Baden, Wiener Wald Austriæ.

Sect. 2. Phæosporæ.

AMPULLARIA A. L. Smith in Journal of Botany 1903, p. 258 (Etym. a pycnidiis *ampulliformibus*). — Pycnidia sparsa, pallide tincta, globosa, longe ostiolata; contextu parenchymatico-celluloso. Sporulæ ovoideæ, maturitate fusco tinctæ. — Est *Sphæronæmella* phæospora; sed dubium adest num sit potius *Melanosporæ* species, ascis delapsis.

1. **Ampullaria aurea** A. L. Smith, l. c. t. 454, f. 3-5. — Pycnidiis 4832
semi-immersis vel superficialibus, globosis 170 μ. diam.; contextu parenchymatico ex cellulis 20 μ. diam., in duo vel tria strata dispositis formato; sporulis ovoideis, utrinque acutis, initio hyalinis, dein griseo-nigris, maturitate nigris, 18 × 12, per ostiolum eructatis et apice in sphæram coalitis.

Hab. in seminibus putridis emortuis Trifolii spec., Norwood Britanniæ.

Sect. 3. Hyalodidymæ.

PSEUDODIPLODIA Karst. — Syll. III p. 621, X p. 409, XI p. 553, XVI p. 986.

1. **Pseudodiplodia Umbelliferarum** v. Höhn. Ann. Mykol. 1904, p. 48. 4833
— Pycnidiis sub epidermide nidulantibus, sparsis vel laxe gregariis, globosis vel ovoideis, parum applanatis, carneis, demum lutescentibus, membranaceo-carnosulis, 150-200 μ. longis, breve et late papillatis, ostiolo 25-30 μ. lato præditis; tunica tenui, e cellulis angulatis, ca. 6-8 μ. lt. formata; basidiis brevissimis; sporulis hyalinis, cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis, non v. pa-

rum constrictis, uni- vel rarissime demum triseptatis, guttulis 4 oleosis, magnis præditis, 14-24 × $4^1/_2$-$7^1/_2$.

Hab. in caulibus siccis Pastinacæ sativæ in valle Halterthal prope Hütteldorf (Wienerwald) Austriæ inferioris, mense Novembri anni 1903.

2. **Pseudodiplodia Loniceræ** v. Höhn. Fragmente zur Mykologie 1903, p. 35. — Pycnidiis epidermide atro-colorata tectis, pallide ochraceis vel rufescentibus, 150-260 μ. latis, sphæroideis et applanatis, carnosulis, solitariis vel ad 2-3 connatis, ostiolo non papillato, 40-50 μ. lato; tunica 25-40 μ. crassa, subtus hyalina, supra ochracea, contextu minute celluloso; basidiis brevibus, unicellaribus, simplicibus; sporulis acrogenis, pallidis vel dilute ochraceis, pellucidis, eguttulatis, bilocularibus, ad septum non constrictis, cellulis inæqualibus, plerumque, 18 × 8. 4834

Hab. in ramulis Loniceræ tataricæ in loco Prater Vindobonæ Austriæ.

DIPLOZYTHIA Bubák, Ann. Mycol. 1904, p. 399 (Etym. *diploos* duplex et *Zythia* ob sporulas biloculares). — Pycnidia carnosula, subceracea, sanguinea, sparsa v. subiculo communi inserta, et congesta subglobosa, dein collabendo patelliformia, et latiuscule aperta. Basidia dendroideo-ramosa. Sporulæ elongatæ, subhyalinæ, demum bicellulares. — A *Pseudodiplodia* videtur differre basidiis dendroideo-ramosis et sporulis elongatis.

1. **Diplozythia scolecospora** Bub. l. c. fig. 5-19. — Pycnidiis 200-300 μ. diam.; basidiis ramosis 20-30 × 2-2,5, hyalinis; sporulis oblongis v. sursum clavulatis curvulisve hyalinis, v. dilutissime luteolis, 15-22 × 2-3,5, sparse guttulatis, dein 1-septatis. 4835

Hab. in squamis strobilorum Pini silvestris pr. Tabor Bohemiæ. — In pycnidiis junioribus adsunt sporulæ (conidia?) multo minores, subinde cum evolutioribus associatæ.

Sect. 4. Hyalophragmiæ.

STAGONOPSIS Sacc. — Syll. III p. 621, X p. 410.

1. **Stagonopsis helonospora** Feltg. Vorst. Pilz. Luxemb. Nachtr. III, 1903, p. 309. — Pycnidiis globulosis, flavo-brunneis, hyphis concoloribus filiformibus septatis, crispis basi cinctis; sporulis cylindrico-clavatis, 3-6-septatis, 50-55 × 4-5, hyalinis. 4836

Hab. in caulibus emortuis Clematidis Vitalbæ, Luxemburg, socia *Ophionectria belonospora* var.

Sect. 5. Scolecosporæ.

MYCORHYNCHUS Sacc. nov. nom. (Etym. *myces* fungus *rhynchos* rostrum) *Rhynchomyces* Sacc. et March. (1885) — Syll. X, p. 411 — non Willk., 1866, inter Dematiaceas.

1. **Mycorhynchus Betæ** (Hollrung) Sacc. et D. Sacc., *Sphæronæma Betæ* Hollr., Berichte Deutsch. bot. Gesell. 1904, p. 202, c. icone. — Pycnidiis globosis 35-40 μ. lat. in rostrum productis, 85 μ. longis, carnosis, hyalinis, gregariis, discretis, plus v. minus superficialibus; sporulis hyalinis 1- raro 2-septatis, fusoideis, utrinque acute attenuatis, leniter curvatis, 36-40 × 2,5-3. 4837

   Hab. in radicula embryonis corrupta Betæ altissimæ, in Saxonia. — Singulare quod cl. auctori genus *Rhynchomyces* Sacc. et M. omnino ignotum manserit.

2. **Mycorhynchus exilis** (v. Höhn.) Sacc. et D. Sacc. *Rhynchomyces exilis* v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, p. 35. — Pycnidiis sparsis, superficialibus, piriformibus, carnosulis, e pallido flavescentibus dilute ochraceis, in rostrum 20-60 μ. (plerumque 30-40 μ.) longum, conico-subulatum, acutum, sæpe curvatum abeuntibus, 64-126 μ. (plerumque 70-90 μ.) altis, 42-98 μ. (plerumque 50-60 μ. latis; tunica 8-11 μ. crassa, indistincte fibroso-cellulosa, extus applanato-verruculosa; sporulis ex rostri apice demum in cirros (usque 80-90 μ. longos) expulsis, parallele stipatis, fusiformi-filiformibus, utrinque longe et subtiliter cuspidatis 8-12 × 1, compressis, continuis, basidiis brevibus, simplicibus, subtilibus suffultis. 4838

   Hab. in ligno nudo Pini sp. Vindobonæ Austriæ. — An novum genus?

POLYSTIGMINA Sacc. — Syll. III, p. 622.

1. **Polystigmina rubra** (Desm.) Sacc. — Syll. III, p. 622 — forma **rami-petiolicola** Sacc. Notæ Mycol. in Svd. Ann. Mycologici 1903, p. 26. 4839

   Hab. in ramulis tenellis petiolisque viventibus Pruni spinosæ qui amœne rubro-aurantiaci fiunt, Montello (Treviso) Italiæ borealis.

TRICHOSPERMA Speg. — Syll. X p. 411.

1. **Trichosperma griseo-candidum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1902, 4840
p. 237, Ic. fung. Jav. t. LXIV, f. 3. — Pycnidiis gregariis patellatis, vix 500 μ. latis, ceraceo-membranaceis, superficialibus, margine tenui, albo, pilis asperulis, hyalinis, 50-60 × 5 ornato, disco pallide griseo; sporulis bacillaribus utrinque acutis, 45-50 × 2, minute pluri-guttulatis, lenissime curvis, hyalinis.

Hab. in fragmentis ligneis putridis, Tjibodas Javæ. — *Trichopezizam* minutam omnino imitatur.

Fam. 3. Leptostromataceæ Sacc.

Sect. 1. Hyalosporæ.

LEPTOTHYRIUM Kze et Schm. — Syll. III p. 626, X p. 412, XI p. 553, XIV p. 992, XVI p. 986.

1. **Leptothyrium Magnoliæ** Sacc. Fl. Myc. Lus. XII, p. 13 (1903). — 4841
Pycnidiis in areis epiphyllis, pallidis laxe sparsis, scutato-dimidiatis, circularibus, nitide nigris, 250-280 μ. diam., contextu radiatim flexuoso angusteque parenchymatico, fuligineo, centro saturatiore, ostiolo minutissimo 8-10 μ. diam. v. subnullo; basi sporigera e matrice obscurata formata; sporulis cylindraceis, plerumque curvulis, 4-5 × 0,6, utrinque obtusatis, hyalinis.

Hab. in foliis emortuis Magnoliæ grandifloræ v. affinis, in horto botanico, Coimbra Lusitaniæ.

2. **Leptothyrium Camelliæ** P. Henn. Bot. Jahrb. 1904, pag. 604. — 4842
Maculis epiphyllis rotundatis, atris; pycnidiis aggregatis sæpe confluentibus, dimidiato-scutellatis, radiatim cellulosis, atris, 200-300 μ. diam. medio pertusis; sporulis ellipsoideis v. ovoideis, 2-guttulatis, hyalinis, 5-7 × 3-4.

Hab. in foliis Camelliæ japonicæ, Tosa Japoniæ (Yoshinaga).

3. **Leptothyrium Æsculi** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 10. — Py- 4843
cnidiis vage gregariis, forma et dimensione mire variantibus, subnitentibus, dimidiatis, ad scutulum subsuperficiale reductis; scutulo nigro, luci impervio, structuræ microparenchymatosæ, neque ostiolo, neque rima hiante; sporulis cylindraceis, rectis, hyalinis, continuis, eguttulatis, utrinque rotundatis, 16-20 × 2,5, basidiis brevissimis fultis.

Hab. in petiolis Æsculi rubicundæ, Nunspeet Hollandiæ.

4. **Leptothyrium Gypsophilæ** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3ª ser. II, 4, 1903, p. 887. — Pycnidiis sparsis vel gregariis, innatis, dein superficialibus, scutiformibus, circularibus, depressis, concaviusculis 250-350 μ. diam., nigris, parenchymaticis; sporulis . . . immaturis. 4844

Hab. in caulibus Gypsophilæ paniculatæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

5. **Leptothyrium Genistæ** v. Höhnel Fragmente zur Mykologie 1903, p. 38. — Pycnidiis subsuperficialibus, hemisphæricis vel fere globosis, astomis, 3-400 μ. latis, rimose dehiscentibus v. irregulariter dilabentibus; tunica tenui ex olivaceo nigra, supra e cellulis radiatim dispositis formata; nucleo roseo; basidiis dense stipatis, simplicibus, acutis, eseptatis, rectis, 36-40 × 2,5; sporulis numerosissimis, catervatim roseis, solitarie acrogenis, rectis, continuis, plasmate homogeneo vel pluriguttulato farctis, fusiformibus, utrinque acutis, 13-20 × 1,5-4, plerumque 16 × 3. 4845

Hab. in ramulis vel spinis siccis Genistæ hispanicæ, Montventoux Galliæ merid.

6. **Leptothyrium Belluciæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 389. — Maculis effusis, hypophyllis, fuscidulis; pycnidiis gregarie sparsis, punctiformibus atris, dimidiato-scutatis, rotundatis, subradiato-cellulosis, poro pertusis, 100-150 μ. diam.; hyphis ramosis fuscis, 2-3 μ. crassis; sporulis oblonge clavatis vel subfusoideis, 3-guttulatis, continuis, hyalino-cyanescentibus, 8-14 × 2-2 $^1/_2$. 4846

Hab. in foliis Belluciæ sp., Juruá-Miry, Rio Juruá Amazoniæ.

7. **Leptothyrium Spegazzinianum** Sacc. et Trav. Ann. Mycol. 1904, p. 17. — Pycnidiis innato-prominulis, amphigenis, sparsis v. laxe gregariis, 0,5-1 mm. diam., discoideis, demum depressis, ambitu orbicularibus, nigris, demum irregulariter v. rimose dehiscentibus; contextu parum distincto et fere ab epidermide atrata formato; sporulis copiosis, oblongo-ellipsoideis, utrinque rotundatis, 4-5 × 2,5, obsolete nucleatis, hyalinis. 4847

Hab. in foliis emortuis Evonymi japonici, Conegliano Ital. bor. Oct. 1876 (C. Spegazzini in herb. Sacc.).

8. **Leptothyrium Cotini** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4, 1903, p. 887. — Pycnidiis sparsis vel subgregariis, scutiformibus, circularibus, planis 180-250 μ. diam., nigrescentibus, margine plus minusve crenulatis; sporulis . . . . immaturis. 4848

Hab. in petiolis Rhois Cotini, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

9. **Leptothyrium concentricum** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, p. 9. — Pycnidiis sparsis, amphigenis, sed plerumque epiphyllis scutiformibus, membranaceis, astomis v. obsolete ostiolatis, irregulariter hiantibus, facile secedentibus, contextu indistincte celluloso, radiato, concentrice zonulato, fuligineo, 40-50 μ. diam.; sporulis perexiguis, cylindraceis, utrinque obtusulis, hyalinis, 3-3,5 × 0,5-1 e strato basidiorum bacillarium ortis. 4849

Hab. in foliis siccis Cinnamomi Camphoræ in horto botanico Senensi Italiæ.

10. **Leptothyrium Godetiæ** Oudem. Contr. XX Mycol. Pays-Bas, 1904, p. 1111 (Ned. Kruidk. Arch.). — Pycnidiis sparsis sub epidermide circumcirca atrata tectis, dimidiatis, utrinque lateraliter compressis, carbonaceis, 250 μ. longis, contextu pseudoparenchymatico, tenui; sporulis oblongis, utrinque rotundatis, continuis, hyalinis, biguttulatis, 7-9,3 × 3; basidiis linearibus, 20-30 × 2, hyalinis, continuis. 4850

Hab. in caule Godetiæ sp. cultæ Nunspeet Hollandiæ (Beins).

11. **Leptothyrium Yoshinagai** P. Henn. Pilze Jap. II, p. 152 (Hedw. 1904). — Pycnidiis epiphyllis sparse gregariis, rotundato-discoideis, ca. 1-1 $^1/_2$ mm. diam., contextu radiato-cellulosis, parenchymaticis, atro-brunneis; basidiis filiformibus vel subclavatis ca. 6-8 × 2-3; sporulis fusoideis, hyalinis, continuis, 3-4 × 1 $^1/_2$. 4851

Hab. in foliis Daphniphylli glaucescentis in monte Konomine in prov. Tosa Japoniæ (T. Yoshinaga).

12. **Leptothyrium Euphorbiæ** (Schröt.) Sacc. et D. Sacc. *Discosia Euphorbiæ* Schröt. Schles. Pilze, II, p. 392. — Pycnidiis circularibus, applanatis, 400 μ. diam., confertis, brunneis, epidermide velatis, contextu tenui-membranaceo, melleo-brunneo; basidiis ramosis; sporulis elliptico-fusoideis, 5-7 × 1,5-2, continuis hyalinis. 4852

Hab. in caulibus Euphorbiæ lucidæ et E. palustris, in Silesia. — Socia adest *Gnomonia Euphorbiæ*, statum ascophorum, teste Schröt., sistens.

13. **Leptothyrium Mercurialis** Kab. et Bub. Hedw. 1904, p. 420. — Pycnidiis sparsis gregariisve, subinde confluentibus crustamque nigram efficientibus, disciformibus, circularibus v. irregulariter rotundatis v. oblongis, 50-200 μ. diam., nigris, sæpe nitidulis, duriusculis, irregulariter dehiscentibus; contextu brunneo radiatim celluloso; sporulis subfalcatis vel fusoideis, utrinque acutulis, 5-7 × 1,5-2, hyalinis; basidiis simplicibus, hyalinis, sporulas subæquantibus. 4853

Hab. in caulibus emortuis Mercurialis perennis pr. Turnau Bohemiæ. — Affine *L. vulgari* sed pycnidia minora et sporulæ sæpius falcatæ.

14. **Leptothyrium Dahliæ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, pag. 10. — 4854
Maculis pallescentibus; pycnidiis gregariis pulvinatis, dimidiatis, sub epidermide occultatis, ellipticis, 500-750 × 250-500, nigris, opacis, tandem centro pertusis; sporulis oblongis, 9-12 × 2, rectis, continuis, hyalinis, utrinque obtusis, singulis basidio capillari æquilongo v. duplo longiore suffultis.

Hab. in caule Dahliæ variabilis, Nunspeet Hollandiæ.

15. **Leptothyrium Ægiphilæ** P. Henn. Hedw. 1904, p. 93. — Stro- 4855
matibus amphigenis, superficialibus, maculiformibus, atris, rotundatis, gregariis, interdum nervos sequentibus, ca. 1-2 mm. diam.; sporulis oblonge subcylindraceis vel subfusoideo-clavatis, hyalinis, continuis, obtusis, 7-10 × 3,5-4; basidiis brevibus hyalinis.

Hab. in foliis Ægiphilæ, Serra dos Orgaos, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

16. **Leptothyrium longisporum** Kabát et Bub., Hedw. 1905, XLIV, 4856
p. 356. — Pycnidiis dense gregariis, sæpe confluentibus et crustam formantibus, rotundis, ellipticis vel irregularibus, convexo-hemisphæricis 100-200 μ. diam., siccis nitidulis, piceis, epidermide tectis, astomis e centro inæqualiter laceratis; contextu firmo nigrescente, parenchymatico; sporulis cylindraceis 11-17,5 × 2-3,5, rectis, utrinque rotundatis, hyalinis; basidiis brevissimis, hyalinis.

Hab. in petiolis emortuis Aceris Pseudoplatani pr. Turnau Bohemiæ.

17. **Leptothyrium sociale** Kabát et Bubák, Hedw. 1905, XLIV, 4857
p. 357. — Pycnidiis dense gregariis, sæpe confluentibus et interdum crustam latam formantibus, depresse scutatis e rotundo oblongis, minutis 50-150 μ. diam., epidermide tectis, opace nigris, contextu radiatim parenchymatico, inæqualiter fisso; sporulis cylindricis utrinque rotundatis 4-6,5 × 1,3-2, rectis, rarius curvulis hyalinis.

Hab. in caulibus emortuis Sambuci Ebuli pr. Skalic Bohemiæ.

18. **Leptothyrium silvaticum** Kabát et Bub., Hedw. 1905, XLIV, p. 357. 4858
— Pycnidiis plus minus dense gregariis, rotundis vel ellipticis, scutatis, epidermide tectis, sæpe confluentibus, opace nigris, siccis collabentibus, udis convexis, 80-180 μ diam., contextu radiatim parenchymatico, atro-brunneo, centro irregulariter pertuso, spo-

rulis copiosis cylindraceis vel oblongis 3-6,5 × 1,5-2, utrinque rotundatis, rectis, rarius curvulis, continuis, hyalinis; basidiis brevibus hyalinis.

Hab. in caulibus emortuis Lysimachiæ vulgaris in Bohemiæ pluribus locis silvaticis.

19. **Leptothyrium Rubiæ** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 145. — Maculis fuscis, rotundatis; pycnidiis hypophyllis sparsis vel gregariis, interdum confluentibus, discoideis, atris 0,5-1 mm. diam.; sporulis elongato-fusoideis, continuis, hyalinis, 25-35 × 2-2,5; basidiis brevissimis. 4859

Hab. in foliis Rubiæ cordifoliæ, in Mt. Takao Japoniæ (Nambu).

20. **Leptothyrium Mossolowii** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (117). — Pycnidiis gregariis, dimidiato-scutellatis, explanatis, irregularibus, sæpe confluentibus, atris, ca. 0,2-0,3 mm. diam., contextu membranaceo, radiato-celluloso; sporulis oblonge cylindraceis, botuliformibus, curvulis, ex hyalino cyanescentibus, 4-6 × 0,8. 4860

Hab. in caulibus Galii spec., Michailowskoje Rossiæ (Mossolow).

21. **Leptothyrium Symploci** (Cooke) Fl. Tassi in Bull. Lab. ort. Bot. Siena 1904, p. 23, *Sacidium Symploci* Cooke — Syll. III, p. 651. — Pycnidiis epiphyllis v. in pagina inferiore secus nervos primarios digestis, punctiformibus, minutis, scutatis, atro-nitidis, haud secedentibus, primo convexulis, dein applanatis, sæpe medio umbilicatis, gregariis, 60-125 μ. diam., ostiolo anguste elliptico, 15-20 μ. long., 6 μ. lat. ut in *Leptostromate* vel sæpe rotundo 10-12 μ. diam.; contextu distincte celluloso, fuligineo, eximie radiato præsertim in majoribus; sporulis subglobosis v. ovato-ellipticis 3-5 × 2-3 hyalinis v. dilute chlorinis, e basidiis brevibus obsoletis ortis.

Hab. in foliis Symploci tinctoriæ, Aiken Carol. inf. (Ravenel).

22. **Leptothyrium Bornmülleri** P. Magn. Berichte deutsch. bot. Gesellsch. 1901, p. 447, tab. XXIII. — Pycnidiis gregariis inæqualiter orbicularibus, dimidiatis, applanatis ca. 200 μ. diam., nigris, contextu minuto parenchymatico; basidiis parallele stipatis, brevissimis; sporulis continuis ovato-oblongis, inæquilateris, utrinque rotundatis, hyalinis, 16 × 5,5, intus granuloso-farctis. 4861

Hab. in ramis Calligoni comosi, Askabad Turkmanniæ.

23. **Leptothyrium Quercus-rubræ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 11. — Pycnidiis amphigenis, late sparsis, oblongis, minutissimis 200- 4862

280 × 50-65, nigris, astomis; sporulis hyalinis, subglobosis v. paullo angulatis 3-4 × 2,5-3; basidiis tenerrimis, deorsum fuscescentibus, sursum hyalinis, 12 μ. longis suffultis.

Hab. in foliis Quercus rubræ, Bussum Hollandiæ.

24. **Leptothyrium pamparum** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 82. 4863
— Maculis nullis; pycnidiis dimidiatis, hypophyllis, ellipticis vel lineari-ellipticis 3-4 mm. long. 1,5-3 mm. lat., sæpe confluendo totam fere matricem obtegentibus, tenuissimis et matrici adnatis, rimulis longiusculis subparallelis dehiscentibus; contextu parenchymatico tenui non radiante atro, sporulis numerosis ellipticis ovatis v. subbotuliformibus, 5-6 × 1,5-2, apicibus obtusis v. subacutiusculis, levibus, hyalinis.

Hab. ad folia viva Panici Urvilleani, in Estacion Washington Argentinæ.

25. **Leptothyrium Blechni** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, pag. 10. - 4864
Pycnidiis sparsis, epiphyllis, circularibus, maxime 1 mm. diam., nigris, planis, opacis astomis, cum epidermide siccata dilabentibus, sub vitro dilutissime fuligineo-violaceis, circuito sinuosis, obsolete radiato-contextis; sporulis exiguis, bacillaribus, rectis, continuis hyalinis, 2-3 × 0,7-0,8.

Hab. in foliis Blechni, Nunspeet Hollandiæ.

26. **Leptothyrium scirpinum** (Fries) Bubák. et Kab., Hedw. 1905, XLIV, p. 356. — Ita vocandum *Leptostroma scirpinum* Fr. — Syll. III, pag. 644. — Pycnidia scutata, firma, dein secedentia, parenchymatica; sporulæ 2-4 × 1-2, cylindracea; basidia 10-20 × 2-2,5. Adde locum in Scirpo lacustri in Bohemia.

TRACYLLA Sacc. — Syll. XI, p. 554 ut sub genus (Etym. a cl. S. M. Tracy botanico americano). — A *Leptothyrio* differt sporulis utrinque setulâ ornatis.

1. **Tracylla Spartinæ** (Peck) Fl. Tassi in Bull. Lab. Orto Bot. Siena 1904, p. 62. *Leptothyrium Spartinæ* Peck. — Syll. XI, p. 554.
2. **Tracylla aristata** (Cooke) Fl. Tassi l. c. *Leptothyr. aristatum* Cooke — Syll. X p. 413.

MELASMIA Lév. — Syll. III p. 637, X p. 419, XI p. 555, XIV p. 994, XVI p. 989.

1. **Melasmia juruana** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 389 (Hedw.). 4865
— Stromatibus epiphyllis, gregariis, innato-erumpentibus, rotun-

dato-angulatis, planis, atro-nitentibus, granulato-verrucosis, 0,5-4 mm. diam.; pycnidiis immersis, globulosis; sporulis subacicularibus, hyalinis, continuis, 4-5 × 0,5; basidiis bacillaribus hyalinis.

Hab. in foliis Clitoriæ spec., Juruá-Miry, Rio Juruá Amazoniæ.

2. **Melasmia Parinarii** P. Henn. in Ergbn. der Kunene-Sambesi Expedit. p. 168 (1902). — Stromatibus epiphyllis gregariis, rotundato-angulatis, subpulvinatis, atris, nitentibus, 2-4 mm. diam., tuberculatis, subrimosis; sporulis subfusoideis, continuis, 7-9 × 3, hyalinis. 4866

Hab. in foliis vivis Parinarii Mobolæ, Kubango et Kassinga Africæ austr. — Stat. conidicus *Cocconiæ Parinarii* P. Henn.

3. **Melasmia Mali** Oud. Contr. XX Mycol. Pays-Bas, 1904, p. 1111 (Ned. Kruidk. Arch. — Stromatibus amphigenis, copiosissimis, irregulariter distributis, 250-1000 μ. diam., orbicularibus v. angulosis, rugulosis, nitidulis, pycnidia 1-3 apice pertusa continentibus; pycnidii parte superna convexa e cuticula matricis atrata formata, inferiore e stratu proprio cellularum nigricantium formata; sporulis perexiguis, breve ellipsoideis, hyalinis continuis, 1-guttulatis, 2,3 × 1,5; basidiis capillaribus, 12 μ. long. 4867

Hab. in foliis Piri Mali, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

4. **Melasmia Thouiniæ** Syd. Ann. Mycol. 1904, pag. 171. — Stromatibus epiphyllis, nitidis, maculas nigras orbiculares v. irregulares ca. 2-10 mm. longas rugulosas efformantibus, interdum zonula angusta flavescenti cinctis; sporulis filiformibus, curvulis, continuis, 14-20 × 1. 4868

Hab. in foliis vivis Thouiniæ acuminatæ et Th. Pringlei, Baranca pr. Guadalajara, Mexico (C. G. Pringle). — A *M. Sapindacearum* sporulis majoribus distinguenda.

5. **Melasmia** (Rhytisma?) **Rhododendri** Sacc. Harrim. Alask. Exped. Crypt. pag. 23. — Stromatibus amphigenis maculiformibus, atris nitidis, intus pallidioribus; sporulis ellipsoideis, minutis, 2,5-3 × 0,5, hyalinis, basidiis filiformibus usque 26 × 5 fasciculatis suffultis. 4869

Hab. in foliis Rhododendri kamtschatici, Unalaska Alaska (Macoun). — Forte est status pycnidicus *Rhytismatis Rhododendri* Fr.

6. **Melasmia Piptocarphæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 389 (Hedw.). — Maculis epiphyllis, rotundatis, sparsis, rufo-brunneis, ca. 3-5 mm. diam.; stromatibus innatis, rotundato-applanatis, atro-nitentibus, 2-3 mm. diam., hemisphærico-ostiolatis; pycnidiis 4870

immersis, subglobosis; sporulis fusoideis vel clavatis, 2-guttulatis, hyalinis, continuis, 8–12 × 3-3 1/2; basidiis subbacillaribus hyalinis.

Hab. in foliis Piptocarphæ sp. Juruá-Miry, Rio Juruá Amazoniæ.

LEPTOSTROMA Fr. — Syll. III p. 639, X p. 420, XI p. 555, XIV p. 994, XVI p. 990.

1. **Leptostroma Acaciæ** Mc. Alp. Proc. Linn. Soc. New S. Wales 1904, p. 124. — Pycnidiis gregariis in maculis pallentibus indefinitis, nigris, elongatis v. irregulariter subcircularibus, primo epidermide velatis dein erumpentibus, rima longitudinali dehiscentibus, usque 1 mm. longis; sporulis fusoideis, plerumque rectis, hyalinis, 22-30 × 5-6, sæpe uno apice crassioribus. 4871

Hab. in phyllodiis ramisque Acaciæ salicinæ, Dimboola Vict. Australiæ (Reader).

2. **Leptostroma Caraganæ** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 731. — Pycnidiis rimulâ notatis, lanceolatis, aggregatis 250-750 μ. long. et 250 μ. diam., nigris, ostiolo minimo munitis; sporulis fusiformibus, hyalinis, continuis, utrinque acutissimis, eguttulatis, 7 × 2,3; basidiis filiformibus 5-7 × 2. 4872

Hab. in ramulis Caraganæ arborescentis, Nunspeet Hollandiæ.

3. **Leptostroma Idæi** Ferraris in Malpighia, vol. XVI, 1902, p. 33, tab. II, 18, fig. 1-3. — Pycnidiis subsuperficialibus, oblongis, atris, indistincte rimosis, 2-3 mm. longis, 200 μ. cr.; sporulis ovato-fusoideis, hyalinis 1-2-guttulatis 7-10 × 2,5; basidiis 12-19 μ. longis. 4873

Hab. in sarmentis exsiccatis Rubi Idæi. Crescentino Italiæ borealis.

4. **Leptostroma virgultorum** Sacc. — Syll. III, p. 639. — var. **opacum** Sacc. in Bull. Soc. bot. de France 1901, t. XLVII, p. 192. — A typo differt pycnidiis opace nigris, forte a matrice diversa et duriore, fibrillis corticalibus initio pycnidia obtegentibus, cetera eadem. 4874

Hab. in peridermate Eucalypti globuli, Ajaccio Corsicæ.

5. **Leptostroma Dianthi** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4, 1903, p. 886. — Pycnidiis numerosis, scutiformibus poro pertusis, vel fere circularibus vel suboblongis, hysterioideo-sulcatis, nigris, epidermide velatis 1 × 1 vel 1,5-2 × 0,8 mm.; sporulis fusiformi- 4875

bus utrinque acutis, vel oblongis utrinque rotundatis, rectis vel curvulis, hyalinis, continuis, biguttulatis 4,6-8 × 2,3-3.

Hab. in caulibus Dianthi barbati, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

6. **Leptostroma Fraxini** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 10. — Pycnidiis numerosis, confertis, cymbiformibus, axi internodiorum parallelis, sulco longitudinali exaratis, nigris, opacis, primo sub epidermide et inter fibras corticales occultatis, denique expositis; sporulis oblongis, utrinque obtusis, continuis, hyalinis, guttula in medio collocata insignibus, 7-9,5-2,3; basidiis sporulis paullo longioribus. 4876

Hab. in ramulis tenuibus (internodiis ultimis) Fraxini excelsioris, Nunspeet Hollandiæ.

7. **Leptostroma Abrotani** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser., II, 4, 1903, p. 886. — Pycnidiis scutiformibus, æqualiter sparsis, 0,5–1,5 mm. longis initio velatis, dein erumpentibus 0,33–0,50 mm. latis, astomis intense brunneis; sporulis hyalinis, continuis, oblongis vel fusiformibus, 7-10 × 2,3-3, raro reniformibus, 7 × 3, biguttulatis, utrinque rotundatis. 4877

Hab. in caulibus ramulisque Artemisiæ Abrotani, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

8. **Leptostroma austriacum** Oudem. in Proc. Kon. Ak. Wetesch. Amsterd. 1904, pag. 208, tab. I. — Pycnidiis cuticulam inter et epidermidem nidulantibus, amphigenis, irregulariter distributis, majoribus et minoribus, item longioribus et brevioribus intermixtis, dimidiatis, nigris, opacis, diu clausis, tandem irregulariter ruptis, persistentibus, neque secedentibus nec circumcirca a substrato solutis; sporulis sessilibus, cylindraceis, hyalinis, continuis, vulgo 7,5 × 1, basi rotundatis guttulaque sphærica v. ovali micante præditis, apice acutiusculis vacuis. 4878

Hab. in acubus Pini austriacæ, Schoorl Hollandiæ (Ritzema Bos).

9. **Leptostroma Polygonatum** Lasch in Rabenh. Herb. Mycol. n. 382 et Deutsch. Krypt. Fl. I, ed I, p. 142, non Auct.. — Pycnidiis semiglobosis, copiosissimis, plus minus approximatis, demum collabascentibus, interdum confluentibus, nigris, nitidulis; sporulis . . . . non descriptis. 4879

Hab. in foliis caulibusque emortuis Polygoni specierum aliquot in Germania. — Observante cl. Oud. Rev. Mycol. 1901 p. 106 hæc species (etsi parum cognita) diversa est ab homonyma vulga-

tissima quæ ut in *Convallaria Polygonato* vigens exhibita est a Fuckelio, Allescher et in Sylloge nostra, quæ vero a cl. Oudemansio novo nomine *L. Convallariarum* vocatur.

10. **Leptostroma Convallariarum** Oud. Contrib. Fl. Mycol. Pays-Bas, XVIII, 1902, p. 731 (Ned. Kr. Arch. 3 ser., II, 3) *Lept. Polygonatum* Fuck. et Auctorum, nec Lasch. — Pycnidiis copiosis, in greges orbiculares vel ellipticos hinc inde dispositis, oblongis v. linearibus 180–250 μ. diam. vel 250-500 × 160, epidermide tenui velatis, demum expositis, nitidulis; sporulis cylindraceis, hyalinis, continuis, 5-9 × 1,2. 4880

Hab. in caulibus Polygonati vulgaris et P. multiflori in Germania, Italia, Hollandia. — Var. **americanum** Fl. Tassi, in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, p. 39, *Sacidium Polygonati* Ell. et Mart. — Syll. X, p. 423, Ellis, North Am. Fungi n. 1365. — Pycnidiis gregariis, applanatis, subrotundis v. ellipsoideis, atro-fuscis 200-230 μ. diam., rima angustissima longitudinali notatis, in junioribus vix perspicua contextu distincte parenchymatico sub-radiato, e cellulis subangulosis fuligineis formato; sporulis cylindraceis, rectis, utrinque obtusulis, 10 × 2, hyalinis. — In caulibus emortuis Polygonati gigantei, Newfield, New Jersey Amer. bor. (Ellis et Martin).

11. **Leptostroma musicolum** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, p. 44. — Pycnidiis sparsis, dimidiatis, applanatis, rotundis vel subellipticis, nigro-fuscis, rimula longitudinali dehiscentibus, ambitu erosulis, secedentibus, annulum obsoletum brunneum reliquentibus, 250–330 μ. diam.; contextu hypho-celluloso, haud radiato, saturate fuligineo; sporulis initio ovato-ellipticis 2-3 × 1,3, dein oblongo-cylindraceis, 4-5 × 1,5, continuis, hyalinis. 4881

Hab. in petiolis exsiccatis Musæ paradisiacæ, in horto botanico Senensi Ital. centr. — *L. Donacis* proxima videtur.

12. **Leptostroma Penniseti** P. Henn. Pilze Japan. II, p. 152 (Hedw. 1904). — Maculis fuscidulis, effusis; pycnidiis amphigenis, rotundato-punctoideis vel oblonge substriiformibus usque ad $1^1/_2$ mm. longis, atris, rimula longitudinaliter dehiscentibus; basidiis filiformibus, brevibus, hyalinis; sporulis oblongis vel fusoideis, hyalinis, continuis, $2^1/_2$–$3^1/_2$ × 0,5. 4882

Hab. in foliis Penniseti japonici, Ikhumura, in prov. Tosa Japoniæ (K. Nakanishiki).

Sect. 2. Phæosporæ.

PIROSTOMA Fr. — Syll. III p. 653, XIV p. 996.

1. **Pirostoma Garciniæ** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 54. 4883
— Pycnidiis hypophyllis, sparsis, vel gregariis, dimidiato-scutiformibus, atro-membranaceis, subumbonatis, pertusis, ca. 200 μ. diam.; sporulis oblonge ovoideis v. ellipsoideis, levibus, castaneis, 13-17 ≈ 4-6.

Hab. in foliis Garciniæ, Ost-Usambara Africæ orientalis (Engler).

2. **Pirostoma velatum** Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, 4884
p. 72. — Pycnidiis sparsis aggregatisve, prominulis, scutiformibus, subcircularibus, nigris, primo cuticula tenuissima albida velatis, demum liberis, subsuperficialibus, medio umbilicato-pertusis, circiter 1 mm. diam.; sporulis numerosissimis, subsessilibus, ovato-ellipticis, 3-4 ≈ 2, fuligineis.

Hab. in frondibus emortuis Asplenii Nidi in horto bot. Senensi Italiæ centr.

3. **Pirostoma? juruanum** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 1904, 4885
p. 70. — Maculis epiphyllis, rotundatis, fuscidulis vel obsoletis; pycnidiis gregarie sparsis, superficialibus, dimidiato-scutellatis, marginatis, cellulosis, atris, poro pertusis, ca 80-100 μ. diam.; sporulis subclavatis vel ovoideis, brunneis, continuis, 12-14 ≈ 4-5.

Hab. in foliis coriaceis fruticis cujusdam, Rio Juruá Amazoniæ.

DISCOMYCOPSELLA P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, pag. 146 (Etym. *Discomycopsis*, cui affinis). — Pycnidia innato-erumpentia, carbonacea, atra, vertice poroso-rimosa. Sporulæ conglobatæ, subglobosæ v. ovoideæ, fusco-brunneæ, granulato-verrucosæ. — *Discomycopsidi* affinis.

1. **Discomycopsella Bambusæ** P. Henn. l. c. — Maculis oblongis, 4886
ochraceis; pycnidiis epiphyllis, sparsis, innato-superficialibus, atro-carbonaceis, rotundato-pulvinatis, vertice poroso-rimosis, demum late apertis ca. 1 mm. diam.; sporulis conglobatis, subglobosis v. ovoideis, angulatis, fusco-brunneis, granulato-verrucosis, 8-11 μ. diam.

Hab. in foliis Bambusæ spec, Malang Javæ. — Est status pycnidicus *Lophiellæ Bambusæ*.

ASTEROSTOMELLA Speg. — Syll. X p. 423.

1. **Asterostomella Caricæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 391 (Hedw.). — Maculis mycelii epiphyllis, gregarie confluentibus, atris, hyphis repentibus, ramosis atro-fuscis, 3-5 μ. crassis, pseudopodiis alternis vel oppositis, ovoideis vel subrostratis; pycnidiis gregariis, lenticularibus, celluloso-radiatis, poro pertusis, rimosis; sporulis ellipsoideis, obtusis, atris, 10-15 × 6-9. 4887

   Hab. in foliis Caricæ Papayæ, Marmellos, Rio Madeira Peruviæ.

LASMENIA Speg. — Syll. X p. 425.

1. **Lasmenia Machærii** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 307. — Stromatibus epiphyllis, innato-superficialibus, subrotundatis, planis, tuberculatis, undulatis, crustaceis, atris, subnitentibus, dein rimosis, loculis paucis subglobosis; sporulis rotundato-subdiscoideis v. globulosis, medio pellucido-pertusis, atro-fuscis, 6-8 μ. 4888

   Hab. in foliis Machærii lanati, S. Paulo Brasiliæ.

PELTOSTROMA P. Henn. Fungi Amaz. III 1904, p. 391 (Hedw.) (Etym. *pelte* scutum et *stroma*). — Stromata superficialia rotundato-effusa, atra, membranacea, radiato-cellulosa; pycnidia hemisphærico-elevata, poro pertusa. Sporulæ oblongæ, continuæ, flavido-fuscæ.

1. **Peltostroma juruanum** P. Henn. l. c. cum icon. — Stromatibus hypophyllis, superficialibus sparsis vel aggregatis sæpe confluentibus, crustaceo-effusis, rotundato-angulatis, atris, 1-12 mm. diam., contextu radiato-celluloso atro-brunneo; pycnidiis sparsis v. gregariis elevato-hemisphæricis vel subpapillatis, poro pertusis, 100-150 μ.; sporulis oblongis vel ellipsoideis, utrinque obtusis, 2-guttulatis, continuis, flavido-fuscis, 6-8 × 2 1/2-3. 4889

   Hab. in foliis Lauraceæ cujusdam, Bom Fim et Marary, Rio Juruá Amazoniæ.

POROPELTIS P. Henn. Fungi Amaz. III 1904, p. 390 (Etym. *porus* et *pelte* scutum). — Stromata superficialia pulvinata v. dimidiato-scutata, carbonacea, subradiato-sulcata; loculis plurimis immersis deinde poroso- v. subrimoso-apertis. Sporulæ, subellipsoideæ, fuscæ, continuæ.

1. **Poropeltis Davillæ** P. Henn. l. c. cum icon. — Stromatibus amphigenis, superficialibus sparsis, atro-carbonaceis, subradiato-sul- 4890

catis, subtuberculato-rugulosis, medio sæpe umbilicatis, ca. 0,6–1 mm. diam. margine crenulato, submembranaceo, loculis immersis dein irregulariter poroso- vel subrimoso-apertis; sporulis ellipsoideis, ovoideis vel subglobosis, continuis, fuscis, 8-11 × 6-8.

Hab. in foliis Davillæ spec. cujusdam, Juruá-Miry, Rio Juruá Amazoniæ.

Sect. 3. Didymosporæ.

DIPLOPELTIS Pass. — Syll. X p. 426.

1. **Diplopeltis Zimmermanniana** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, p. 146. — Pycnidiis superficialibus, sparse gregariis, membranaceis, dimidiato-scutatis, margine lato, albido, radiato circumdatis, centro pulvinatis, fuscidulis, pertusis, ca. 0,5-1 mm. diam.; sporulis magnis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, medio 1-septatis, paullo constrictis, intus luteis, episporio hyalino, 40-60 × 25-35; basidiis brevibus hyalinis. 4891

Hab. in foliis Castilloæ elasticæ, Buitenzorg Javæ.

SEYNESIOPSIS P. Henn. Fungi Amaz. III 1904, pag. 392 (Etym. *Seynesia*, cui affinis). — Stromata innato-superficialia, submembranaceo-crustacea, atra, rotundato-discoidea; pycnidia immersa, ostiolata, pertusa. Sporulæ ovoideæ, 1-septatæ, atræ.

1. **Seynesiopsis rionegrensis** P. Henn. l. c. cum icon. — Stromatibus epiphyllis sparse gregariis, innato-superficialibus, rotundato-discoideis, atris, membranaceo-crustaceis, ca. 1-2 mm. diam.; pycnidiis immersis, globulosis, subhemisphærico-ostiolatis, pertusis; sporulis ovoideis, ad basim 1-septatis, constrictis, curvulis, 10-12 × 6-8, cellula superiori subovoidea 1-guttulata, cellula inferiori subpapilliformi pallidiori ca. 4 × 5; basidiis subbacillaribus, 10-14 × 2-3, hyalinis. 4892

Hab. in foliis Myrtaceæ cujusdam, Sao Joaquim, Rio Negro Amazoniæ.

HOLCOMYCES Lindau in Verhandl. Bot. Ver. Brandenb. 1903, p. 155 (Etym. *holcos* stria). — Pycnidia oblonga v linearia subdimidiata, ligno innata dein erumpentia, rima longitudinali irregulariter dehiscentia, nigra. Basidia simplicia. Sporulæ ellipsoideæ, biloculares fuligineæ. — Forma pycnidii a gen. *Diplopeltis* differt. In *Tab.*

comparat. gen. fung. casulam n. 84 occupabit — cfr. Syll. XIV pag. 44 (*Leptostromataceæ*).

1. **Holcomyces exiguus** Lindau l. c. c. icone. — Pycnidiis linearibus, perexiguis, 0,3-1,5 mm. long., non emergentibus, nigris, longitrorsum irregulariter dehiscentibus; basidiis cavitatem totam vestientientibus, hyalinis, simplicibus, 4-8 × 2; sporulis ovato-ellipsoideis initio continuis, hyalinis, dein 1-septatis, utrinque rotundatis, 18-20 × 10-11, fuligineis, a basidio secedentibus. 4893

Hab. in ligno vetusto in Kollieberg, Harz Germaniæ. — Habitus *Hysteriaceæ* cujusdam pusillæ. Teste v. Höhn. (Ann. Mycol. 1905, p. 189) hæc species esset *Diplodia oblonga* Fautr. An recte?

FIORIELLA Sacc. et D. Sacc. nov. gen. (Etym. a cl. botanico Doct. Hadr. Fiori in Istituto silviculturæ Vallumbrosæ professori meritissimo). — Pycnidia innato-erumpentia, longitudinaliter elongata, membranaceo-carbonacea, nigricantia, rima lata longitud. dehiscentia. Sporulæ elongatæ, fusoideæ, brevissime pedicellatæ, 1-septatæ, hyalinæ. — Est quasi *Leptostroma* hyalodidymum et in *Tab. compar. gener. fung.* (Syll. XIV p. 44) occupabit casulam n. 85.

1. **Fioriella vallumbrosana** Sacc. et D. Sacc. Mycoth. ital. n. 1559 (1904). — Pycnidiis laxiuscule gregariis, petiolos totos occupantibus, ellipsoideo-oblongis epidermide fissa cinctis et partim tectis, ubique nigris, 500-600 × 250-300, rima latiuscule lanceolata hiantibus; sporulis fusoideis, rectis, utrinque acutiusculis, medio 1-septatis, non constrictis, hyalinis, 15-17 × 3; basidiis brevissimis suffultis, e basi proligera minute cellulosa ochraceo-fusca oriundis. 4894

Hab. in petiolis emortuis Aceris Opali in silva Vallombrosa Etruriæ. — Habitus quasi *Mollisiæ petiolaris*. Cellulæ contextus atratæ, elongatæ, an ex matrice mutata formatæ?

LEPTOTHYRELLA Sacc. — Syll. X p. 426, XI p. 557.

1. **Leptothyrella Pæoniæ** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 145. — Pycnidiis epiphyllis sparse gregariis, vix conspicuis, discoideis, radiato-cellulosis, brunneo-fuscis, ca. 120-180 μ. diam.; sporulis ovoideis vel subclavatis, hyalinis, medio 1-septatis, 6-10 × 3-3,5. 4895

Hab. in foliis Pæoniæ obovatæ, Sagami, Kamakura Japoniæ (Nambu).

2. **Leptothyrella manaosensis** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, pag. 390. — Pycnidiis hypophyllis sparsis, dimidiato-scutellatis, 4896

atris, 180-200 μ. diam., contextu radiato-celluloso, atro-brunneo, margine tenui pallidiori; sporulis ovoideis, obtusis, hyalinis, 2-guttulatis, medio 1-septatis, constrictiusculis, 8-10 × 4 1/2-5.

Hab. in foliis Parkiæ auriculatæ, Manáos, Rio Negro Amazoniæ.

3. **Leptothyrella olivascens** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 389, 4897
cum icon. — Pycnidiis amphigenis gregariis, dimidiato-scutatis, atris, ca. 250-300 μ. diam., contextu subradiato-cellulosis, olivaceis, margine pallidis; sporulis ovoideis v. subellipsoideis, obtusis, primo continuis, dein medio 1-septatis vix constrictis, hyalinis 3-4 × 2-2,5.

Hab. in foliis Leguminosæ cujusdam, Sao Joaquim Rio Negro Amazoniæ.

4. **Leptothyrella Vernoniæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 390. 4898
— Pycnidiis amphigenis sparsis, dimidiato-scutellatis vel subpulvinatis, atris, rugosis, dein rimosis, 0,5-1,5 mm. contextu cellulosoradiato, atro-fusco; sporulis fusoideis, utrinque subacutis, medio 1-septatis, hyalino-cyanescentibus, 12-16 × 3-3 1/2.

Hab. in foliis Vernoniæ Tarapoto Peruviæ.

KABATIA Bubák Œsterr. bot. Zeitschr. 1904, p. 8 (Etym. a cl. mycologo I. E. Kabát ex Turnau Bohemiæ). — Pycnidia dimidiata, scutiformia, membranacea, nigra, astoma, irregulariter dehiscentia, contextu radiato, atro-brunneo. Sporulæ eximie falcatæ, sursum cuspidatæ, 1-septatæ, hyalinæ.

1. **Kabatia latemarensis** Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 1904, pag. 8, 4899
fig. 1-10. — Maculis epiphyllis, usque ad 6 mm. lat. e rotundo ellipticis subsinuatis, alutaceis, dein arescendo albidis, margine plus minus lato purpureo-brunneo cinctis, sparsis, rarius confluentibus; pycnidiis copiosis epiphyllis, confertis, raro confluentibus, atro-nitidis, suborbicularibus, 110-180 μ. diam., contextu radiato atro-brunneo; sporulis falcatis deorsum sensim latioribus rotundatis, sursum incurvo-cuspidatis, 24-46 × 6-9, intus granulosis, in cirros luteolos breves expulsis.

Hab. in foliis adhuc vivis Loniceræ Xylostei in silvis Latemar pr. passum Costalunga, Trentino, ca. 1650 m. alt. (Kabát).

2. **Kabatia mirabilis** Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 241, t. II, 4900
f. 5. — Maculis utrinque visibilibus, inæqualiter anguloso-sinuosis sæpe confluentibus, alutaceis, dein arescendo hinc inde flavo-albidis et disruptis, margine nigro, angusto, præcipue marginatis 2-

6 mm. latis; pycnidiis epiphyllis in areis pallidis confertis, clypeiformibus ochraceis 100-180 μ. diam.; contextu flavido, radiato a centro mox secedente; sporulis ut in *K. latemarensi*, sed 33-55 × 7-11.

Hab. in foliis viventibus Loniceræ nigræ, infra mont. Latemar, 1550 m. alt. ad passum Costalunga, Trentino.

PSEUDOMELASMIA P. Henn. Fungi S. Paulenses I in Hedw. 1902, p. 115 (Etym. *pseudes* falsus et *Melasmia*). — Stroma effusum, membranaceo-crustaceum, atrum; pycnidia immersa, rotundata, plana, rimosa. Sporulæ oblongæ, hyalinæ, 1-septatæ. *Melasmiæ* affinis sed sporulæ 1-septatæ. — In *Tab. comparat.* inter Leptostromataceas occupabit casulam n. 40 (Syll. XIV, p. 44).

1. **Pseudomelasmia Lauracearum** P. Henn. l. c. — Stromate effuso, membranaceo-crustaceo, atro, amphigeno, rotundato-angulato, 5-20 mm. diam.; pycnidiis immersis, subpulvinatis, elevatis, rotundatis, clausis deinde longitudinaliter rimosis; basidiis brevibus, hyalinis, sporulis oblongis, clavatis v. subfusoideis, intus granulatis, dein medio 1-septatis, vix constrictis, 10-16 × 3,5-4. 4901

Hab. ad folia Lauraceæ cujusdam prope S. Paulo Brasilia.

Sect. 4. Phragmosporæ.

DISCOSIA Lib. — Syll. III p. 653, X p. 426, XI p. 557, XIV p. 996, XVI p. 992.

1. **Discosia silvana** Sacc. Ann. Mycol. 1904, pag. 17. — Pycnidiis gregariis, disciformibus, superficialibus sed non secedentibus, 250-300 μ. diam., nigris, centro pertusis et brevissime papillatis, membranaceis; contextu minute celluloso, subradiato, ambitu non fimbriato; sporulis fusoideis, curvulis, 12-15 × 2,5-3, obsolete 3-septatis, non constrictis, ex hyalino dilutissime flavidis, minute guttulatis, utrinque sub apice setula, 9-11 × 0,5, hyalinâ auctis. 4902

Hab. in caulibus emortuis (Crepidis?), Selva (Treviso) Ital. bor. (Antonia Saccardo). — Pycnidia nunquam rugoso-plicata.

ASTEROTHYRIUM P. Henn. Fungi Africæ orient. III in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 54 (Etym. quasi *Asterinæ* et *Leptothyrii* æmulum). — Pycnidia membranacea, dimidiato-scutata, atra, poro pertusa, hyphis circumdata. Sporulæ oblonge fusoideæ, 3-septatæ, hyalinæ. — *Cystothyrio* et *Discosiæ* affine genus.

1. **Asterothyrium microthyrioides** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, 4903
p. 54. — Pycnidiis gregariis vel sparsis, hypophyllis, dimidiato-scutatis, membranaceis, poro pertusis, radiato-cellulosis, longitudinaliter rimosis, ca. 150–230 μ. diam., hyphis repentibus, septatis, ramosis, fuscis, subtorulosis, 2,5–3,5 μ. cr. circumdatis; sporulis copiosis, oblonge fusoideis, vel subclavatis, hyalino-cyanescentibus, 3-septatis, 16–25 × 3-4.

Hab. in foliis Anonaceæ cujusdam, Usambara occid. Africæ orient. (Engler).

GIULIA Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, p. 92 (Etym. a cl. prof. Senensi Josepho Giuli botanico, 1778–1851) *Nematospora* Fl. Tassi l. c., non *Nematospora* Peglion, quæ anterior). — Pycnidia primitus velata, dein superficialia, elongata, subcarbonacea, atra, astoma, dimidiata. Sporulæ bacillares, continuæ, hyalinæ, apice setuloso-penicillatæ.

1. **Giulia tenuis** (Sacc.) Fl. Tassi l. c. c. icone, *Leptostromella tenuis* 4904
Sacc. — Syll. III, p. 660. — Pycnidiis gregariis, innato-erumpentibus, elongatis, modice depressis, circiter 0,5 mm. longis, astomis, fuligineo-parenchymaticis; sporulis cylindraceis, subcurvulis, 20-25 × 3-3,5 hyalinis, apice setulis quaternis divergentibus, diaphanis exilissimis vix perspicuis, ornatis.

Hab. in caule Lepidii graminifolii, Padova Italiæ bor.

PHRAGMOPELTIS P. Henn. Fungi Amaz. III 1904, p. 392 (Etym. *phragme* septum et *pelte* scutum, h. e. fungillus scutatus phragmosporus). — Stromata superficialia, membranacea, dimidiato-scutata, radiato-cellulosa, rugulosa, poro pertusa, atra. Sporulæ longæ, diutius hyalinæ, continuæ, deinde 3-septatæ, atræ. Basidia brevia, hyalina. — In *Tab. comp.* inter *Leptostromataceas* occupabit casulam n. 6 (Syll. XIV, p. 44).

1. **Phragmopeltis Siparunæ** P. Henn. l. c. cum icon. — Pycnidiis 4905
amphigenis, membranaceis, dimidiato-scutatis, rotundatis, atris, subruguloso-granulatis interdum subtuberculatis, medio pertusis, contextu radiato-celluloso, atro-fusco, 2-4 mm. diam., intus flavidis; sporulis oblongis utrinque rotundatis, lateraliter interdum compressis, diutius hyalinis, continuis, dein flavide brunneis, granulatis, 1-septatis, deinde fusco-brunneis, 3-septatis, 10-13 × 4-5.

Hab. in foliis Siparunæ thecaphoræ, Tarapoto Huallaga Peruviæ.

Sect. 5. Scolecosporæ.

LEPTOSTROMELLA Sacc. — Syll. III p. 659, X p. 430, XI p. 558, XIV p. 998, XVI p. 993.

1. **Leptostromella hysterioides** (Fr.) Sacc. — Syll. III, pag. 659. — 4906
var. **pedemontana** Ferraris in Malpighia, vol. XVI, 1902, p. 34 (extr.). — Pycnidiis oblongis, subastomis, 1-2 mm. long., subsuperficialibus; sporulis bacillari-fusoideis, curvulis, continuis, 1-guttulatis, 21-24 × 2-2,5; basidiis clavatis 7-9 μ. longis.

Hab. in caulibus Labiatæ cujusdam, Cunico d'Asti Ital. bor.

2. **Leptostromella Eriogoni** Earle, Bull. of the New York Bot. Gard. 4907
1904, p. 296. — Pycnidiis sparsis vel gregariis in greges minutos dispositis, elongatis, hysterioideis, nigris, innatis, dein prominulis, rima dehiscentibus, 1-1,5 mm. long., 0,5 mm. lat.; basidiis brevibus inconspicuis, 7 × 2; sporulis cylindraceis, hyalinis, tri-septatis, ad septa constrictis, 18-20 × 3-4, cellulis denique secedentibus.

Hab. in caulibus emortuis Eriogoni, Little Valley, Ormsby Co., Nevada (C. F. Baker). — Ob sporulas facile in articulos secedentes a typo generis recedit.

3. **Leptostromella Cynodontis** Sacc. Notæ Mycol. in Syd. Ann. Mycol. 4908
1903, p. 27. — Stromatibus linearibus, parallele seriatis, tenuibus, atris, erumpentibus, 0,5-0,8 mm. longis; sporulis bacillaribus, 70-75 × 2,5-3, curvis, hyalinis; basidiis parum distinctis.

Hab. in foliis subvivis Cynodontis Dactyli, Selva (Treviso) Italiæ borealis. — Pycnidium *Phyllachoræ Cynodontis* (Sacc.) Niessl.

Fam. 4. Excipulaceæ Sacc.

Sect. 1. Hyalosporæ.

GODRONIELLA Kart. — Syll. III p. 665, XIV p. 999.

1. **Godroniella vernalis** Kab. et Bubák, Oesterr. bot. Zeitschr. 1904, 4909
p. 9. — Pycnidiis sparsis v. subconfertis, epidermide tectis, centro nudatis, udis subceraceis, globosis vel ellipsoideis, siccis duriusculis et collabascendo cupuliformibus, 100-400 μ. diam., initio clausis, mox ore circulari brunneo-marginato apertis, ex ochra-

ceo dein atro-brunneis demum nigricantibus; contextu ex hyphis brunneis conglutinatis formato; sporulis copiosis, bacillaribus, rectis, utrinque obtusis, 4–5 × 1,5, continuis, hyalinis, utrinque 1-guttulatis; basidiis fasciculatis dendroideo-ramosis, guttulatis, distincte septatis, 20-40 × 2-3, ramulis alternis.

Hab. in foliis, petiolis, caulibusque putrescentibus Mercurialis perennis pr. Turnau Bohemiæ.

EXCIPULA Fr. — Syll. III p. 665, X p. 432, XI p. 558, XIV p. 999.

1. **Excipula Schomburgkiæ** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 308. — Pycnidiis amphigenis, gregarie sparsis, epidermide tectis, erumpentibus, innato-superficialibus, membranaceis, subcupulatis vel discoideis, marginatis, fuscis, disco subpallido ca. 180-200 μ. diam.; sporulis fusoideis vel clavatis, obtusis vel subacutiusculis, rectis vel curvulis, hyalinis, 2-3-guttulatis, continuis, 7-10 × 1,5-2; basidiis brevissimis, hyalinis, simplicibus. 4910

Hab. in foliis Schomburgkiæ spec., S. Paulo Brasiliæ.

2. **Excipula oospora** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 237, Ic. fung. Jav. t. LXIV, f. 1. — Pycnidiis laxe gregariis, subsuperficialibus, depresse cupulatis 500 μ. diam., ambitu inæqualiter orbicularibus, atris, glabris, subceraceis; contextu grosse parenchymatico, atro-fuligineo; sporulis ellipsoideis utrinque rotundatis, 15-18 × 9 hyalinis, plasmate homogeneo v. granuloso subinde dilutissime flavido; basidiis bacillaribus, 8–9 × 2-3. 4911

Hab. in frustulis ligneis putridis, in horto botanico Bogoriensi Javæ.

DOTHICHIZA Lib. — Syll. III p. 671, X p. 432, XI p. 559, XIV p. 1000.

1. **Dothichiza carneo-fusca** v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, p. 50. — Pycnidiis in ligno duriusculo superficialibus, sessilibus, basi substipitiformiter coarctatis, sparsis vel ad 2-4 subcæspitoso-confluentibus, sæpe seriatim ordinatis, globosis vel plus minus irregulariter tuberiformibus, sæpe depressis vel umbilicatis, nigris, primum clausis, demum irregulariter dehiscentibus et late apertis, cupulatis, ca. 100-260 μ. latis; nucleo amœne carneo-roseo; contextu 12-20 μ. crasso, olivaceo-fusco coriaceo, e cellulis minutis, fere indistinctis formato, dense sporophoris hyalinis, usque 40 × 1, fasciculatim dendroideo-ramosis obtecto; sporulis in ramulis sporo- 4912

phori acrogenis, hyalinis, catervatim carneis, bacilliformibus, rectis vel leniter curvulis, utrinque rotundatis, continuis, 3-4 × 0,8-0,9.

Hab. in ligno sicco ramulorum Berberidis vulgaris prope Tumpen in valle Oetzthal Tiroliæ.

2. **Dothichiza Coronillæ** v. Höhn., Fragmente zur Mykol. 1903, p. 38. 4913
— Pycnidiis sub epidermide immersis, erumpentibus, laxe gregariis v. sparsis, sphæroideis v. oblongis, centro depresso-applanatis, primo clausis, demum late apertis, excipuliformibus, 200-300 μ. longis; nucleo albo; contextu atro-fusco, coriaceo, c. 20 μ. crasso, e cellulis parenchymaticis, 4-5 strata formantibus; ostiolo orbiculari vel magis minusve rimoso; basidiis brevibus ovoideis; sporulis fere sessilibus, numerosissimis, hyalinis, continuis, ellipsoideis, supra rotundatis, infra breve apiculatis, nucleatis, 14-20 × 6-8.

Hab. in ramulis hornotinis siccis Coronillæ Emeri, prope Bozen Tiroliæ.

DISCULA Sacc. — Syll. III p. 674, X p. 433.

1. **Discula Dianthi** P. Magn. in Bull. Herb. Boissier 1903, n. 7, 4914
p. 587. — Pycnidiis disciformibus, subcutaneo-erumpentibus, prominulis, contextu basi distincte evoluto, sursum tenuiori, evanescenti; basidiis ex pariete interiori tota orientibus; sporulis copiosissimis, oblongis, 4,5-5 × 1,3.

Hab. in foliis caulibusque languidis Dianthi Kotschyani in saxosis rupestribus Phrygiæ.

AGYRIELLOPSIS v. Höhnel in Ann. Mycol. 1903, I, p. 404 (Etym. ab *Agyriella* cujus est analoga). — Pycnidia verrucæformia, superficialia, intus fasciculos sporophororum complures erectos, basidiis brevibus, ovalibus vel piriformibus dense obtectos gerentia. Contextus infra carbonaceus et bene evolutus, supra crasse membranaceo-floccosus, mox evanidus. Sporulæ subhyalinæ, acrogenæ, solitariæ, minutæ, ovatæ vel bacilliformes, muco involutæ. — Est quasi *Agyriella* tunicata.

1. **Agyriellopsis cæruleo-atra** v. Höhnel l. c. — Pycnidiis in ligno 4915
duro superficialibus, verruciformibus, atris, 400-500 × 250 basi coarctatis, carbonaceis, patelliformibus, supra membrana floccosa, mox evanida, ex hyphis atro-cæruleis, ramosis, 3-4 μ. crassis formata obtectis, intus fasciculos circiter 10-12 erectos, pallide olivaceos, simplices vel subramosos, e fibrillis subtilibus, parallele coalitis formatos, undique basidiis minutis, brevibus, ovatis vel

subpiriformibus obtectos gerentibus; sporulis acrogenis, numerosissimis, hyalinis vel subhyalinis, ovato-oblongis vel fere bacilliformibus, 2-4 × 1-1 $^1/_2$, muco obvolutis.

Hab. in ligno denudato Abietis pectinatæ in silva primæva Kubany Bohemiæ.

PSILOSPORA Rabenh. — Syll. III, p. 679.

1. **Psilospora Quercus** Rabh. in Fuck. Symb. Myc., p. 401. — Syll. 4916
III, p. 680, Paoli in App. N. G. B. I. 1905, p. 97, cum icone, ubi diagn. reformata sequens: — Pycnidiis primitus immersis, dein erumpentibus, in maculas rotundatas, ellipticas vel irregulares 0, 5-2 cm. latas aggregatis, ellipticis vel elongatis, convexis, opacis, atris, subcarbonaceis, asperis, rima longitudinali angusta, dein, labis tumidis dimotis, dehiscentibus, circiter 1 mm. longis, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. crassis; sporulis ellipsoideis, 23-24 × 17, unicellularibus, hyalinis, 1-rarius 2-guttulatis, endoplasmate granuloso; basidiis filiformibus 3 μ. crassis, 10-20 μ. longis, hyalinis, maturitate medio incrassatis.

Hab. ad corticem vivum lucidum Quercuum, Monte Morello prope Florentiam (Paoli), in Germania et verisimiliter late diffusa.

CROCICREAS Fr. — Syll. III p. 183.

1. **Crocicreas gramineum** Fr. — Syll. III, p. 183 — teste v. Höhn. in litt. et juxta exempl. Fuckeliana ad Excipulaceas pertinet. Et *Myxormia atroviridis* B. et Br. — Syll. III, pag. 734 — teste ipso v. Höhn. ad *Crocicreas* pertinet.

AMEROSPORIUM Speg. — Syll. III p. 680, X p. 436, XI p. 559, XIV p. 1001.

1. **Amerosporium Armeriæ** P. Henn. Ein. v. Hrn. G. Feurich, Göda in 4917
Kögr. Sach. ges. Sphær. 1904, p. 433. — Pycnidiis epiphyllis v. amphigenis, sparsis v. gregariis erumpenti-superficialibus, subcupulatis v. discoideis, atris, membranaceis, ca. 120-150 μ., setulis atris, subulatis, acutis, 50-120 × 4-5; sporulis fusoideis, utrinque subobtusis vel acutiusculis, curvulis vel rectis, intus nubilosis, vel 1-guttulatis, hyalinis, 20-30 × 3-4.

Hab. in foliis siccis Armeriæ vulgaris, Lieske Oberlausitz.

2. **Amerosporium platense** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 85. 4918
— Ascomatibus versiformibus, discoideis, superficialibus, udis applanato-apertis, 0,5-3 mm. diam., contextu carnosulo, parum di-

stincto, minuto, olivaceo, siccis contractulis sæpe subhysterioideis, margine albicantibus, ac minute ciliolatis; setulis marginalibus 50-100 × 4-6, fumosis, apice pallidioribus, obtusiusculis, basi non incrassatis; sporulis e fusoideo subcylindraceis, utrinque obtusis 8-10 × 2-3, subchlorinis, levibus.

Hab. in ramulis emortuis, adhuc stantibus Manihotis carthagenensis, La Plata Argentinæ.

3. **Amerosporium Vanillæ** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, pag. 146. — Pycnidiis amphigenis, subcupulatis, atris, cellulosomembranaceis, 50-80 μ. diam., setulis subulatis, atris ca. 60 × 4-5 vestitis; sporulis oblonge ellipsoideis v. ovoideis, continuis, utrinque obtusis, intus guttulatis, 10-14 × 4-5, hyalinis. 4919

Hab. in foliis Vanillæ aromaticæ, Buitenzorg Javæ.

4. **Amerosporium rhodospermum** Mc Alp. Proceed. Linn. Soc. of. N. S. Wales 1903, pag. 94. — Areis pallidis, latis; pycnidiis dense gregariis, nigris, erumpentibus, dein superficialibus, disciformibus vel oblongis, membranaceis, setulis vestitis, 120-160 μ. diam.; setis intense brunneis, apice pallidis, obtusis, cylindraceis, basi paullo inflatis, continuis vel 1-septatis, 30-35 × 5-7; sporulis subovalibus utrinque acutis, raro apice obtusis, continuis, 18-21 × 4-4,5 pallidis. 4920

Hab. in foliis vivis Diuridis pedunculatæ, Killara in Victoria Australiæ.

5. **Amerosporium Orchidearum** Speg. in An. Soc. Cient. Arg. 1899, p. 279. — Maculis orbicularibus, fuscis 5-10 mm. d. v. confluendo difformibus, et folium fere totum occupantibus, sordide fuscis; pycnidiis amphigenis laxe gregariis, primo epidermide tectis, dein erumpentibus 150-200 μ. diam., rufescentibus, margine dense velutino-ciliolatis; setulis teretibus 40-80 × 5-8 atro-fuligineis; sporulis cylindraceis vel cylindraceo-ellipticis 14-16 × 5-6, continuis, sæpius medio sensim leniterque coarctatis, non v. pluriguttulatis, levibus, hyalinis. 4921

Hab. in foliis Orchidearum, in Argentina.

DINEMASPORIUM Lév. — Syll. III p. 683, X p. 438, XI p. 560, XIV p. 1001.

1. **Dinemasporium Tragopogonis** P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904. p. 31 (Nyt. Magaz.). — Pycnidiis gregariis, cupulatis, atris, 100-180 μ. diam.; setulis rigidis erectis, aterrimis, acutis, usque 200 4922

μ. longis; sporulis elongato-fusoideis, curvulis, 2-4-guttulatis, utrinque minute setulosis, hyalinis, 15-23 × 3-4,5.

Hab. ad caules siccos Tragopogonis pratensis pr. Christianiam Norvegiæ.

2. **Dinemasporium purpurascens** Rich. sec. Höhn. Ann. Mycol. 1904, pag. 54, sic describatur: — Pycnidiis sparsis, superficialibus, late sessilibus, rotundatis vel oblongis, cupulatis, late apertis, 300-600 × 180, disco sordide roseo; stratu sporigero 8-12 μ. crasso, pallide et sordide roseo, e cellulis minutissimis formato; excipulo irregulariter et breve dentato-fimbriato, marginato, sordide violaceo-brunnescente, e stratis paucis hypharum subtilium, parallele coalitarum formato, intus dense sporophoris hyalinis, simplicibus, 25-30 × 1, obtecto, extus 200-300 setis rigidis, eseptatis, 100-600 × 5-10 (basi) plerumque acutis, nigris, impellucidis, supra hinc inde pallidioribus hirto; sporulis numerosissimis, continuis, hyalinis, allantoideis, curvulis, eguttulatis, 6 $^1/_2$-12 × 1 $^1/_2$-2, utrinque setula 6-8 μ. long. oblique auctis. 4923

Hab. in ramulis emortuis Salicis ad S. Amand Galliæ (Richon) et in ligno decorticato, sicco Salicis ad Jaize Bosniæ, anno 1903 (v. Höhnel). — Cfr. Syll. X, p. 438.

3. **Dinemasporium Sacchari** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 1905, p. 71. — Maculis amphigenis, oblongis vel rotundatis, pallidis, exaridis, zona rufo-brunnea cinctis; pycnidiis superficialibus, cupulato-discoideis, 180-200 μ. diam. atris; setulis rigidis, atris, obtusis vel acutiusculis, 120-200 × 4; conidiis fusoideis, subfalcatis vel rectis, hyalinis, 10-18 × 2 $^1/_2$-3, utrinque setulis ca. 5-10 μ. acutis. 4924

Hab. in foliis Sacchari officinarum cult., Leticia, Perù.

Sect. 2. Phæosporæ.

PHÆODISCULA Cuboni — Syll. X p. 439.

1. **Phæodiscula gonospora** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 236, Ic. fung. Jav. t. LXIII, fig. 3. — Pycnidiis gregariis e basi innata superficialibus, scutellatis 500-750 μ. diam., coriaceo-friabilibus, sordide flavis centro nigricantibus; contextu celluloso, ochraceo-fusco; sporulis globoso-polygonis (obtuse pentagonis) e latere compressis, e fronte 9-10 × 8-9, atro-fuligineis, grosse 1-ocellatis; 4925

basidiis filiformibus sursum furcatis obsoleteque denticulatis, 20-30 × 1,5-2, hyalinis.

Hab. in petiolis Palmarum putrescentibus, in horto botan. Bogor. in ins. Java. — Pycnidia demum fuscescunt. — Var. **atrata** Penz. et Sacc. l. c. Ic. fung. Jav. t. LXIII, f. 4: pycnidiis 350-500 μ. diam., ab initio, ut videtur, atratis, contextu atro-olivaceo; sporulis similibus, sed minus angulosis et magis compressis, 9-10 μ. diam., 5-6 μ. cr.; basidiis brevissimis (saltem ita visis). In petiolis Korthalsiæ in horto Bogor., Javæ. — Var. **atratula** Penz. et Sacc. l. c.: ut præcedens, sed sporulis majoribus et distinctius angulosis, 12-15 μ. diam. e latere 7-8 μ. cr., minute 1-2-guttulatis; basidiis filiformibus, simplicibus, denticulatis, 30-36 × 2, hyalinis. In petiolis Palmarum, in horto bot. Bogor. Javæ. — Var. **minutella** Penz. et Sacc. l. c.: pycnidiis ut in typo flavicantibus, sed minoribus 250 μ. diam.; sporulis e fronte 10-12 μ. lat., e latere 6-7 μ. cr., 1-guttulatis; basidiis filiformibus simplicibus vel e basi furcatis. In petiolis Plectocomiæ, in horto Bogor. Javæ. — Species et subspecies in vivo iterum accurata observandæ.

Sect. 3. **Didymosporæ.**

DISCELLA B. et Br. — Syll. III p. 687, X p. 440, XI p. 560, XIV p. 1002, XVI p. 993.

1. **Discella Capparidis** Pat. et Har. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 86. — 4926
Pycnidiis subglobosis, primitus clausis, immersis, dein erumpentibus rima longitudinali læte apertis, nonnullis cupuliformibus, gregariis, nigris, usque ad 400 μ. diam., excipulo carnosulo, 120 μ. cr., e cellulis angulosis pallide brunneis, 8-12 μ. diam., coriacellis et extus cellulis subglobosis 8 μ. cr. efformato; basidiis simplicibus, linearibus, monosporis, 30 μ. circ. longis, disci superficiem totam obtegentibus; sporulis piriformibus, superne rotundatis, inferne cuneatis, infra medium 1-septatis, pallide brunneis, fere hyalinis, 15-20 × 6-8.

Hab. in foliis vivis Capparidis tomentosæ, in quibus tubercula gallarum instar, usque ad 1 cm. lata efficit, in regione Galla Abyssiniæ.

2. **Discella cacaoicola** Appel et Str. Einig. Kamer. Theob. Pilze, 4927
p. 4, c. fig. 5-6 (Centralbl. Bakter. 1903). — Pycnidiis erumpentibus, inæqualiter scutellatis, griseo-brunneis, late gregariis, usque

1 ≈ 1,5 mm., irregulariter dehiscentibus; basidiis simplicibus bacillaribus, stipatis, totam cavitatem pycnidii vestientibus; sporulis oblongo-fusoideis, rectis v. lenissime curvis, 1-septatis, vix constrictis, 6-9 ≈ 3, hyalinis.

Hab. in fructibus Theobromæ Cacao, Victoria Kamerun Africæ occid. (Strunk).

SCAPHIDIUM Clements — Syll. XVI. p. 1155.

1. **Scaphidium Bouteloуæ** Clem. Bot. Surv. Nabr. 1901, p. 5. — Py- 4928
cnidiis minutis, in maculis brunneolis lineariter dispositis, innato-erumpentibus, intense brunneis, membranaceis, linearibus, hysterioideis, glabris, 100 μ. diam.; basidiis simplicibus, brevibus, hyalinis, 10 ≈ 2; sporulis hyalinis 1-septatis, sigmatoideis, 25 ≈ 3-4.

Hab. in foliis Bouteloуæ hirsutæ, Nebraska Amer. bor.

SIROPATELLA v. Höhnel in Ann. Mycologici 1903, I, p. 401 (Etym. *seira* catena et *Patella*). — Pycnidia globosa, erumpenti-superficialia, carnoso-coriacea, nigra, primum clausa, demum irregulariter dehiscentia et late hiantia. Basidia dense stipata, simplicia, brevia. Sporulæ acrogenæ, hyalinæ, didymæ, catenulatæ.

1. **Siropatella rhodophæa** v. Höhnel l. c. — Pycnidiis e fibris ligni 4929
erumpenti-superficialibus, cæspitosis, atris, carnoso-coriaceis, globosis, sæpe compressis, umbilicatis, primum clausis, demum rimose vel irregulariter dehiscentibus et late apertis, c. 500-600 μ. latis; nucleo amœne carneo- vel violaceo-roseo; contextu e stratis duobus cellularum minutarum formato; strato interno pallido, usque 30 μ. crasso; basidiis hyalinis, simplicibus, c. 24 ≈ 2-4 paraphysibusque longioribus, 50-80 μ. lg. intermixtis dense obtecto; strato externo crassiore (usque 50 μ.) brunneo; sporulis acrogenis, hyalinis, catervatim pulchre roseis, cylindraceis, rectis, utrinque rotundatis, uniseptatis, longe catenulatis, 8-12 ≈ 2-3.

Hab. in ligno sicco Fagi, in silva primæva Kubany Bohemiæ.

Sect. 4. Phragmosporæ.

EXCIPULINA Sacc. — Syll. III p. 688, X p. 441, XI p. 560, XIV p. 1002. — Teste cl. v. Höhnel in litt. *Rhabdospora pinea* Karst. est *Excipulinæ* spec., vocanda *E. pinea* (Karst.) v. Höhn.

1. **Excipulina valtellinensis** Traverso in Ann. Mycol. 1903, vol. I, 4930

p. 316 cum icone. — Pycnidiis sparsis, subsuperficialibus, glabris, primitus conico-sphæroideis, clausis, dein late apertis, cupuliformibus vel etiam patellatis, 300-500 μ. diam., nigris, molliusculis, contextu prosenchymatico, radiato; sporulis fusoideo-elongatis, plerumque curvulis, quadriloculariis, hyalinis, 18–25 × 4-5, loculo supremo oblique rostellato, appendice tereti-filiformi 8-10 μ. longa; basidiis filiformibus, usque ad 15 μ. longis, in sporula secedenti adhuc persistentibus et appendiculam æmulantibus.

Hab. in caulibus exaridis Dianthi Cathusianorum, in silvosis prope Albosaggia, Sondrio Italiæ bor.

2. **Excipulina patella** v. Höhn. Œsterr. bot. Zeitschr. 1905. — Py- 4931
cnidiis subcutaneis, nigris, subrotundis v. oblongis, depresse lentiformibus, 120–250 μ. diam., clausis, dein laciniatim dehiscentibus et disco albido erumpentibus, contextu tenui, minute celluloso brunneo; hypothecio hyalino, 20–28 μ. cr., minute celluloso; basidiis stipatis brevibus; sporulis fusoideis, tricellularibus, utrinque acutis, curvulis, hyalinis, 15-23 × 2-3.

Hab. in caulibus Umbelliferarum (Angelicæ?) in Oetztal Tiroliæ. — Socia adest *Heterosphæria patella* sed ab ejus statu pycnidico (= *Heteropatella lacera*) omnino diversa: forte ejusdem fungi pycnidium alterum.

EXCIPULARIA Sacc. — Syll. III p. 689, X p. 442, XI p. 561.

1. **Excipularia Epidendri** P. Henn. Hedw. XLIV, 1905, p. 174. — 4932
Maculis effusis, fuscidulis; pycnidiis erumpenti-superficialibus gregariis vel sparsis, discoideis, atris, 60-90 μ. setulis atris rigidis, continuis, acutis 70-80 × 3-4 dense vestitis; sporulis fusoideis utrinque obtusiusculis, rectis vel curvulis subhyalinis, primo medio 1-dein 3-4-septatis, 12–30 × 4-5; basidiis brevibus, hyalinis.

Hab. in pedunculis emortuis Epidendri speciei ex Brasilia importatæ in hortum bot. Berolinensem.

DICHÆNOPSIS Paoli N. G. B. I. 1905, p. 97 cum icone (Etym. a *Dichæna* et *ops,* facies ob pycnidia *Dichænæ* habitu simillima). — Pycnidia typice biogena, innato-erumpentia, irregulariter elliptica, hysteriiformia, coriaceo-carbonacea, atra, rima longitudinali notata, in maculas irregulares plerumque aggregata. Sporulæ oblongæ 2-pluriseptatæ, fuscæ. In *Tab. comp. gen.* (Syll. XIV, p. 44) occupabit casulam n. 96 inter Excipulaceas.

1. **Dichænopsis Notarisii** Paoli l. c. *Heterographa quercina* Fée, De 4933

Not. in Erb. Crittog. It., n. 1061, *Dichæna quercina* Auct. nonnull., Sacc. in Mycoth. ven. n.° 716. — Pycnidiis primum immersis, dein erumpentibus, in maculas orbiculares, ellipticas, vel irregulares 0,5-2 cm. latas aggregatis, ellipticis, convexis, opacis, atris, subcarbonaceis, asperis, rima longitudinali angusta, dein, labiis tumidis dimotis, dehiscentibus, circiter 1 mm. longis $^1/_3$-$^1/_2$ mm. crassis; sporulis ellipsoideo-elongatis, 3-septatis, dilute fuligineis, 23-25 × 8-9; basidiis brevibus, fuligineis, crassiusculis.

Hab. ad corticem vivum juvenum Quercuum in Valle Intrasca, Lago Maggiore (De Notaris) et silva Montello, Treviso (Saccardo).

SCHIZOTHYRELLA Thüm. — Syll. III p. 690, X p. 444, XIV p. 1002.

1. **Schizothyrella Sydowiana** Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 233, Sydow. Myc. Germ. n. 341. — Pycnidiis laxe gregariis, innatis, ambitu orbicularibus sed mox erumpenti-superficialibus, cupulatis, arescendo varie contortis v. compressis, 0,3-0,6 mm. diam., disco carnosulo, plano, sordide aurantiaco, excipulo membranaceo, fusco, anguste parenchymatico, margine distincte dentato-lacinulato, plus minus inflexo; basidiis dense stipatis, filiformibus, simplicibus v. furcatis, 40-70 × 2, hyalinis, deorsum continuis, sursum septatis et in catenas longiusculas sporularum sensim abeuntibus; sporulis maturis elongatis utrinque obtusule tenuatis, 4-guttatis, initio 1-dein 3-septatis, 15-25 × 2,8-3, hyalinis, coacervatis carneolis. 4934

Hab. in culmis et foliis emortuis Phragmitis communis, Wannsee pr. Berolinum Germaniæ. — *Siropatellæ* forte affinis, sed sporulæ 3-septatæ nec didymæ, excipulum prosenchymaticum tenue, nec coriaceum etc.

Sect. 5. Scolecosporæ.

ONCOSPORA Kalchbr. — Syll. III p. 691, XVI p. 993.

1. **Oncospora Pezizella** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 237, Ic. fung. Jav. t. LXIV, fig. 2. — Gregaria, sessilis, ceracea, cupuliformis, melleo-rufescens, 0,3 × 0,5 mm. diam., glabra, sicca sinuosa; sporulis filiformibus, apice hamatis 22-28 × 1,5 e hyalino dilute rufescentibus, e thalamio parenchymatico rufo orientibus. 4935

Hab. in foliis siccis Zalaccæ, Tjibodas, in insula Java. — Facies omnino *Pezizellæ* cujusdam.

PSEUDOCENANGIUM Karst. — Syll. X p. 445, XIV p. 1003.

1. **Pseudocenangium laricinum** Sacc. Notæ mycologicæ in Syd. Ann. Mycol. 1903, p. 27. — Pycnidiis hinc inde cæspitulosis, erumpentibus et mox superficialibus, urceolatis, aterrimis, glabris, coriacellis, vix $^1/_2$ mm. diam., ore contracto, dein hiascente et discum concaviusculum ostendente; sporulis filiformibus curvulis v. subflexuosis, 60-70 × 2,7-3, minute pluri-guttulatis; basidiis bacillaribus quadruplo brevioribus. 4936

Hab. in ramis corticatis laricinis v. abietinis, Cadore Italiæ borealis (D. Saccardo). — Socia adest *Tympanis laricina*, quæ est hujus speciei stat. ascophorus.

EPHELIS Fr. — Syll. III p. 691, X p. 444, XIV p. 1003, XVI p. 994.

1. **Ephelis japonica** P. Henn. Pilze Japan II, p. 152 (Hedw. 1904). — Stromatibus inflorescentiæ incolis, eam deformantibus, irregulariter pulvinatis, effusis, rugosis, sclerotioideis, atris, ca. 2–4 mm. diam.; pycnidiis subcupulato-apertis, ca. 1-2 mm. diam.; basidiis repetito-dichotomis, hyalinis, ca. 2-3 μ. crassis; sporulis filiformi-fusoideis, utrinque acutis, guttulatis, 20-30 × 0,7-1. 4937

Hab. in inflorescentia Miscanthi tinctorii et Paspali Thunbergii, in monte Ishimitera prov. Ise Japoniæ (K. Nakanishiki).

MELANCONIACEÆ Berk. em. Sacc.

Syll. III p. 698, X p. 446, XI p. 562, XIV p. 1004, XVI p. 995.

Sect. 1. Hyalosporæ.

HAINESIA Ell. et Sacc. — Syll. III p. 698, X p. 446, XI p. 562, XIV p. 1004, XVI p. 995.

1. **Hainesia piricola** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 ser. II, 4, 1903, p. 897. — Acervulis subepidermicis, amphigenis, prominentibus, pallidis, plus minusve gelatinosis; conidiis oblongis; basidiis filiformibus, uncinatis. 4938

   Hab. in foliis Piri communis, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

2. **Hainesia Aurantii** P. Henn. Fungi costaricenses in Hedw. 1902, pag. 104. — Acervulis amphigenis, interdum nervos sequentibus, sparsis v. gregariis, minutis, pulvinatis, roseis, ca. 200 μ. diam.; basidiis fasciculatis, dichotomis, hyalinis, ca. 25-40 × 4-8; conidiis oblongis, subcylindraceis, obtusis rectis v. curvulis, intus minute granulatis, continuis 10-13 × 4-6 hyalinis. 4939

   Hab. in foliis Citri Aurantii, Cocos-Island Amer. centr.

3. **Hainesia Dieteli** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 14. — Acervulis amphigenis, præsertim in nervorum crassiorum propinquitate primo immersis, mox erumpentibus, dilutissime carneis, subtremelloideis, minutis 250-500 μ. diam., polymorphis, sæpe tortis et confluentibus; conidiis oblongis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, in basidiis filiformibus acrogenis, 12-14 × 4-5. 4940

   Hab. in foliis Quercus rubræ exsiccatis, Bussum Hollandiæ.

4. **Hainesia Rostrupii** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 14. — Acervulis amphigenis præsertim epiphyllis, primo immersis, mox erumpentibus, dilute subsiccineis, subtremelloideis, minutis 250-500 μ. diam., polymorphis, sæpe tortis et confluentibus; conidiis elliptico-oblongis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, in basidiis filiformibus acrogenis, 6-8 × 3-3,5. 4941

   Hab. in foliis Quercus rubræ emarcidis, Bussum Hollandiæ.

5. **Hainesia Castaneæ** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 755. — Acervulis hypophyllis, vinosis; conidiis initio subepidermicis, dein erumpentibus in massam subtremelloideam flavo-albidam 200-600 × 200-400, in sicco induratam, oblongis 6-8 × 3,5-4, hyalinis rectis v. curvulis, utrinque rotundatis, acrogenis; basidiis simplicibus 16 µ. longis, hyalinis. 4942

Hab. in foliis Castaneæ vescæ, Bussum Hollandiæ.

GLŒOSPORIUM Desm. et Mont. — Syll. III p. 699, X p. 446, XI p. 562, XIV p. 1004, XVI p. 996.

I. *Eu-Glœosporium:* basidiis distinctis, longiusculis (v. non descriptis).

1. **Glœosporium Walteri** Mc Alp. Proceed. Linn. Soc. of N. S. Wales 1903, p. 98. — Acervulis gregariis, minutis, paullo prominentibus, nigris, diu epidermide tectis, dein erumpentibus usque 200 µ. d., amphigenis, in maculis arescentibus nigro-cinctis et brunneo-marginatis insidentibus; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis vel interdum acutis, 21-23 × 4, hyalinis; basidiis filiformibus 14-17 µ. longis vel conidio æquilongis. 4943

Hab. in foliis vivis Drimydis aromaticæ in montibus Buffalo Victoria Australiæ. — A *Gl. Magnoliæ* Pass. et *Gl. Haynaldiano* Sacc. et Roum. conidiis longioribus differt.

2. **Glœosporium Theæ** Zimm. Berichte üb. Land- und Forstwirth. Deutsch-Ostafrika, 1904, p. 28. — Maculis amplis, rufo-brunneis, dein cinerescentibus; acervulis utrinque erumpentibus, ca. 90 µ. diam.; conidiis cylindraceis, utrinque obtusis, continuis, 14-19 × 4-6. 4944

Hab. in foliis adhuc vivis Theæ cultæ in horto Amani Afr. orientalis.

3. **Glœosporium acericolum** Allesch. in Krypt. Fl. v. Deutschl. etc. 1902, Bd. VII, p. 453. — Maculis amphigenis, subrotundis vel irregularibus, virescentibus, cinereis vel brunneolis vix atro-marginatis, sæpe confluentibus; acervulis vulgo hypophyllis, rarius epiphyllis, subcutaneo-erumpentibus, exiguis, flavidis; conidiis cylindraceis continuis, sæpius eguttulatis, utrinque rotundatis vel obtusis, hyalinis 6-12 × 2-2,5, rarius 3 µ. crassis; basidiis filiformibus, brevibus. 4945

Hab. in foliis adhuc vivis vel languidis Aceris platanoidis, prope Freising Bavariæ sup. (Weiss).

4. **Glœosporium opacum** Kabát et Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 1904, 4946

p. 10. — Maculis amphigenis, amplis, rotundo-angulosis v. subsinuosis, supra purpureo-brunneis, dein decolorantibus, infra cinerescentibus, immarginatis, interdum confluentibus; acervulis hypophyllis, internerviis, minutis, sæpius in greges parvos confertis, epidermide atrata tectis, siccis rugoso-contractis, opacis subnigris, luce transversa atro-brunneis; conidiis copiosis oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, v. acutulis, rarius curvulis, 4-8 × 2-2,2, hyalinis; basidiis brevibus.

Hab. in foliis dejectis, Aceris Pseudoplatani pr. Klein-Skal Bohemiæ, raro (Kabát).

5. **Glœosporium Vogelii** Syd. Ann. Mycol. 1905, p. 233 et Myc. Germ. n. 342. — Acervulis hypophyllis, maculis obsoletis insidentibus, minutissimis, epidermide grisea tectis, plerumque dense gregariis et sæpe totam folii superficiem plus vel minus regulariter obtegentibus; conidiis minutissimis, cylindraceis, plerumque rectis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, 4-4 $^1/_2$ × 1; basidiis 4947

Hab. in foliis vivis vel languidis Tiliæ ulmifoliæ, Tamsel Germaniæ (P. Vogel). — A *Glœosporio Tiliæ* omnino diversum.

6. **Glœosporium rhodospermum** Delacroix Bull. trim. Soc. Myc. de France vol. XXI, 1905, p. 197, fig. XI. — Maculis fulvo-brunneis, interdum obscurius late punctatis latioribus, raro nigro-marginatis et minoribus; acervulis epiphyllis, sub lente vesiculam ochraceam mucosam sistentibus, erumpentibus 250 μ. circ. latis; conidiis in massa roseis, singularibus hyalinis, cylindraceis, rectis vel curvulis, utrinque rotundatis 16-20 × 3,5-4; basidiis cylindraceis, summo rotundatis 12-15 × 4,5. 4948

Hab. in foliis Sterculiæ acuminatæ cultæ, Gabon Africæ.

7. **Glœosporium caulivorum** Kirchner, Zeitschr. f. Pflanzenkrank. 1902, XII, p. 13, cum iconibus. — Acervulis minutis, punctiformibus, gregariis, subcutaneo-erumpentibus, in maculis elongatis, læte brunneis nigroque marginatis insertis; conidiis cylindraceo-fusoideis utrinque obtusulis vel acutiusculis, curvatis, 12-22 × 3,5-5,2, continuis, hyalinis, intus granulosis; basidiis cylindraceis, stipatis, conidia paullo superantibus. 4949

Hab. in caulibus adhuc vivis Medicaginis sativæ, quam valde vexat, Hohenheim Germaniæ.

8. **Glœosporium obtusipes** Sacc. — Syll. X, p. 451. — f. **Amorphæ** Sacc. in Atti Congr. bot. Palermo 1902, p. 56. — Acervulis seriatis, subepidermicis, dein erumpentibus, e globoso-depressis longitudinaliter oblongis, 300 × 200 v. 200 μ. diam., e rufo nigrican- 4950

tibus; conidiis ovoideo-oblongis, 14 × 5, hyalinis, 2-guttatis; basidiis inæqualibus, paliformibus, 11-14 × 2-3,5 hyalinis v. dilutissime fuligineis.

Hab. in ramulis Amorphæ fruticosæ, Côte d'Or Galliæ. — A typo differt acervulis magis oblongis, basidiis paullo angustioribus, conidiis guttulatis etc.

9. **Glœosporium Tamarindi** P. Henn. in Notizbl. des Königl. bot. Gartens u. Museum zu Berlin, n. 30, 1903, p. 242. — Acervulis hypophyllis, sparsis, subepidermicis, erumpentibus, fuscis, sublenticularibus, ca. 80 μ. diam.; conidiis elongato-ellipsoideis vel subclavatis, leniter curvulis vel rectis, utrinque rotundatis, nubilosis, hyalinis, 10-14 × $3^1/_2$-$4^1/_2$; basidiis brevibus. 4951

Hab. in foliis Tamarindi indicæ, Dar-es-Salâm, Africa orient. german. Ostafrika (Dr. Stuhlmann).

10. **Glœosporium Acaciæ** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. New S. Wal. 1904, pag. 121. — Maculis amphigenis, rufo-brunneis, concaviusculis, margine leniter elevato; pustulis primo tectis, dein erumpentibus, nigris, sæpe circinantibus; conidiis hyalinis, nubilosis, ex elliptico cylindraceis, utrinque acutis v. rotundatis, 10-13 × 2,5-3; basidiis dense fasciculatis, pallide olivaceis, septatis, simplicibus, 50-60 × 3-4, sursum subattenuatis. 4952

Hab. in foliis Acaciæ hakeoidis, Dimboola Vict. Australiæ (Reader). — A *Glœosp. sphærelloide* conidiis multo angustioribus differt.

11. **Glœosporium Aucupariæ** P. Henn. Zeitsch. f. Pflanzenkr. 1903, p. 220 et Bull. bot. St. Petersb. 1903, p. 197. — Maculis in baccis fusco-atris effusis; acervulis sub epidermide nidulantibus, gregariis, fisso-erumpentibus, pallidis, pulvinatis, 100-120 μ. diam.; basidiis fasciculatis, varie longis, simplicibus v. subramosis, septatis, hyalinis, usque 80 × 4; conidiis acrogenis oblongo-cylindraceis v. clavatis, utrinque obtusis, intus nubilosis, 7-14 × 3,5-4. 4953

Hab. in fructibus Sorbi aucupariæ pr. Riga Rossiæ (Bondarzew).

12. **Glœosporium fructigenum** Berk. — Syll. III, p. 718 — Status ascophorus est sequens, supra citatus sed non descriptus: **Glomerella fructigena** (Clint.) Sacc. Syll. XVII, p. 573, *Gnomoniopsis fructigena* Clint. Bull. of Ill. Agr. exp. Stat. Urbana, 1902, n. 69, p. 211, t. *A-J.* — Peritheciis hypostromate pulvinato hyphis atro-olivaceis sæpe obducto subimmersis, congestis, subsphæricis, obtusis, nigricantibus, contextu minute parenchymatico, pluristratoso; 4954

ascis fusoideo-subclavatis, sursum obtuse tenuatis, brevissime pedicellatis, 55-70 μ. long., aparaphysatis, octosporis; sporidiis distichis v. oblique monostichis, cylindraceo-oblongis, utrinque rotundatis, curvulis, 12-22 × 3,5-5, intus granulosis, hyalinis.

Hab. in fructibus Piri Mali, dein putrescentibus in America bor. — Status conidicus frequens in Europa.

13. **Glœosporium Begoniæ** Magnaghi, Contr. Mic. Ligustica pag. 11 (Atti Ist. Bot. Pavia Vol. VIII, 1902). — Maculis amphigenis, rufo-ochraceis, vix marginatis; acervulis epiphyllis, brunneis, subrotundis, sparsis, denique erumpentibus; basidiis cylindraceis, simplicibus, hyalinis vel basi dilute fuligineis, 12-14 μ. long.; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, hyalinis, granulosis, 16-17 × 4-5. 4955

Hab. in foliis vivis Begoniæ, Cornigliano, Liguria.

14. **Glœosporium Psidii** Delacr. in Bull. Soc. Mycol. 1903, pag. 143, cum icone. — Maculis distincte limitatis, brunneis; acervulis sub cuticula enascentibus, mox superficialibus 90-120 μ. latis; basidiis hyalinis, cylindricis, 15-18 × 4-5; conidiis ellipsoideo-ovalibus, hyalinis, intus tenuiter granulatis, 10-16 × 4-6. 4956

Hab. in epicarpio Psidii pomiferi, Mexico.

15. **Glœosporium Eugeniæ** Allesch. in Krypt. Fl. Deutschl. etc. 1902, VII, p. 473. — Maculis majusculis, indefinitis, pallide brunneis, amphigenis; acervulis epiphyllis, sparsis diu epidermide velatis, convexulis, brunneolis, demum detectis, nigris, rotundatis, applanatis; conidiis oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis curvulisve 10-18 × 3-5, hyalinis, nubilosis vel guttulatis; basidiis brevibus obclavatis, sursum tenuatis. 4957

Hab. in foliis vivis Eugeniæ Jambosæ in horto botanico Berlin Germaniæ.

16. **Glœosporium Angophoræ** F. Tassi Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1902, V, p. 108. — Acervulis sparsis, applanatis, erumpentibus, nigris, 500 μ. diam.; sporulis oblongo-ellipticis, sæpe curvulis v. medio coarcatatis, granuloso-farctis, 16-20 × 6-8; basidiis filiformibus, fasciculatis, fultis. 4958

Hab. in ramulis petiolisve Angophoræ lanceolatæ, Sydney Australiæ.

17. **Glœosporium Eucalypti** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. New S Wales, 1904, p. 121. — Maculis rotundis v. irregularibus, amphigenis, brunneolis, subinde confluentibus; pustulis gregariis sparsisve, numerosis, e griseo nigricantibus, erumpentibus, circ. 0,3-0,5 mm. 4959

diam.; conidiis ellipsoideis, eguttatis, 8-10 × 3-4; basidiis fasciculatis, simplicibus, septatis, 50-60 × 5-6, æquicrassis.

Hab. in foliis Eucalypti corynocalycis, in viridario zoologico Melbourne Australiæ (Le Souef). — Ab affini *G. ochrosticto* differt pustulis denique nigris, conidiis brevioribus, non guttatis, a *G. nigricanti* maculis distinctis conidiisque angustioribus.

18. **Gloeosporium Manihotis** P. Henn. in Notizbl. des Königl. bot. Gartens. u. Museum zu Berlin, n. 30, 1903, p. 241. — Petiolicola, maculis fuscidulis effusis; acervulis gregarie erumpentibus pulvinatis, flavo-brunneis pallescentibus, ca. 100–120 μ.; conidiis oblonge ellipsoideis vel subclavatis, utrinque obtusis, intus guttulatis, hyalinis, 10-15 × 4-5; basidiis fasciculatis, brevibus, ca. 10-15 × 3 1/2-4. 4960

Hab. in petiolis Manihotis utilissimæ, Dar-es-Salâm Afric. orient. german. (Dr. Stuhlmann).

19. **Gloeosporium hedericolum** Maublanc, Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 71, tab. VII, f. 5. — Maculis amphigenis, magnis, irregularibus, arescendo subochraceis, fusco-cinctis; acervulis epiphyllis, numerosis, minimis, atro-fuscis, epidermide initio velatis; conidiis tereti-ovoideis, utrinque obtusis, rectis, granulatis, chlorino-hyalinis, 14-17 × 3,5-4,5; basidiis brevibus, rectis. 4961

Hab. in foliis vivis Hederæ Helicis, Montfort-l'Amaury prope Parisios Galliæ (Belèze). — A *Gl. Helicis* conidiis minoribus et magis regularibus dignoscitur.

20. **Gloeosporium Heterophyllæ** E. et Ev. Journ. of Myc. 1904, p. 169. — Acervulis in maculis nigris foliorum, 2–3 mm. diam., immersis, subconicis, cito erumpentibus, nigris; conidiis oblongis v. clavato-oblongis, curvulis, guttulatis, hyalinis, 14-18 × 3-5, utrinque obtusis. 4962

Hab. in foliis Artemisiæ heterophyllæ prope Claremont Calif. Amer. bor. (C. F. Baker). — Affine *Gl. maculoso* sed conidia paullo crassiora et acervuli mox erumpentes.

21. **Gloeosporium Sonchi** Rostr. Mykol. Meddel. IX, 312 (Bot. Tidsskr. 1905). — Maculis amphigenis, irregularibus, fuscis, centro pallidiore, rubro-cinctis; acervulis epiphyllis, brunneis; conidiis oblongis, curvulis, 9-10 × 4, hyalinis. 4963

Hab. in foliis Sonchi palustris, Björnemose Sueciæ.

22. **Gloeosporium Cytharexyli** Scalia, Mycetes siculi novi II, 1903, p. 10. — Maculis orbicularibus vel irregularibus, sparsis sed non raro confluentibus, albido-griseis, in pag. sup. foliorum linea purpureo-fuliginea parum elevata constanter circumscriptis, in infe- 4964

riore obscurioribus, fere stramineis ac fuscidulo-marginatis; acervulis epiphyllis, atris, punctiformibus, primum tectis denique erumpentibus, sparsis vel 2 confluentibus; conidiis oblongo-cylindraceis, utrinque late rotundatis, medio sæpius constrictis, 13-15,5 × 6-7, plasmate granuloso, guttulato-farctis, episporio tenui, levi; basidiis filiformibus, subæquilongis, continuis, hyalinis, e stromate parenchymatico, atro-fuligineo ortis.

Hab. in foliis vivis vel languidis Cytharexyli quadrangularis in horto botanico Catania Siciliæ (Doct. G. Muscatello).

23. **Glœosporium Ligustri** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 308. — Maculis 4965
marginalibus vel rotundatis, fusco-pallescentibus, exaridis; acervulis sparsis vel gregariis, discoideis, fuscis, 150-200 μ. diam.; conidiis oblonge ellipsoideis, raro subclavatis, rectis vel curvulis, hyalinis, continuis, 7-12 × 4-5.

Hab. in foliis Ligustri vulgaris, in horto bot., S. Paulo Brasiliæ.

24. **Glœosporium intermedium** Sacc. — Syll. III, p. 702 — f. **Jasmini** 4966
arabici Scalia, Mycetes siculi novi II, 1903, p. 11. — Acervulis copiosis, oblongis 170-190 μ. diam. atris, epidermide lacerata cinctis; stromate discoidali, concavo, parenchymatico, fere olivaceo; stratu proligero tenui, parenchymatico subhyalino; conidiis rectis, oblongo-cylindraceis, hyalinis, utrinque rotundatis, 15-17 × 3-4, episporio tenui, plasmate granuloso ac minute guttulato farctis, basidiis filiformibus, hyalinis subæquilongis suffultis.

Hab. in ramulis exsiccatis Jasmini arabici, in horto botanico Catania Siciliæ (Prof. P. Baccarini).

25. **Glœosporium pruinosum** Bäumler. — Syll. X, pag. 460. — var. 4967
tirolense Kab. et Bub., Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 242. — Maculis amphigenis minutis, subrotundis, subinde confluentibus interdum deficientibus, rubiginoso-brunneis vel atro-purpureis, interdum zona flava cinctis; acervulis epiphyllis, sparsis vel circinatis, epidermide tectis in pustulas sordide albas erumpentibus et maculas cinereo-pruinosas reddentibus; conidiis oblongo-cylindraceis, utrinque obtusis vel uno apice acutulis rectis curvulisve 14-22 × 3,5-4,5 hyalinis; basidiis brevibus 3,5-4 μ. cr.

Hab. in foliis, caulibus et capsulis Veronicæ urticæfoliæ Eggental Tiroliæ (J. E. Kabát).

26. **Glœosporium Kicksiæ** Delacroix Bull. trim. Soc. Myc. de France, 4968
vol. XXI, 1905, p. 194, fig. IX. — Maculis indeterminatis, brunneo-lividis; acervulis punctiformibus brunneis, singularibus, sub-

cuticularibus, sat numerosis, epiphyllis; conidiis hyalinis, cylindraceis, duobus extimis rotundatis vel deorsum subattenuatis, rectis vel paulum curvulis, granulatis, sed junioribus biguttulatis; basidiis 20 × 3; mycelio hyalino septato.

Hab. in foliis Kicksiæ africanæ, in Africæ. — Species valde noxia.

2. **Stilbospora Salsolæ** F. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1901, IV, p. 11. — Acervulis minutis, subcutaneis, dein prominulis, disciformibus, fuscidulis; conidiis oblongo-cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis v. inæquilateralibus, 3-septatis, constrictis, granuloso-farctis, loculis extimis sæpe paullo majoribus 20-24 × 8, flavo fuscis. 5063

Hab. in caulibus foliisque Salsolæ crassæ, Lille in Gallia.

3. **Stilbospora Lodoiceæ** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 55. 5064

— Maculis effusis, exaridis, pallidis; acervulis hypophyllis, sparsis vel gregariis, subcutaneo-discoideis, atris; sporulis oblonge subcylindraceis, utrinque obtusis, 3-5-septatis, haud constrictis, hyalino-fuscidulis.

Hab. in foliis Lodoiceæ Sechellarum Das-er-Salam, Zanzibar Africæ orient. (STUHLMANN).

CORYNEUM Nees — Syll. III p. 774, X p. 481, XI p. 576, XIV p. 1022, XVI p. 1012.

I. *Eu-Coryneum.* Acervulis erumpentibus.

1. **Coryneum Acaciæ** Mc Alp. in the Linn. Soc. of N. S. Wales, 1903, p. 96. — Pustulis minutis, emergentibus, intense brunneis, orbicularibus in maculis definitis griseo-marginatis insidentibus 1-2 mm diam.; sporulis olivaceis, cylindraceis utrinque rotundatis, 5-6-septatis, ad septa non constrictis, rectis vel paullo curvulis, 49-52 × 5-6, raro 30-35 µ. longis; basidiis brevibus 3,5-4 µ. longis. 5065

Hab. in phyllodiis Acaciæ penninervis et A. pycnanthæ in Victoria Australiæ.

2. **Coryneum acerinum** Baümler Beitr. z. Kryptog. Fl. des Presburger Comitates, 1902, p. 52. — Acervulis cortice nidulantibus basi stromate pluristratoso firmo, parenchymatico præditis, 1-5 mm. longis 250-750 µ. crassis; cellulis stromatis periphericis in basidia abeuntibus; conidiis utrinque rotundatis 14-18 × 5-7, initio hyalinis et cellularibus, dein flavis et crasse bi-septatis; basidiis 3-4 µ. diam. plerumque ramosis. 5066

Hab. in ramis siccis Aceris campestris, in Comitatu Presburg Hungariæ.

3. **Coryneum Rosarum** P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904, p. 32 (Nyt. Magaz.). — Acervulis hypodermicis, atris, dein erumpentibus, disciformibus, 200 µ. diam.; conidiis oblongo-oveideis v. subfusoideis 1- dein 3-septatis, haud constrictis, fuscidulis, septis atris, 5-8 × 4-5. 5067

Hab. ad ramos siccos Rosarum pr. Christianiam Norvegiæ.

4. **Coryneum Eriobotryæ** Scalia, Mycetes Siculi novi II, 1903, p. 13. — Maculis amphigenis orbicularibus, sparsis quandoque confluentibus irregularibusque, in pag sup. foliorum argillaceo-albidis vel griseolis, linea angusta, atro-purpurea, parum elevata, bene limitatis, in pag. inferiore ochraceo-argillaceis, linea fusca circumscri- 5068

ptis; acervulis sparsis, primo tectis denique erumpentibus ac epidermide lacerata cinctis, ambitu suturatiore, amphigenis, sed sæpius hypophyllis 270-345 μ. diam.; basidiis filiformibus hyalinis, continuis 10-16, non raro usque 30 μ. longis, 1-1,5 μ. cr. e stratu proligero parenchymatico, e cellulis minutissimis achrois formato, ortis; conidiis primum continuis, hyalinis postea 1-septatis chlorinis, denique 3-septatis, ad septa non vel indistincte constrictis, loculis omnibus olivaceo-fuscidulis, eguttulatis 13,5-9 × 6,5-7, ovalibus vel oblongo-ellipsoideis, basi sæpeque angustato-truncatulis.

Hab. in foliis vivis Eriobotryæ japonicæ, Piazza Armerina Siciliæ (Prof. Carpentieri).

5. **Coryneum Grewiæ** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. 5069
Berl. 1900, n. 22, p. 39. — Acervulis subcutaneis, sparsis, pulvinatis, atris; conidiis ellipsoideis v. ovoideis, utrinque obtusis, 1-dein 3-septatis, paullo constrictis, olivaceo-brunneis, 18-23 × 10-12; basidiis filiformibus hyalinis.

Hab. in ramis Grewiæ parvifloræ, in horto botanice Berolinensi Germaniæ.

6. **Coryneum Eucalypti** d'Almeida et de Camara in Revista Agro- 5070
nomica 1903, n. 5, p. 176, t. XII, f. 1-2. — Maculis irregularibus, minutis, dealbatis, brunneo-cinctis; acervulis punctiformibus, epiphyllis vel raro amphigenis, gregariis, atris, mox erumpentibus; conidiis dolioliformibus, utrinque truncatis, constanter biseptatis, luteo-brunneis, leniter constrictis 13-18 × 6-7,5, basidiis filiformibus 10-13 × 1,5 suffultis.

Hab. in foliis vivis Eucalypti globuli, pr. Parcalhota Lusitaniæ (Castro Guedes). — An *Pestalozzia*, elapsis setulis?

7. **Coryneum vitiphyllum** N. Speschnew Fungi transcapici et turke- 5071
stanici 1901, p. 19, t. II, f. 20-26. — Maculis numerosissimis, epiphyllis, subrotundatis, plus minus exsiccatis, 3-8 mm. diam., fuscis, sæpe fusco-purpureo-zonatis, sparsis; acervulis plano-prominulis erumpentibus, olivaceis, velutinis, 100 μ. lat., 62 μ. alt.; basidiis simplicibus, fasciculatis, confertis, continuis, subtorulosis, plus minus divergentibus; conidiis acrogenis cylindraceo-oblongis, utrinque tenuato-rotundatis, ca. 25 × 7, 1-5-septatis, plerumque 3-septatis, fumosis.

Hab. in foliis vivis Vitis viniferæ, Fusayne, Buaki, Samarkand. — Socia adest *Phomæ* spec. pycnidiis globulosis 82 × 50; sporulis oblongis sæpe curvulis ca. 6-7 × 1-2.

8. **Coryneum romanum** D. Sacc. in Staz. Sperim. Agr. Ital. 1904, 5072

p. 75. — Maculis aridis irregularibus, epiphyllis, fusco-cinctis; acervulis dense sparsis, subcutaneis, superne concavis 1-1,5 mm. diam. fusco-nigrescentibus; conidiis ellipsoideo-oblongis 29 33 × 10-13, 4-septatis, ad septa leniter constrictis, luteolis dein olivaceis, loculis extimis obtusiusculis hyalinis; basidiis continuis, filiformibus 12-20 μ. longis subpersistentibus.

Hab. in foliis Quercus spec. Villa Umberto I, Romæ.

9. **Coryneum Mori** Nomura in Atti Ist. Bot. di Pavia 1904. — Acervulis pulvinatis, erumpentibus, atris, 0,5-2 mm. diam.; sporulis oblongis, rotundatis, brunneis, 3-septatis, ad septa vix constrictis 33,5-40 × 15-18; basidiis subfusoideis, pellucidis 15-29 × 6-6,5. 5073

Hab. in cortice Mori albæ, Minamisaku Japoniæ (O. Mori).

10. **Coryneum papilliferum** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (87). — Acervulis erumpentibus, subdiscoideis, atris, ca. 80-100 μ. diam.; conidiis subfusoideis 4-septatis, haud constrictis 8-10 × 4,5-5,5, loculis mediis 3, atris, loculo superiore papillato hyalino ca. 3 μ. diam., loculo inferiori hyalino; basidio 15-20 × 2, hyalino. 5074

Hab. in ligna emortua, ad flum. Russel, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

11. **Coryneum Cocoës** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 55. — Maculis fuscidulis, dein pallescentibus, brunneo-cingulatis, acervulis sparsis vel gregariis, rotundatis, atris, 30-70 μ.; conidiis subfusoideis vel clavatis, 2-septatis, constrictis, fuscis, 10-12 × 3,5-4; basidiis hyalinis, 3-4 μ. longis. 5075

Hab. in foliis Cocoës nuciferæ, Ost-Usambara Africæ orient. (Zimmermann).

12. **Coryneum Kickxii** (West.) Trav. Bull. Soc. bot. ital. 1904, p. 215. — Ita vocanda est *Stilbospora Kickxii* West. — Syll. III, p. 771 et D. Sacc. Mycoth. ital. n. 379 — nam acervuli late erumpentes et conidia numquam atro-inquinantes.

13. **Coryneum Juniperi** Allesch. Kryptog. Fl. Deutschl. 1902, VII, p. 650. — Ita vocanda *Pestalozzia? Juniperi* Allesch. — Sacc. Syll. XI, p. 580.

14. **Coryneum macrospermum** B. et Br. — Syll. III, p. 776 — Observante cl. Oudem. in Rev. Mycol. 1902, p. 100, matrix est Ulmus, nec Alnus.

II. *Xylocoryneum* Sacc. Acervulis epixylis, nudis.

15. **Coryneum Mussatianum** Sacc. in Atti Congr. bot. Palermo 1902, p. 54. — Acervulis pulvinatis inæqualibus, varia magnitudine, 5076

1-3 mm. diam , compactis, nigro-fuligineis, epixylis, nudis; conidiis fusoideis apice rotundatis, basi acutatis, dense stipatis, 25-30 × 7-8, quinqueseptatis, loculis extimis dilutissime fuligineis, 4 internis atro-fuligineis; basidiis filiformibus, 12-14 × 1-1,5, hyalinis.

Hab. in disco udo Tiliæ, Côte d'Or, Galliæ. — Species quia nuda et epixyla omnino a typo recedens. Si notæ constantes, genus novum *(Xylocorynéum)* condendum erit.

SCOLECOSPORIUM Lib. — Syll. III p. 782.

1. **Scolecosporium Betulæ** E. Rostr. Norske 1904, p. 39 (Vidensk. Skrift.). — Acervulis pulvinatis fusco-atris, cortice innatis, per peridermium labiatim fissum transversim erumpentibus; conidiis fusoideo-falcatis, 30-40 × 5, fuscis, 7-septatis, loculis extimis, hyalinis. 5077

Hab. in cortice betulino in Norvegia.

PESTALOZZIA De Not. — Syll. III p. 784, X p. 485, XI p. 578, XIV p. 1024, XVI p. 1013.

1. **Pestalozzia longi-aristata** Maubl. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 92, pl. VI, fig. 10. — Maculis amphigenis, orbicularibus, ochraceis, dein plus minus albicantibus, linea angusta elevata obscuriore marginatis, 1 cm. latis; acervulis epiphyllis, nigris, pulvinatis, erumpentibus, 250-350 μ. diam.; conidiis fusoideo-clavatis, inæquilateris, 4-septatis, 25-30 × 8-10, loculis tribus mediis fuligineis, duobus super. crassioribus opacisque, loculo infero hyalino, conico, in stipitem brevem filiformem 4-6 μ longum desinente, supero setis 2-3, rarissime 4 divergentibus, sæpe flexuosis, usque ad 40 μ. longis ornato. 5078

Hab. in foliis vivis Eriobotryæ japonicæ in horto bot. Sao-Paulo Brasiliæ (Puttemans).

2. **Pestalozzia Puttemansii** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 115. — Maculis pallidis, rotundatis, linea atro-brunnea circumdatis; acervulis epiphyllis, gregariis, innato-erumpentibus, rotundatis, atris, 80-100 μ. diam.; conidiis subclavatis v. fusoideis, 4-septatis, 10-12 × 4-5, cellulis mediis 3, atro-fuscis, cellulis extimis hyalinis, apice 3-setulis, 6-10 × 1; stipite filiformi hyalino, usque ad 10 μ. longo, 1 μ. crasso. 5079

Hab. in foliis Camelliæ japonicæ, S. Paulo Brasilia.

3. **Pestalozzia vermiformis** Massee in Kew Bull. 1901, pag. 156. — Acervulis epiphyllis, gregariis, maculis pallidis subcircularibus in- 5080

sidentibus; conidiis fusiformibus 4-5-septatis; loculis extimis hyalinis, medio olivaceo, cellula summa setulas ternas divaricatas gerente, 25-32 × 5-6.

Hab. in foliis vivis Eugeniæ Baileyi, Mount Cook, Queesland Australiæ.

4. **Pestalozzia albo-maculans** P. Henn. in Hedw. 1904, pag. 94. — 5081
Maculis rotundato- vel oblongo-angulatis, 0,2-1 cm. diam., niveis, zona brunneola marginatis; acervulis gregariis, punctiformibus, lenticularibus, fuscidulis; conidiis clavatis, 4-septatis, 15-18 × 7-8, cellulis 3 mediis subatris, cellulis extimis hyalino-conoideo-papillatis; setulis 2 filiformibus ca. 15 μ. longis, pedicello hyalino ca. 10. μ. longo.

Hab. in foliis Dalbergiæ, Corcorado, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

5. **Pestalozzia Jaksoniæ** P. Henn. F. Australiæ occid. I, in Hedw. 5082
1901, p. 97. — Acervulis caulicolis, subcutaneo-erumpentibus in maculis pallidis incrassatis, atris, epidermide fissa velatis; conidiis ellipsoideis brunneis, medio 1-septatis haud constrictis 10-15 × 8-10, apice papilliformi hyalino ca. 2 μ. diam.; setis 3-4 hyalinis, 20-35 μ. longis, basi hyalino-stipitatis; stipite subclavato hyalino ca. 10 × 2, vel papilliformi.

Hab. in caulibus emortuis Jacksoniæ macrocalycis in Australia occid.

6. **Pestalozzia curta** Sacc. Bull. Soc. bot. it. 1904, p. 209, fig. 5. — 5083
Maculis amphigenis fusco-rufescentibus, subcircularibus vel versiformibus, 1-2 cm. latis, sæpe marginalibus, supra concentrice obsolete zonatis, margine indefinito; acervulis epiphyllis, vulgo concentrice dispositis, subcutaneo-erumpentibus, ovato-oblongis, rarius orbicularibus, nigris; conidiis crasse ovoideo-oblongis, vulgo inæquilateris seu gibbis, 4-septatis, 21-24 × 10-11, loculis ternis interioribus fuligineis, extimis conoideis, minutis, hyalinis; setulis apicalibus subternis, divaricatis, 12-18 × 1; pedicello brevissimo, hyalino, 4-6 × 1.

Hab. in foliis languidis adhuc stantibus Ceratoniæ Siliquæ cultæ in horto botanico patavino. Legit, mense aprili 1904 Antonia Saccardo. — Affinis *P. brevisetæ* sed conidiis crassioribus vulgo gibbis, setulisque longioribus diversa.

7. **Pestalozzia Ceratoniæ** Maubl. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 92, pl. 5084
VII, fig. 5. — Maculis amphigenis, plerumque marginatis, atropurpureis subrotundis, atque ad 3 cm. latis; acervulis epiphyllis,

gregariis, minutis, primo epidermide tectis; hypostromate depresso, dilute colorato; conidiis fusoideis v. sæpius clavatis et inæquilateris, 24-26 × 7-8, quadriseptatis, non constrictis, loculis 3 mediis fuligineis, extimis hyalinis, conicis; setis terminalibus 2-3, filiformibus divergentibus, hyalinis, 25 μ. long.; pedicello filiformi, hyalino, 4 × 1.

Hab. in foliis vivis Ceratoniæ Siliquæ, Sao-Paulo Brasiliæ (Puttemans). — Verisimiliter non diversa a præcedentæ, quæ anterior.

8. **Pestalozzia ramosa** d'Almeida, Contrib. à la Mycoflore du Portugal 1903, p. 42. — Acervulis densis, sparsis vel gregariis, erumpentibus, nigris; conidiis fusiformibus, rectis v. curvulis, 5-septatis, loculis intermediis olivaceis, extimis hyalinis, conicis; loculo superiore 3-6 rostella hyalina, apicalia, interdum furcata, loculo inferiore rostellum unicum hyalinum, bifurcatum gerentibus 29-36 × 8-9; stipitibus hyalinis, tenuibus 30-45, rarius 60, μ. longis. 5085

Hab. in cortice exsiccato sarmentorum Vitis viniferæ, Chamusca Lusitaniæ (Marques de Carvalho).

9. **Pestalozzia Harongæ** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 55. — Maculis subrotundatis, flavo-fuscidulis; acervulis gregariis subcutaneo-erumpentibus, subsphæricis, atris; conidiis fusoideis, 4-septatis, 13-15 × 3,5-5, cellulis 3 mediis fuscis, cellula superiori subconica hyalina 4 × 2, setulis ternis, 15-25 × 0,5, cellula inferiori subconoidea hyalina 4-5 × 3; stipite brevi, hyalino. 5086

Hab. in foliis Harongæ paniculatæ, Ost-Usambara Africæ orient. (Zimmermann).

10. **Pestalozzia Batatæ** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 65. — Acervulis in cuticula rugoso-contracta tuberum sparsis; conidiis clavato-oblongis 20 × 5-6, quinquelocularibus, loculis duobus terminalibus acute conicis, vertice setis 3 hyalinis circ. 12 μ. long., ornatis, loculis intermediis brunneis. 5087

Hab. in tuberibus Batatæ edulis, Tuskegee in Alabama. — A *Pest. Guepinii* Desm. præsertim matrice differt.

11. **Pestalozzia Cinchonæ** Zimm. Berichte üb. Land- und Forstwirth. Deutsch-Ostafrika, 1904, p. 32, tab. III, fig. 18, *a. b.* — Acervulis minutis, nigris, maculigeris, udis cirros nigros emittentibus; conidiis 4-septatis, 20-24 × 6 subconstrictis, loculis 3 internis fuligineis, extimis minutis, subtriangularibus, hyalinis; setis apicalibus divaricatis, ternis, hyalinis 20-30 × 1; pedicello exiguo, brevi, 4 × 1. 5088

Hab. in ramulis emortuis foliisque brunneo-maculatis Cinchonæ, Amani Afric. orient.

12. **Pestalozzia Epigææ** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. Berl. 1900, n. 22, p. 40. — Pycnidiis amphigenis, subcutaneo-erumpentibus, atris, pulvinatis, epidermide lacerata cinctis; conidiis sub-fusoideis v. clavatis, 4-septatis 22-25 × 7-10, cellulis mediis 3, atris, cellula superiori subconoidea, hyalina, 3 setulis filiformibus ca. 30 × 1 ornata; cellula inferiori clavata hyalina; stipite filiformi 20 × 1. 5089

Hab. in foliis Epigææ repentis in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

13. **Pestalozzia Guepini** Desm. — Syll. III, p. 794 — var. **Vaccinii** Shear in Bull. of the Torr. Bot. Cl. 1902, p. 456. — Maculis nullis acervulis fere semper hypophyllis; conidiis ellipticis v. oblongo-ellipticis, interdum inæquilateralibus, 4-septatis, 21-24 × 8-9, cellulis centralibus coloratis, extimis hyalinis; setis apicalibus 3-4, 22-35 μ. longis, seta basali 6-12 μ. longa. 5090

Hab. in foliis dejectis emortuis Vaccinii macrocarpi, Parkdale, N. J., Amer. bor.

14. **Pestalozzia Galactis** P. Henn. in Notizblatt des Kgl. bot. Gart. Berl. 1900, n. 22, p. 39. — Acervulis amphigenis gregariis, innato-erumpentibus, pulvinatis, atris; conidiis fusoideis, 20-25 × 7-9, 4-septatis, vix constrictis, cellulis mediis cinereo-fuscidulis, terminalibus hyalinis, subconicis 3-5-aristatis; setulis hyalinis 30-45 × 0,5-0,7, loculo inferiori hyalino; stipite 20-30 × 0,5, hyalino, filiformi. 5091

Hab. in foliis Galactis aphyllæ in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

15. **Pestalozzia Ardisiæ** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 116. — Maculis atro-fuscidulis, marginalibus, exaridis, explanatis; acervulis subcutaneo-erumpentibus, lenticularibus, atris, 60-80 μ. diam.; conidiis 4-septatis, subclavato-fusoideis v. subpiriformibus, 18-20 × 6-9; cellulis mediis 3 atro-brunneis, cellula suprema subhemisphærica, 3,5-4 μ. diam., hyalina, 3-rostellata; setulis filiformibus 14-18 μ. longis; cellula infima subconica, hyalina, 3,5 μ. longa; pedicello hyalino 5-8 × 1. 5092

Hab. in foliis Ardisiæ grandis, in horto bot. Sao-Paulo Brasiliæ.

16. **Pestalozzia citrina** Mc Alpine Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, p. 556. — Acervulis punctiformibus, nigris, convexis, epi- 5093

dermide velatis, dein erumpentibus, globosis vel elongatis, sparsis 250-350 μ. diam.; conidiis fusoideis rectis vel curvulis 3-4, raro 5-septatis, ad septa subconstrictis, cellulis ultimis hyalinis, mediis luteo-citrinis, conoideis, setis 1-2-3 divergentibus usque 21 μ. longis donatis, 24-28 × 7-8,5; basidiis filiformibus, hyalinis 28 × 2.

Hab. in caulibus Lobeliæ gibbosæ, Sandringham, in Victoria Australiæ. — *Pest. funereæ* paraffinis.

17. **Pestalozzia Polygoni** Wint. Hedw. 1871, pag. 162. — Acervulis 5094
in macula sordida effusa innatis, globulosis, semiimmersis, nigris, laciniatim dehiscentibus; conidiis ovoideis 19 × 7, 4-locularibus, loculis intermediis subfuscis, extimis hyalinis paullulum attenuatis; ciliis apicalibus 2-3 hyalinis curvatis divergentibus, 17 μ. long.; pedicellis conidium subæquantibus.

Hab. in caulibus aridis Polygoni avicularis pr. Grunau Thuringiæ.

18. **Pestalozzia virginiana** Oud. Rev. Mycol. 1902, pag. 107. — Ita dicetur *Pestalozzia Polygoni* Ellis et Ev. (1894). — Syll. XI, p. 578. — nec Wint.

19. **Pestalozzia leucodisca** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 239, 5095
Ic. fung. Jav. t. LXVI, f. 1. — Maculis in folio vivo subcircularibus 3-4 mm. diam, amphigenis, albis, in epiphyllo nitentibus; acervulis gregariis, subcircinantibus, nigris, punctiformibus, 140-165 μ. diam., innato-erumpentibus; conidiis oblongis, brevissime stipitatis, 3-septatis, 18 × 7, loculo imo rotundato, crassiore, subhyalino, loculis binis sequentibus decrescentibus fuligineis, loculo, summo angustissimo, in setas binas cuspidatas 10-14 × 1, divergentes abeunte.

Hab. in foliis adhuc vivis arboris non determinatæ, Depook Javæ. — Maculis disciformibus nitidis et conidiorum forma mox distincta species.

20. **Pestalozzia Ornithogali** Baccarini, N. giorn. bot. ital. 1904, p. 422. 5096
— Acervulis minutis, epidermide tectis, erumpentibus 300 μ. latis, conidiis tri- v. quadri-septatis, clavato-fusiformibus, una cum stipite et cilio 38-43 μ. long., sine ciliis 14-15 × 8-9; loculis mediis fuligineis; extremis hyalinis, superiore in cilium trifidum producto, infimo stipitato.

Hab. in foliis Ornithogali umbellati in horto bot. Pisa Italiæ (Beccari).

21. **Pestalozzia Dianellæ** d'Alm. et Da Cam. in Revista agron. de 5097
Portug. 1904, p. 192. — Acervulis epiphyllis, epidermide tectis

demum erumpentibus, punctiformibus, sparsis, 80-150 μ. latis, stromate centro depresso; conidiis subfusiformibus, 4-septatis, non v. vix constrictis, 25-30 × 7,5-9, triciliatis, loculis extimis hyalinis, articulo centrali brunneo, aliis intermediis fuscis; basidiis 10-15 μ. long.; setis lateralibus, plerumque incurvatis, 13-16 × 1.

Hab. in foliis Dianellæ tasmanicæ, in horto botanico Coimbra Lusitaniæ (A. Moller). — A *Pest. palmicola* Sacc. et Syd. (*P. brevipes* Prill. et Delacr.) facile distinguenda.

22. **Pestalozzia Anthurii** P. Henn. Fungi S. Paulenses, I, in Hedw. 1902, p. 116. — Maculis oblongis, fuscis; acervulis hypophyllis, subcutaneo-erumpentibus, lenticularibus, atris 60-90 μ. diam.; conidiis subfusoideis v. clavatis 18-20 × 4,5-5, cellulis mediis 3, ca. 16 μ. longis, atris, apice hyalino papillatis, 2-3-ciliatis, cellula inferiori subconica, hyalina; stipite ca. 6 μ. longo. 5098

Hab. in foliis Anthurii brasiliensis, in horto bot., San Paulo Brasiliæ.

23. **Pestalozzia Lepidospermatis** P. Henn. F. Austral. occ. II, in Hedw. 1901, p. 355. — Acervulis innato-erumpentibus, rotundatis vel oblongis, disciformibus, subinde confluentibus, aterrimis; conidiis fusoideis, 4-locularibus, 12-14 × 6-7; loculis duobus mediis atro-fuscis, loculis extimis hyalinis, papilliformibus, apice 4 rostellis 15-25 μ. longis; stipite filiformi, 8-12 × 1, hyalino. 5099

Hab. in foliis siccis Lepidospermatis angustati, Creek Austral. occid.

24. **Pestalozzia hordei-destruens** R. Dennhart, Ber. d. deutsch. bot. Gesellsch. 1904, p. 175-176 (absque diagnosi). — Acervulis nigris 1,5 mm. diam., in cirros cylindraceos erumpentibus; conidiis ovato-oblongis, 19 × 9,5, 3-septatis loculis binis mediis atro-brunneis, extimis hyalinis; ciliis apicalibus ternis hyalinis conidio duplo longioribus; basidiis . . . . non descriptis. 5100

Hab. in culmis Hordei vulgaris nondum emortuis, Berlin Germaniæ. — Speciem coluit auctor in laboratorio et *Tritici* plantulas contaminavit. Affinis dicitur *P. Hartigii.*

25. **Pestalozzia Andropogonis** Rostr. in Bot. Tidsskrift Copenhagen 1902, vol. 24, p. 213. — Maculis amphigenis, irregularibus, pallidis, nigro-purpureo-cinctis; acervulis gregariis, lenticularibus, fuscis; conidiis fusoideis 20-22 × 7-8, 4-septatis, loculis 3 intermediis fuscis, terminalibus hyalinis, apice rostellis 2-3-patentissimis, 16-18 μ. longis. 5101

Hab. in foliis Andropogonis Sorghi, Siam, Asiæ merid.

MONOCHÆTIA Sacc. — Syll. III p. 797, XI p. 579 (ut subgen.) (Etym. *monos* singulus et *chæte* setula). — Acervuli *Pestalozziæ*. Conidia 2-pluriseptata, saltem ex parte colorata, apice setulâ unicâ ornata. — Huc ducendæ sunt species sequentes: *Monochætia Desmazierii* Sacc., [*Pest. monochæta* Desm.], *M. Saccardoi* (Speg.), *M. concentrica* (B. et Br.), *M. bicornis* (Dur. et M.), *M. monorhyncha* (Speg.), *M. compta* Sacc., *M. americana* (Mont.), *M. Jeffersii* (Ell.), *M. unicornis* (C. et Ell.), *M. Ellisiana* Sacc. [*P. monochætoidea* Sacc. et Ell.], *M. plagiochæta* Sacc., *M. veneta* Sacc., *M. seiridioides* Sacc, *M. Tecomæ* (Niessl.), *M. coryneoidea* (Harkn.), *M. microsora* Sacc, *M. macropoda* (Speg.), *M. Kriegeriana* (Bres.), *M. brachypoda* Sacc., *M. depazeoides* (Otth)., *M. hendersonioides* (Fautr.), *M. insidens* (Zabr.), *M. Everhartii* Sacc., *M. phyllosticiea* Sacc., *M. discosioides* (E. et E.), *M. viticola* (Cav.), *M. sarmenti* (Pass.), *M. Syringæ* (Oud.), *M. consocia* (Peck.), *M. depazeæformis* (Auersw.), *M. alnea* (Har. et Br.), *M. nervalis* (E. et Ev.) *M. uncinata* (E. et Kell.), *M. pallida* (E. et Ev.), *M. taphrinicola* (E. et Ev.), *M. comptosperma* (Peck), *M. Œnotheræ* (E. et B.), *M. fibriseda* (E. et Bart.), *M. Terebinthi* (Briz.), *M. uniseta* (Tracy et E.), *M. turgida* (Atk.), *M. breviaristata* (Tracy et E.), *M. Coryli* (Rostr.), *M. flagellata* (Earle), *M. kansensis* (Ell. et B.), *M. Juniperi* (Rostr.), *M. Rollandi* (Fautr.), *M. mycophaga* (Vuill.), *M. Cratægi* (Ell. et Ev.). Hæ species in Sylloge sub nom. *Pestalozziæ* descriptæ sunt.

1. **Monochætia Pæoniæ** (Maubl.) Sacc. et D. Sacc. *Pestalozzia* (Monochætia) *Pæoniæ* Maubl. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 92, pl. VII, f. 2. — Acervulis sub epidermide vel in peridermio superficiali inclusis, serius erumpentibus, 250–300 μ. diam., olivaceo-fuscis; conidiis rectis vel curvulis, 3-septatis, ad septa non vel vix constrictis, dilute olivaceo-fuscis, 15-17 × 5-6, loculis extimis subhyalinis, apice setula unica hyalina, parum divergente. 5-7 × 1. 5102

   Hab. in cortice ramorum Pæoniæ arboreæ prope Parisios Galliæ.

2. **Monochætia Mali** (Ell. et Ev.) Sacc. et D. Sacc. *Pestalozzia Mali* Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, p. 13. — Maculis circularibus 1–3 mm. diam. albidis vel cremeis rubro-brunneo-marginatis; acervulis epiphyllis, innato-erumpentibus, sublenticularibus; conidiis cylindraceis, 5-septatis, parum constrictis 20-25 × 6-7, loculis internis brunneis, duobus extimis hyalinis et conicis, 5103

loculis apicalibus 6-8 μ., setula obliqua hyalina ornatis; pedicello tenui, æquilongo.

Hab. in foliis Piri Mali, Newfield, N. J. Amer. bor. — Ab affini *P. Cratægi* Ell. et Ev., acervulis non concentrice dispositis, maculis majoribus, diverse coloratis etc. differt.

3. **Monochætia osyrella** (Tassi) Sacc. et D. Sacc. *Pestalozzia osyrella* 5104
Fl. Tassi in Bull. Lab. Ort. Bot. Siena 1904, p. 127. — Acervulis primo subcutaneis, demum erumpentibus magnitudine varia, nigris, solitariis vel subgregariis; conidiis fusiformibus, 4-septatis, 18-20 × 7-8 loculis duobus extimis hyalinis, tribus mediis flavidis; difformibus; seta terminali unica, hyalina, recta haud raro obliqua 14-15 × 0,3; basidiis sæpius conidio æquilongis, hyalinis.

Hab in ramulis emortuis Osyridis albæ, St. Colomba, Siena Italiæ centr.

4. **Monochætia pachyspora** Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 1904, p. 185. 5105
— Maculis epiphyllis subrotundo-angulosis v. irregularibus, pallide alutaceis, linea tenui atro-brunnea cinctis; acervulis epiphyllis gregariis, 100-220 μ. diam., orbicularibus, tectis dein nudatis nigro-piceis; conidiis crasse fusoideis 20–26 × 7,9, quadriseptatis, non v. vix constrictis, cellulis 3 mediis olivaceo-brunneis, extimis hyalinis; setula apicali unica, hamata, hyalina, 10-15 μ. longa; cellula ima minuta in pedicellum hyalinum 20-40 × 1,5 abeunte.

Hab. in foliis vivis Quercus Ilicis pr. Meran Tiroliæ. — Conidiis crassioribus a *Mon. Desmazierii* et *M. Saccardoi* distinguenda.

AMPHICHÆTA Mc Alp. proc. Linn. Soc. New S. Wales 1904, p. 118 (Etym. *amphi* utrinque et *chæte* seta). — Acervuli subcutanei, sæpe erumpentes, disciformes v. pulvinati. Conidia elongata, transverse 2-pluriseptata, tandem partim colorata, utrinque 1-ciliata. Basidia filiformia, hyalina. — Ab affini *Monochætia* differt præsentia setulæ basilaris, a *Cryptosticti* et *Discosia* defectu pycnidii.

1. **Amphichæta Kennedyæ** Mc Alp. l. c. p. 119. — Pustulis minutis, 5106
nigris, erumpentibus, sparsis; conidiis fusiformibus, subinde leniter curvulis, 5-6-septatis, ad septum medium leviter constrictis, cellulis medianis coloratis, extimis hyalinis, setula apicali 6-10, raro usque 17 μ. longa, basilari obliqua, longitudine varia, 9-22 μ. longa; basidiis filiformibus, hyalinis, 10-16 μ. longis.

Hab. in areis siccis foliorum Hardenbergiæ monophyllæ

et Kennedyæ prostratæ, Ringwood et Cheltenham Vict. Australiæ.

2. **Amphichæta Daviesiæ** Mc Alp. l. c. pag. 118. — Pustulis nigris, 5107
erumpentibus, subgregariis, subinde confluentibus, amphigenis et caulicolis; conidiis fusoideis, 20-26 × 7-8, 4-septatis, vix constrictis, cellulis 3 medianis coloratis, extimis hyalinis; setula apicali 20 μ. longa, basilari plerumque breviori, oblique, prope basidii insertionem oriente; basidiis filiformibus, hyalinis.

Hab. in foliis Daviesiæ latifoliæ, quæ late arescunt et decolorantur, nec non in caulibus ejusdam, Box Hill et Ringwood Vict. Australiæ (C. French, Jr.).

SEPTOTRULLULA v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, p. 39 (Etym. *septum* et *Trullula,* h. e., Trullula conidiis septatis). — Acervuli excipulo carentes disciformes vel pulviniformes, erumpentes, fuliginei; stratum proligerum basilare, tenue, minute cellulosum, basidiis cylindraceis, arcte stipatis obtectum. Basidia apice in articulos (conidia) cylindraceos, catenulatos utrinque truncatos, dense et parallele stipatos, transverse septatos, dilute coloratos dilabentia.

1. **Septotrullula bacilligera** v. Höhn. l. c. p. 40. — Acervulis primum 5108
inter strata peridermii superficialia nidulantibus, mox erumpentibus, sessilibus, pulviniformibus, atro-brunneis, $^1/_2$–1 mm. latis; strato proligero tenui, e cellulis minutis formato, atro-brunneo; basidiis bacilliformibus, simplicibus, dense parallele stipatis, circiter 20-35 × 2, apice in conidia subhyalina, bacilliformia, recta, plerumque triseptata, utrinque truncata, 24–26 × 2-3, catenulata, dilabentibus.

Hab. in cortice Alni (?) in silvis Dambachgraben prope Purkersdorf (Wienerwald) Austriæ inferioris.

2. **Septotrullula peridermalis** v. Höhn. l. c. p. 41. — Cum specie præ- 5109
cedente fere exacte congruens, sed paulo obscurior; conidiis 22-29 μ. long., 5–6 μ. lat., cylindraceis, utrinque truncatis, olivaceis, triseptatis, septis crassiusculis, loculis mediis conidiorum quam ceteris longioribus pallidioribusque.

Hab. in cortice Alni (?) in silvis Aggsbachthal prope Rekawinkel, Wienerwald Austriæ inferioris.

Sect. 6. Dictyosporæ.

STEGANOSPORIUM Corda — Syll. III p. 803, X p. 508, XIV p. 1035, XVI p. 1022 *).

1. **Steganosporium? platense** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 86. 5110
Maculis nullis v. cinerescentibus obsoletis; acervulis sæpe seriatis, foveola v. rimula 0,3-0,8 mm. long. 0,2-0,5 mm. lat., inclusis, superne nudis non v. vix prominulis, olivaceis; conidiis, e pulvinulo stromatico, parenchymatico, atro cellulis proligeris mammillosis, tecto oriundis, sæpius obovatis 2-septatis, loculis uno vel duobus septo altero longitudinali divisis, sed etiam ellipticis et triseptatis tantum, rarius subglobosis vel cuboideis, 1-septatis, levibus, 10-25 × 7-15.
Hab. ad palos decorticatos subputrescentes Eucalypti globuli, La Plata Argentinæ. — An *Tuberculariea dematiea?*
2. **Steganosporium Betulæ** Bresadola in Noelli Malpighia vol. XVII, 5111
1903, p. 417, f. 6. — Acervulis minutis, nigris, oblongis, epidermide cinctis; conidiis fuscis, ovato-clavatis, septato-muriformibus transverse 5-7-septatis, longitud. 2-4-septatis, ad septa constrictis 40-60 × 16-30; stipitibus septatis, pallidioribus, fusoideis.
Hab. in ramis Betulæ albæ in agro Tridentino.

Sect. 7. Scolecosporæ.

PHLEOSPORA Wallr — Syll. III p. 577, X p. 398, XI p. 550, XIV p. 981, XVI p. 975. — Quoad distinctionem *Cylindrosporium* inter et *Phleosporam* cfr. Syll. XVI p. 975.

1. **Phleospora Bonanseana** Sacc. Ann. Myc. 1905, p. 169. — Maculis 5112
suborbicularibus 2 mm. c. diam., lenissime elevatis, in hypophyllo totis atris, in epiphyllo candidis nigro-marginatis; acervulis in quoque macula, singulis v. parcissimis, epiphyllis, punctiformibus, nigricantibus, 60-80 μ. diam., erumpenti-prominulis; conidiis bacillaribus, curvatis, utrinque subrotundis, 4-septatis, ad septa non constrictis, 46-50 × 3, hyalinis; basidiis indistinctis.

*) Cfr. *Noelli*, Revisione delle forme di Steganosporium. Genova 1903 (Malpighia, p. 412 c. ic.).

Hab. in foliis nondum emortuis Schini Mollis (*Pireé*), Mexico (Doct. Silvius Bonansea).

2. **Phleospora Pseudoplatani** Bubák, Pilzfl. Montenegro, 1903, p. 16. 5113
— Maculis minutis rotundis vel rotundo-angulosis, amphigenis, brunneis, interdum flavido-marginatis; acervulis atro-brunneis, solitariis vel paucis aggregatis in medio maculæ; conidiis in massulas conicas albas vel roseas exsilientibus, cylindraceis v. teretiusculis 30-52 × 2-3,5 utrinque rotundatis, rarius acutulis, rectis vel curvulis, 3-septatis, constrictulis, hyalinis.

Hab. in foliis Aceris Pseudoplatani, Gornja Bukovica Montenegro, pr. Turnau Bohemiæ et in Riesengebirge.

3. **Phleospora Platanoidis** Kabát et Bubák, Œsterr. bot. Zeitschr. 5114
1904, p. 7. — Maculis amphigenis, ochraceis, rubentibus, v. brunneis, angulosis demum confluentibus, et amplas folii partes occupantibus; acervulis hypophyllis, internerviis, sparsis v. confertis, crustulas subinde formantibus, epidermide diu tectis, demum centro pertusis; conidiis copiosis, filiformibus, rectis curvulisve, rarius falcatis v. flexuosis, utrinque rotundatis, rarius tenuatis, 45-77 × 2,5-5,5, vulgo 3-septatis, non constrictis, hyalinis, pluriguttulatis, cirris flavidis.

Hab. in foliis vivis Aceris platanoidis var. Reitenbachii pr. Turnau Bohemiæ.

4. **Phleospora parcissima** v. Höhn. Fragmente zur Mykologie 1903, 5115
p. 30. — Maculis numerosis, sparsis, amphigenis 1-4 (plerumque 1-2 mm.) latis, brunneis, obscurius marginatis, suborbicularibus, sæpe sterilibus; acervulis parcissimis, inconspicuis, epiphyllis, 60-100 μ. latis, pycnidio carentibus; nucleo albo; basidiis simplicibus, filiformibus, 20-30 × 1; conidiis filiformibus, 3-septatis, hyalinis, utrinque obtusis, curvatis, 40-56 × 1,5-2.

Hab. in foliis vivis Æsculi Hippocastani ad Rauchstallgraben prope Baden, Wienerwald Austriæ inferioris.

5. **Phleospora Angelicæ** v. Höhnel Fragmente zur Mykologie 1903, 5116
p. 30. — Foliicola maculis sparsis amphigenis, olivaceis v. brunneis, obscurius marginatis, angulatis v. circularibus, 2-4 mm. lat.; acervulis albis, dense gregariis, plerumque epiphyllis, sed hinc inde hypophyllis, subcutaneo-erumpentibus, subglobosis v. difformibus et confluentibus, 16-25-60 μ. latis, excipulo vero carentibus; conidiis rectis, cylindraceis, utrinque truncatis, hyalinis, 3-septatis (cellulis æquilongis), 24-44 × 1,5-2.

Hab. in foliis languidis Angelicæ silvestris in silva « Buchberg » ad Weidlingau, Wienerwald Austriæ inferioris.

6. **Phleospora Plantaginis** Kab. et Bub. Myk. Beitr. I, 1903, p. 6 5117
(Sitz. böhm. Ges. Wiss.). — Maculis amphigenis, brunneis, irregularibus, confluentibus, folii magnam partem vel totum folium occupantibus; acervulis (pseudopycnidiis) amphigenis, hypophyllis copiosioribus, sparsis, 50-120 μ. diam.; lenticularibus; conidiis longe clavulatis, rectis vel varie flexis, interdum fusoideis, 55-95 × 4,5-5,5, 7-8-septatis, hyalinis, flavidis v. dilute olivaceis.

Hab. in foliis Plantaginis lanceolatæ pr. Turnau Bohemiæ. — Comparanda cum *Sept. Plantaginis,* sed excipulum genuinum nullum.

7. **Phleospora ilicina** Sacc. in Atti Congr. bot. Palermo 1902, p. 57. 5118
— Maculis variis sinuosis, pallide avellaneis, epiphyllis, linea atra marginatis; acervulis innato-erumpentibus, globoso-discoideis, 150-200 μ. diam., excipulo imperfecto atro-olivaceo cinctis, supra apertis pallidioribus; conidiis bacillaribus, diu fasciculatis, curvatis, utrinque obtusulis 30-35 × 2,5, continuis, varie guttulatis; basidiis brevissimis, obtusis.

Hab. in foliis morientibus Quercus Ilicis, Villa Doria Romæ.

8. **Phleospora associata** Bub. Ann. Mycol. 1904, p. 398. — Maculis 5119
amphigenis minutis, 0,5-1 mm. lat., angulosis raro subcircularibus, supra atro-brunneis, infra castaneis, non confluentibus; pycnidiis imperfectis hypophyllis, applanatis, brunneis, 100-150; conidiis bacillaribus rectiusculis, utrinque rotundatis, rarius leniter tenuatis, 3-septatis, non constrictis, 30-50 × 2,5-3,5 hyalinis vel chlorinis, minute pluri-guttulatis.

Hab. in foliis Quercus pedunculatæ, socia *Phyllosticta associata,* in silvaticis pr. Tabor Bohemiæ.

9. **Phleospora quercicola** (Desm.) Sacc. *Septoria incondita* R. et Desm. 5120
var. b. *quercicola* Desm. Not. XXI, pag. 11 (1853)! non *Sept. quercicola* Sacc. — Maculis exiguis late gregariis, punctiformibus, rufo-atris, non discolori-marginatis; acervulis innatis, punctiformibus, globulosis, solitariis v. 2-3 approximatis; sporulis seu conidiis cylindraceis, rectis v. leniter flexuosis, 3-septatis utrinque rotundatis, 30-36 × 2,5-3,5, sæpius 3, ex hypostromate fulvo-brunneo a matrice formato (nec excipulo inclusis) fasciculatim nascentibus.

Hab. in foliis adhuc vivis vel languidis Quercus peduncu-

latæ in Gallia. — E Montpellier misit cl. Doct. MIRANDE. Omnino e typo *Phl. castanicolæ* etc.

10. **Phleospora sicula** (Br. et Cav.) Sacc. et D. Sacc. *Cylindrosporium siculum* Br. et Cav. Fung. paras. n. 375, c. icone. — Maculis axaridis, marginalibus, indeterminatis, immarginatis, confluentibus; acervulis typice hypophyllis, applanatis, subepidermicis, erumpentibus e cellulis matricis tantum limitatis; basidiis curvulis, inæqualibus, filiformibus, brevibus, parallele fasciculatis; conidiis cylindraceis rectis v. leniter curvulis, continuis v. spurie 1-septatis 11-16 × 1,5, hyalinis. 5121

Hab. in foliis nondum emortuis Quercus sessiliflorae in horto botanico, Catania Siciliæ. — Videtur valde affinis *Ph. punctiformi* Sacc.

11. **Phleospora Dieffenbachiæ** Pat. Champ. de la Guadeloupe, ser. III, in Bull. Soc. Myc. de France t. XVIII, fasc. II, 1902. — Maculis amphigenis, subrotundis vel angulosis, rufis, sparsis v. confluentibus 2–15 mm. diam., siccis; acervulis epiphyllis albidis, 350 μ. diam., subrotundis, initio subcutaneis, dein erumpentibus; conidiis linearibus, curvulis, utrinque acutis, obscure guttulatis, 30–35 × 1,5 hyalinis. 5122

Hab. in foliis Dieffenbachiæ spec., Guadalupa Americæ centralis.

CYLINDROSPORIUM Ung. — Syll. III p. 737, X p. 498, XI p. 582, XIV p. 1032, XVI p. 1018.

1. **Cylindrosporium Astragali** E. Rostr. Norke Ascom. 1904, p. 38 (Vidensk. Skrift.). — Acervulis brunneis, minutis, gregariis, amphigenis; conidiis filiformibus, continuis vel 1-3-septatis, rectis, 40–55 × 3-4, hyalinis. 5123

Hab. in foliis Astragali oroboidis, Dovre Norvegiæ (A. BLYTT).

2. **Cryptosporium Baptisiæ** Oud. Cat. Champ. Pays-Bas, 1905, p. 542. — Acervulis numerosis, circularibus, parum prominulis, 250-500 μ. diam.; conidiis breve pedicellatis, continuis, hyalinis, 16-19 × 2-2,3. 5124

Hab. in caulibus Baptisiæ australis in Hollandia.

3. **Cylindrosporium Eucalypti** Mc Alp. Proceed. Linn. Soc. of N. S. Wales, 1903, p. 97. — Maculis definitis, griseis, margine prominente rufo-brunneo cinctis, rotundatis, raro angulosis, subinde confluentibus, amphigenis, 1-3 mm. diam.; acervulis amphigenis, in 5125

pagina superiore pluribus, diu velatis, dein erumpentibus, globosis, subnigris; conidiis coacervatis luteo-aurantiacis, rectis vel flexuosis, falcatis, utrinque acutis, 3-septatis, ad septa non constrictis. guttulatis, hyalinis, 50-56 × 3,5-4; basidiis brevibus, hyalinis, filiformibus, 8-10 μ. longis.

Hab. in foliis viridibus, juvenilibus Eucalypti melliodoræ, Dandenong Creek, Victoria Australiæ.

4. **Cylindrosporium Pollaccii** Turconi in Atti Ist. Bot. di Pavia 1904, IX, p. 4. — Maculis amphigenis rotundis v. subrotundis 0,5-1 cm. d., in pagina superiore foliorum albidis, in pag. inferiore pallido-avellaneis, late distincteque atro-purpureo-marginatis; acervulis hypophyllis, rarissime amphigenis, sine ordine dispositis 320-450 μ. latis, diu tectis, lenticularibus, demum vero, epidermide lacerata, erumpentibus, superficialibus; conidiis cylindraceis, utrinque subattenuatis, obtusis, plerumque curvis, rariter tantum rectis, continuis, hyalinis, 20-25 μ. longis, 2-4 μ. latis; basidiis numerosis, filiformibus, 18-22 × 1-2, continuis, hyalinis. 5126

Hab. in foliis vivis Ilicis furcatæ, in horto botanico Pavia Italiæ bor.

5. **Cylindrosporium californicum** Earle Bull. of the New York Bot. Gard. 1904, p. 297. — Maculis indeterminatis, brunneis; acervulis epiphyllis, copiosis, sæpe folium dimidium vel amplius occupantibus et conidiorum massulis carneis subceraceis eructatis tectis, 0,5 mm. diam.; conidiis cylindraceis vulgo irregulariter curvis, 35-40 × 3-4. 5127

Hab. in foliis vivis Fraxini oreganæ prope Stanford University, California Amer. bor.

6. **Cylindrosporium infuscans** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, pag. 13. — Acervulis innatis, nigris, ellipticis, 100-110 × 120-150, erumpentibus, seriatis, internerviis; conidiis lanceolato-cylindraceis, rectis vel leniter curvulis vel curvatis, continuis e hyalino luteolis, 40-55 × 3-4. 5128

Hab. in foliis Elymi condensati, Waitsburg, in Amer. bor. (R. M. Horner). — Maculæ nullæ, sed pars superior foliorum nigro-infuscata.

CRYPTOSPORIUM Kunze. — Syll. III p. 740, X p. 506, XI p. 585, XIV p. 1034, XVI p. 1019.

1. **Cryptosporium cerasinum** Peck, Rep. of the State bot. 1900, p. 156. — Pycnidiis erumpentibus sæpe congestis, valsoideis, 400-600 μ. 5129

diam., subrotundatis, erumpentibus, intus albidis; conidiis filiformibus, curvulis v. sigmoideis, utrinque acutis, nucleatis 300-400 × 3-4; basidiis brevibus.

Hab. in ramis Cerasi, Lewis Amer. bor. (F. C. Stewart)

2. **Cryptosporium buxicolum** Roll. Bull. Soc. Mycol 1905, p. 34. — 5130
Maculis orbicularibus, brunneis; acervulis nigris nitentibus, rotundis v. irregularibus, epiphyllis demum epidermidem lacerantibus; conidiis hyalinis, cylindrico-oblongis, sæpe curvatis, granulosis, apice obtusis, basi acutis, rariis, usque 20-24 × 1, in basidiis exiguis, hyalinis acrogenis.

Hab. in foliis languidis Buxi balearicæ, Como negra, Soller insul. Balearium.

3. **Cryptosporium Fraxini** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, pag. 38 5131
(Vidensk. Skrift.). — Acervulis erumpentibus, pulvinatis, fuscis, gregariis, 0,5 mm. diam.; conidiis fusoideo-falcatis, hyalinis, continuis, 25-27 × 3-5.

Hab. in cortice Fraxini, Christiania Norvegiæ.

4. **Cryptosporium ellipticum** P. Syd. in Vest. Micr. rar. selecti, Bot. 5132
Not. 1902, p. 120. — Acervulis sparsis, sine ordine distributis, ellipticis vel oblongis, usque 1,5 mm. longis, diutius epidermide tectis, dein eam disrumpentibus, atris; conidiis bacillari-filiformibus, rectis vel lenissime curvulis, hyalinis, utrinque acutiusculis, guttulatis v. obsolete septatis, 10-20 × 1,5.

Hab. in caulibus Lomandræ longifoliæ, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

LIBERTELLA Desm. — Syll. III p. 744, X p. 507, XI p. 585, XIV p. 1034, XVI p. 1020.

1. **Libertella alba** Libert. Ita dicenda est species quæ in Syll. III, p. 746, audit *Libertella alba* (Lib.) Lamb. nam fuit cl. Lambotte (nec domina Libert), qui ad genus *Nœmosporam* transtulit eam speciem. Cfr. Oudem. Rev. Mycol. 1902, p. 104.

Sect. 8. Staurosporæ.

ASTEROCONIUM Syd. Ann. Mycol. 1903, p. 36 (Etym. *aster* ob formam conidiorum et *conia* pulvis seu conidia). — Acervuli seu nuclei phyllogeni, erumpentes, difformes, gregatim dispositi et sæpe irregulariter confluentes, læticolores. Conidia 4-radiata ex

processibus conicis constantia, hyalina; basidia simplicia, hyalina, longiuscula.

1. **Asteroconium Saccardoi** Syd. l. c. — Acervulis seu nucleis amphigenis, maculas plus minusve distinctas, fuscas generantibus, in greges rotundatos v. ad nervos et marginem foliorum plerumque irregulares aspectu gyroso-cariosos usque 1 cm. longos dispositis, erumpentibus, irregulariter confluentibus, albido-flavis; conidiis 4-radiatis ex processibus conicis constantibus, continuis 16-19 μ. diam. hyalinis; basidiis simplicibus, hyalinis, longiusculis suffultis e strato proligero oriundis. 5133

Hab. in foliis vivis Litseæ glaucescentis in Mexico (Hartweg).

HYPHOMYCETÆ Mart. em. Sacc.

Syll. IV p. 1, X p. 510, XI p. 586, XIV p. 1037, XVI p. 1023.

Fam. 1. Mucedinaceæ Link *).

Sect. 1. Hyalosporæ.

TORULOPSIS Berl. A. I funghi diversi dai Saccarom. e capaci di determ. ferm. alcool. (Giorn. Vitic. Avellino 1894, pag. 54) nec Oudem. (1903), *Torula* Past. et Hans., nec Pers. (Etym. a *Torula*, sub cujus nomine falso venditabatur). — Cellulæ ellipsoideæ vel globosæ, continuæ, non apiculatæ nec catenulatæ hyalinæ v. læte coloratæ. Mycelium nullum. Endosporæ nullæ. Fermentationem alcoholicam excitat.

1. **Torulopsis rosea** Berl. l. c. — Cellulis ellipsoideis, sed in conum gypseum translatis perfecte sphæricis, roseis initio homogeneis, dein guttulam oleosam foventibus. 5134

   Hab. in racemo maturo Vitis viniferæ, var. Sangiovese Avellino (Berlese) et var. Corvina, Valpantena Verona (Peglion).

2. **Torulopsis colliculosa** (Hartm.) Sacc. *Torula colliculosa* Hartmann in Wochenschrift für Brauerei, 1903, n. 11, p. 1 c. ic. — Cæspitulis (coloniis cultis in gelatina cerevisiæ) subcircularibus, superficie distincte verrucoso-colliculosis, albis; conidiis sphæricis v. ob contiguitatem leviter angulosis, 1-vacuolatis, guttulatisque, nunc majoribus 8–9 μ. diam., nunc minoribus 3-4 μ. diam. 5135

   Hab. in amylo Oryzæ ex Africa orient. (Dr. Busse). — Notas biologicas in culturis cfr. l. c.

---

*) Cfr. Lindau, *Deutschl. Krypt. Flora, Pilze,* vol. VIII, ubi Hyphomycetæ mediæ Europæ describuntur et notis bibliographico - criticis copiosis et observationibus analyticis nonnullis locupletantur.

3. **Torulopsis pulcherrima** (P. Lindn.) Sacc. *Torula pulcherrima* P. Lindner Mikrosk. Betriebskontrolle in den Gährungsgewerben, 3 Aufl. 1901, p. 387, fig. 192 et tab. I. — Conidiis initio saccharomycetoideis, dein perfecte globosis, majoribus, 8-9 μ. diam., guttula maxima oleosa farctis, liberis nec concatenatis. 5136

Hab. in drupis Prunorum, baccis Vitis putrescentibus etc. in Germania.

CHROMOSPORIUM Corda — Syll. IV p. 6, X p. 510, XI p. 586, XIV p. 1037, XVI p. 1023.

1. **Chromosporium pallens** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 239, Ic. fung. Jav. t. LXVI, fig. 2. — Effusum, pallide flavidum, tenue, pulveraceum v. minute granulosum; conidiis globosis, asperulis, dilute hyalino-flavidis, grosse nucleatis, 6-8 μ. diam., ex hyphulis minutissime denticulatis, oriundis. 5137

Hab. in culmis putridis, udis, Tjibodas, in insula Java.

OPHIOCLADIUM Cav. — Syll. XI p. 587.

1. **Ophiocladium anguineum** (Fres.) Cavara Zeitschr. Pflanzenkr. III, 1893, p. 25, *Oidium anguineum* Fresenius, Beitr. I, p. 23, t. III, f. 40 (1850). — Cæspitulis minutis, subrotundis, strias albas in caulis sulcis formantibus; hyphis conidiophoris simplicibus, continuis, plus minus rectis v. anguineo-curvatis, apice conidia subglobosa dein ovoidea, continua, solitaria, hyalina, ca. 14 μ. longa gerentibus. 5138

Hab. in caule Silybi Mariani in Germania et Hungaria. — Peraffine *Oph. Hordei* Cav.

MICROSTROMA Niessl — Syll. IV p. 9, XIV p. 1037, XVI p. 1023.

1. **Microstroma album** (Desm.) Sacc. — Syll. IV, p. 9. — var. **japonicum** P. Henn. Bot. Jahrb. 1904, p. 599. — Conidiis (?) clavatis, fusoideis v. subcylindraceis, 6-8 × 2,5-3,5; basidiis clavatis apice (ut videtur) conidia subsena gerentibus. 5139

Hab. in foliis Quercus glaucæ, Tokyo Japoniæ.

OOSPORA Wallr. — Syll. IV p. 11, X p. 512, XI p. 588, XIV p. 1037, XVI p. 1024.

1. **Oospora umbrina** Sacc. Notæ mycologicæ, in Syd. Ann. Mycologici 1903, n. 1, p. 27. — Late effusa, superficialis, velutina, umbrina; hyphis mycelicis filiformibus, repentibus, hyalinis, parcis; 5140

conidiis in catenulas breves simplices v. divisas dispositis, globoso-ellipsoideis, majusculis, levibus, 14–16 × 14, intus varie gutulatis, fulvo-umbrinis, imis pallidioribus et minoribus.

Hab. in ligno putri Carpini Betuli, Vallombrosa Italiæ centr. majo 1899 (Prof. F. Cavara). — Affinis *O. pulveraceæ* (Corda) S. et V., sed conidia subglobosa, nec oblongo-ellipsoidea.

2. **Oospora Lesneana** Pat. et Har. Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 86. — 5141
— Cæspitulis minutissimis, amœne violaceis; hyphis repentibus brevissimis, tenerrimis, 1 μ. cr., simplicibus, continuis, sub lente hyalinis; conidiis in catenas simplices longissimas digestis, obtusis, utrinque rotundatis oblongisve, sub lente hyalinis, 4 × 2.

Hab. in ligno Fici Caricæ a Scobicia barbifronte (ex Coleopteris) vexato circa Tafira, Lagares Insul. Fortun. (P. Lesne).

3. **Oospora rubens** Harz, Sitzungsber. Gesellsch. für Morph. u. Phy- 5142
siol. in München XVI, 1900, p. 38. — Pulveracea, tenuis, jugiter rubescens; conidiis globosis, muriculato-asperulis, 6-8 μ. diam.

Hab. in fructibus exsiccatis Prunorum nec non in fœno putrescenti in Bavaria. — Conidia germinant adhuc post annos $2^1/_2$; gelatinam fluidificant.

4. **Oospora otophila** Harz, l. c. p. 37. — Alba, dein cremea, tandem 5143
pallide ochracea; conidiis globosis, v. ovoideis, variis 4–8 μ. diam., basi obtusatis, levibus, tandem asperulis.

Hab. typice intra auriculam hominis, sed etiam in fructibus variis siccis Pruni, Piri, Fici, Vitis etc. — Var. **sublevis** Harz., l. c.: a typo differt conidiis 4–9,8 μ. diam., initio levibus, tandem vix v. non asperulis. Habitat in iisdem substantiis ubi typus.

5. **Oospora roseo-basis** Mc Alp. Fungus diseases, Stone-fr. trees, 5144
Melbourne 1902, p. 116, fig. 199-200. — Hyphis intricatis rubro-tinctis; conidiis hyalinis, forma variabilibus, fere semper oblongo-ellipticis, breve catenulatis, 5–11 × 2–5.

Hab. in ramis juvenilibus Pruni Persicæ, Adelaide Austr.

6. **Oospora Maydis** P. Henn. F. Indiæ or. II, in Hedw. 1901, p. 341. 5145
— Flavo-aurantia; cæspitulis floccoso- v. subcrustaceo-effusis confluentibusque mycelio repenti hyalino, hyphis septatis, subventricosis ca. 10 μ. cr.; conidiis catenulatis subglobosis, ovoideis vel ellipsoideis, flavo-fuscidulis, 6–15 × 6–12.

Hab. in paniculis putridis Zeæ Maydis, Saharanpur-Garden Indiæ orient. — A *O. verticilloidi* Sacc. differt colore et magnitudine formaque conidiorum.

7. **Oospora Lupuli** (Matth. et Lott) Lindau, Deutsch. Krypt. Fl Pilze 5146

VIII, p. 47, *Oidium Lupuli* M. et L. apud Lindner Mikrosc. Betriebskontr. 1901, pag. 286, c. ic. — Pulverea, rubescens; mycelio aereo copioso; ramis fertilibus septatis, ramulosis sursum in conidia ellipsoidea, subglobosa, rarius lageniformia, 12-14 × 7-8 (ex icone), catenulatim abeuntibus.

Hab. in strobilis humidis Humuli Lupuli in Germania. — Conidia usque 31 × 14 (Lindau), coacervata pulverem amœne aurantiacum præbent.

8. **Oospora Oryzæ** Ferraris in Malpighia, vol. XVI, 1902, pag. 36, tab. II 20, fig. 1-2. — Hyphis sterilibus repentibus, filiformibus, septatis, hyalinis, 2-2,3 μ. diam.; hyphis fertilibus simplicibus, 20-30 μ. long.; conidiis ovato-acuminatis 3,5-6 × 2-2,5. 5147

Hab. in glumis putrescentibus Oryzæ sativæ, Crescentino, in Italia bor.

9. **Oospora albo-cinerescens** Maublanc in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. III, p. 295, tab. XV, fig. IX. — Griseola vel albo cinerescens, superficialis, initio paulum filamentosa v. subpulveracea; hyphis continuis, hyalinis 2-2,5 μ. latis; conidiis hyalinis, rotundatis 3 μ. latis, apice hypharum simplicium vel rarius furcatarum catenulas formantibus. 5148

Hab. in solutione salina, Paris Galliæ.

10. **Oospora cretacea** Fr. Krüger Arb. a. d. Biol. Abt. K. Gesundheitsamt. 1904, IV, p. 253, cum icone (absque diagnosi). — Capitulis albo-argillaceis; hyphis mycelicis irregulariter ramosis, effusis, continuis, 1 μ. cr.; conidiis globosis, longe catenulatis, 1,5–2 μ. cr., concoloribus. 5149

Hab. in radice Betæ vulgaris, cui morbum affert, in Germania.

11. **Oospora rosella** Fr. Krüger l. c. pag. 288 (absque diagnosi). — Ab *O. cretacea* præcipue differt colore hypharum viridulo-flavido et conidiorum demum cinereo, et ex eo quod substratum agar-glycericum mycelii ope roseum evadit. 5150

Hab. in radice Betæ vulgaris, quam vexat, in Germania. — Dimensiones ut in *O. cretacea*.

12. **Oospora intermedia** Fr. Krüger l. c. p. 289 (absque diagnosi). — Ab affini *O. rosella* differt mycelio æque viridulo-flavido sed conidiis sordide albis, praterea ex eo quod substratum agar-glycericum ope mycelii vix roseum evadit. 5151

Hab. in radice Betæ vulgaris, quam vexat, in Germania. — Dimensiones ut in *O. cretacea*.

13. **Oospora nigrificans** Fr. Krüger l. c. p. 291 (absque diagnosi). 5152
— A præcedentibus speciebus imprimis mox dignoscitur ex eo quod succus betaceus coctus et gelatina v. agar eum continentes, fungi ope colore viridi-nigro intense tinguntur.

Hab. in radice Betæ vulgaris, quam vexat, in Germania. — Morbus qui ab hac et præcedentibus speciebus generatur, vulgo germanice *Gürtelschorf* audit.

14. **Oospora tenax** Fr. Krüger l. c. p. 290 (absque diagnosi). — *O.* 5153
rosellæ et *O. intermediæ* peraffinis, differt præceteris coloniis multo magis persistentibus et firmis hyphisque mycelii adhuc tenuioribus.

Hab. in radice Betæ vulgaris, quam vexat, in Germania.

15. **Oospora pullulans** (Lindn.) Sacc. *Oidium pullulans* Lindn. Mikrosc. 5154
Betriebskontr. 1901, p. 286, c. ic. — Media inter Oosporas et Saccharomycetes; mycelio nullo manifesto v. filiformi parco, septulato; cellulis seu conidiis oblongis, catenulatis, utrinque rotundatis, medio interdum subconstrictis, typice biguttulatis, 8-9 × 4 (ex icone), hyalinis.

Hab. in superficie cerevisiæ experimentis variis subjectæ in Germania.

16. **Oospora fimicola** Cuboni et Megliola Rend. Acc. Linc. 1903, 5155
p. 440? *Monilia fimicola* Cost. et Matr. in Revue Générale de Botanique 1894, pag. 292, tab. 13. — Mycelio effuso, albo, crustaceo-cæspitoso; hyphis sterilibus repentibus 3,5-4 μ. crass. hyalinis septatis, ramulos fertiles emittentibus 2-2,5 μ. cr.; conidiis globosis 5-6,5 μ. diam. hyalinis, longe catenulatis denique secedentibus.

Hab. in fimo equino et in paleis adhærentibus, Romæ Italiæ. — Species valde noxia culturæ artificiali *Agarici campestris* cujus mycelium (*Blanc de Champignon*) destruit. — Verisimiliter est forma *Moniliæ fimicolæ* Cost. et Matr. sed cum hæc utatur conidiis ellipsoideis longioribus (nec globosis) et verisimiliter cum *Geotricho* (Coprotricho) *purpurascenti* (Bon.) collidat, res ulterius inquirenda videtur. Fortasse ternæ species varietâtes unius speciei formant, aptius sub titulo *Geotrichi* servandæ.

17. **Oospora canina** (Matr. et Dass.) Sacc. et D. Sacc. *Trichophyton* 5156
caninum Matr. et Dass. in Bull. Soc. Mycol. 1902, p. 66, tab. V (absque diagnosi). — Maculiformis, effusa, albida, in folliculis pilisque canis innata; conidiis in catenulas tortuosas, irregulares dispositis, globosis v. ellipsoideis, 3-5 μ. lat., plerumque 4 μ. cr., continuis, interdum paullo longioribus, 1-septatis, hyalinis.

Hab. in folliculis pilisque canis tinea laborantis, in Gallia. — Quoad formas e culturis ortas cfr. l. c.

18. **Oospora suaveolens** (Lindn.) Sacc. *Sachsia suaveolens* Lindn. Mikrosc. Betriebskontr. 1901, p. 288, c. ic. — Mycelio vage ramoso, constricto-septato, hinc inde ramos conidiophoros gignente; conidiis ellipsoideo-oblongis plus minus longe catenulatis, variæ longitudinis, 12-16 × 6-7 (ex icone). 5157

Hab. ad dolia in cellis distillatoriis in Germania. — Species vini aroma gignens (*Weinbouquetschimmel*).

19. **Oospora Ludwigii** (Hans.) Sacc. et D. Sacc. *Oidium Ludwigii* Hans. ap. Holtz. in Centralbl. Bakt. II, 1901, p. 185 tab. I et II (absque diagnosi) — Affinis *Oosporæ lactis;* hyphis sterilibus et fertilibus ramosis, cylindraceis, articulatis, articulis primariis 50-70 × 8-10; fertilibus subinde racemosis; conidiis modo endogenis, modo acrogenis elliptico-cylindraceis utrinque rotundatis, intus granulosis, levibus, hyalinis. 5158

Hab. in fluxu Quercuum in Germania. — Quoad nexum inter hanc formam etc. et *Endomycetem Magnusii* cfr. l. c. — **Monilia variabilis** Lindn. Mikr. Betriebskontr. 1901, p. 294, c. ic. (in pane udo) et **Monilia candida** Hans. ap. Lindn. l. c. c. icon. (in musto cerevisiæ) viderentur formæ *Oosporæ lactis* affines, at tam proteæ ut limite nullo coërceri possint. — **Oidium Astaci** Happich, Zeits. f. Fleisch und Milchygiene 1902, XI, p. 262. Ad crustam Astaci fluviatilis, Livland. Morbum letalem Astaco affert. Diagnosin non vidi sed est verisimillime *Oosporæ* species, nisi sit affinior *Torulæ pulvinatæ* seu *Wallemiæ ichthyophagæ,* de qua cfr. Kr. Hoye Undersogeler over Klipfiskesoppen, Bergen 1901, cum 5 tab.

20. **Oospora necans** Sacc. et Trott. sp. nov. — Cæspitulis candidis byssino-velutinis, animalcula omnino obtegentibus; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, intertextis, 2,7 μ. cr., continuis, minute granulosis, hyalinis; ramis fertilibus seu conidiophoris aciculatibus, 12-18 × 1, basi tenuiter inflatis, solitariis v. sæpius binis-quaternis verticillatis, continuis, hyalinis; conidiis breve catenulatis, mox deciduis, oblongis, rarius ellipsoideis, 3-4 × 0,7-1, hyalinis. 5159

Hab. in toto corpore Pemphigi bursarii, quem occidit, intra gallas ab eo formatas ad ramulos Populi nigræ, Selva (Treviso) Italiæ bor. — Species Aug. 1905 valde diffusa et mortem innumeris insectis modo citatis causans. Gallæ vero optime evolutæ, magnæ, numerosissimæ, a mucedinea minime vexatæ.

MONILIA Pers. — Syll. IV p. 31, X p. 516, XI p. 589, XIV p. 1041, XVI p. 1025.

1. **Monilia aurea** (Link) Grn. — Syll. IV pag. 33 — forma **effusa** Sacc. Notæ mycologicæ in Syd. Ann. Mycol. 1903, n. 1, p. 28. — 5160
— Late æqualiter effusa, nec cæspitulosa, ex aureo olivascens; conidiis limoniformibus, 17-20 × 10-12.

Hab. in cavis trunci salicini a formicis inhabitatis, Villazzano pr. Trento Austriæ merid. — Forma forte a formicis disseminata, unde habitus effusus.

2. **Monilia Tabaci** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 ser. II, 4, 1903, 5161
p. 904. — Maculis albido-niveis, magnitudine varia; hyphis sterilibus hyalinis, longissimis, articulatis; fertilibus erectis, solitariis simplicibus vel ramulosis, hyalinis 20-25 μ. longis; conidiis globulosis vel subellipticis, 5 × 5, vel 6 × 6 vel 5-6 × 6-8, vacuolatis, hyalinis.

Hab. in foliis putrescentibus Nicotianæ Tabaci, Amerongen Hollandiæ (C. J. Koning).

3. **Monilia Glasti** Plow. in Journ. of Bot. 1901, p. 385. — Cæspitu- 5162
lis pallide lilacinis, minutis, mox confluentibus; hyphis basilaribus paucis obsoletisque, sporophoris 120-200 μ. longis; conidiis ovoideis, utrinque apiculatis vel rotundatis, subinde limoniiformibus, magnitudine variis 10-12 × 6-8, interdum 15 × 10, collabascendo longitudinaliter plicatis.

Hab. ad sarcinulas foliorum fermentescentium Isatidis tinctoriæ ad usum tinctorium adhibitæ, in distr. Cambridge et Lincolnshire Britanniæ.

4. **Monilia platensis** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, pag. 86. — 5163
Cæspitulis tenerrimis 1-10 mm. diam. et crass., laxiusculis candidis v. roseolis, gossypinulis; hyphis basi repentibus, irregulariter ramosulis sursum erectiusculis, 40-100 × 10-15, repetito laxeque dichotomis, ad septa non v. vix constrictis, levibus, apice non incrassatis; catenulis acrogenis, laxiusculis, dichotomicis, 100-250 μ. longis; conidiis globosis v. ellipticis, utrinque sæpius minute truncatulis 6-10 × 6-8 e hyalino roseis, eguttulatis v. vix nubilosis.

Hab. ad fructus maturos putrescentes Lycopersici esculenti, La Plata Argentinæ.

5. **Monilia olivacea** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Mel- 5164
bourne 1902, p. 105, fig. 117. — Cæspitulis compactibus, pulvinatis, olivaceis; hyphis pallide olivaceis, translucentibus, septatis,

parce ramosis, 5 μ. diam.; conidiis pallide olivaceis, ellipticis, 8,5-10 × 3,5-4.

Hab. in foliis dejectis Pruni Persicæ, Armadale pr. Melbourne Australiæ.

6. **Monilia Koningi** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, pag. 287, tab. XXI, fig. 1-4. — Cæspitibus orbicularibus, subzonatis, avellaneo-roseis; hyphis omnibus hyalinis 4-5 μ. cr., septatis, repentibus, dichotome ramosis, adscendentibus, racemoso-ramosis, ramis basidiomorphis lageniformibus 30-40 μ. longis, singulis summo conidiorum catena ornatis; conidiis usque ad 20 catenulatis, subglobosis, summo apiculatis, levissimis, 6-8 μ. diam., dilute avellaneo-roseis. 5165

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

7. **Monilia Cerasi** Tracy et Earle, Plantæ Bakerianæ, fasc. I, Fungi pag. 35. — Initio albida, dein luteo-cinerea, totam superficiem fructuum occupante; hyphis fertilibus brevibus, erectis, hyalinis, ramulosis; conidiis 10-12 in catenulas dispositis, hyalinis, limoniformibus, 10-18 × 8-10. 5166

Hab. in fructibus immaturis Cerasi spec., Parrott City, Colorado Amer.

8. **Monilia Kusanoi** P. Henn. in Engl. Jahrb. 1902, XXXII, p. 45. — Cæspitulis petiolicolis, hypophyllis, nervos sequentibus, albo-cinereis farinaceis; hyphis subfasciculatis, septatis, hyalinis; conidiis catenulatis, subgloboso-citriformis, utrinque obtuse papillatis, hyalinis, 8-12 × 7-10. 5167

Hab. ad folia Pruni Pseudocerasi, Komaba-Tokyo Japoniæ (S. Kusano). — *M. cinereæ* subaffinis et certe sistens formam conidicam *Sclerotiniæ* sp. in posterum reperiendæ (*Scl. Kusanoi* P. Henn.).

9. **Monilia Cratægi** Diedicke, Ann. Mycol. 1904, p. 529 et in Syd. Mycoth. germ. n. 282. — Maculis effusis, brunneolis, tandem totum folium sæpe occupantibus; capitulis amphigenis effusis cinerescentibus, odorem amygdalinum effundentibus; mycelio intercellulari in stratum pseudoparenchymaticum intertexto; conidiophoris erumpentibus brevibus mox in conidia globoso-ellipsoidea, apiculata, breve catenulata, 13 × 11, abeuntibus. 5168

Hab. in foliis vivis Cratægi Oxyacanthæ in Thuringia. — Folia affecta brunnescunt et moriuntur. Professor P. Magnus (Berichte Deutsch. bot. Gesell. 1905, p. 197) statum ascophorum

descripsit et ic. illustravit sub nomine *Sclerotiniæ Cratægi*. Hæc a *Sclerot. fructigena* et *Scl. cinerea* satis dignoscitur sporidiis 10-10,5 × 5-5,2, utrinque acutiusculis; ascis 170 × 10-11 p. sporif. 65 μ. longa; ascomatis stipite 2-4 cm. long., disco 3-8 mm. diam. Nascitur status ascophorus in fructibus sclerotisatis Cratægi Oxyacanthæ in Thuringia (Diedicke), Silesia (Eidam), Borussia (Laubert).

10. **Monilia fimicola** Cost. et Matr. Rev. génér. Bot. 1894, p. 292, 5169
t. XIII, f. 9-13 Lindau in Deut. Krypt. Pilze VIII, p. 55. — Cæspitibus late effusis, pulvereis, albis, interdum leviter rubescentibus, senio cinereis; hyphis hyalinis, septatis, parce ramosis 2-5 μ. cr.; ramis fertilibus, quaterno-quinis in fasciculos approximatis et irregulariter ramulosis, totis 50-100 μ. longis, parce septatis, ramulis ultimis conidiophoris 25 μ. longis sursum leniter acutatis et conidia catenulata, ellipsoidea, utrinque obtusula, hyalina, 6,5-8 × 4,5-5,3, gerentibus.

Hab. in fimo et humo ad culturam Agarici campestris in Gallia. — Morbum *plâtre* dictum fungis cultis affert. — Affinis videtur nisi eadem ac *Geotrichum purpurascens* (Bon.) Sacc. cfr. *Oospora fimicola* supra p. 499.

11. **Monilia humicola**. Oud. Fl. Myc. obt. par la culture sur gela- 5170
tine etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 286, tab. XX, fig. 1-4. — Cæspitibus orbicularibus, densis, hic dilutius, illic saturatius virentibus; hyphis repentibus junioribus hyalinis e cellulis latioribus, longioribus et brevioribus subalternantibus, protoplasmate granuloso farctis, formatis; tenuioribus virentibus, e cellulis cylindraceis æquilongis, liquore homogeneo repletis, compositis; hyphis adscendentibus v. erectis melleis vel virescentibus, crebre septatis; ramis nunc alternis, nunc vero inordinate distributis vel binis oppositis, sursum semel vel bis dichotome divisis, omnibus ex articulis cylindraceis, passim 1- vel pluriseptatis compositis, facillime dilabentibus; conidiis immaturis subglobosis, maturis ellipticis, utrinque apiculatis, breve catenulatis, dilute virentibus, 4-10 × 2-5.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

12. **Monilia geophila** Oud. Fl. Myc. obt. par la culture sur gelatine 5171
etc., in Archives Neederlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 286, tab. XIX, fig. 1-3. — Cæspitibus laxe intricatis, partim ochroleucis, partim ochraceis; hyphis repentibus hyalinis, ramosis,

remote septatis; adscendentibus v. erectis crebre septatis, sursum semel vel bis furcatis v. inordinate ramosis, ramis paucis, brevibus; catenulis conidiorum solitariis v. binis, e summo ramulorum emergentibus; conidiis primo subglobosis, denique ellipticis, ochroleucis, 3-5 × 2-3.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ. — **Rhodemyces erubescens** Appel, Zeitschr. f. Hygiene u. Infektionskrankh. 1901, p. 475. In fœtu Caviæ Cobayæ in qua exsudatum flavidum inducit in Germania. Diagnosim non vidi; an *Moniliæ* sp.?

FUSIDIUM Link — Syll. IV p. 25, X p. 515, XI p. 589, XIV p. 1040.

1. **Fusidium Anchusæ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 15. — Cæspitibus pluribus hypophyllis, paucioribus epiphyllis, variæ dimensionis, ad 5 mm. et ultra latis, albis, foliorum maculas arescentes incolentibus; conidiis minimis, 5-7 × 1,5-2, fusoideis utrinque, acutiusculis, continuis, hyalinis, intermixtis hyphis conidiophoris, 14-16 × 2,5-3, cylindraceis, utrinque truncatulis. 5172

Hab. in foliis Anchusæ italicæ, Nunspeet Hollandiæ.

2. **Fusidium eburneum** Schröt. Schles. Krypt. Fl. Pilze I, p. 284. — Maculis subrotundis 1,5-2 mm. lat., subinde confluentibus, numerosis, planis, nitide albis, centro flavidis; mycelio parenchymate immerso, filiformi; conidiis filiformibus, 40-50 × 2,5-3, hyalinis, stipatis. 5173

Hab. in foliis Ranunculi repentis et R. acris in Silesia, Borussia et Carniolia. — An *Cylindrosporii* sp.?

CYLINDRIUM Bon. — Syll. IV p. 36, X p. 518, XI p. 589, XVI p. 1026.

1. **Cylindrium fugax** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 240, Ic. fung. Jav. t. LXVI, fig. 4. — Tenuissimum, fugax, totum albohyalinum; basidiis brevibus, bacillaribus 9-10 × 2, laxe fasciculatis; conidiis breve catenulatis, cylindricis, utrinque truncatis, 15-20 × 2-2,5, minute guttulatis, hyalinis. 5174

Hab. in ramulis corticatis putridis, Tjibodas, in insula Java.

2. **Cylindrium intermixtum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 125, fig. 260-261. — Cæspitulis pulverulentis, albis, crassis; conidiis concatenulatis, oblongo-cylindraceis, utrinque obtusis vel rotundatis, interdum bi-guttulatis, hyalinis vel fuligineo-brunneis, 17 × 4-5 vel fere duplo longioribus. 5175

Hab. in ligno emortuo Pruni Armeniacæ, Admona, Victoria Australiæ. — *C. Cordæ* Sacc. affinis species.

OIDIUM Link — Syll. IV p. 40, X p. 520, XIV p. 1041, XVI p. 1025. — Cfr. Lindau, Deutschl. Krypt. Fl. Pilze VIII, p. 78 et Salmon in variis ejus opusculis de *Erysipheis* et de *Oidiis*.

1. **Oidium Balsamii** Mont. — Syll. IV, p. 46 — Salmon Mon. Erysiph. p. 191, f. 161. — Candidum: conidiis doliiformibus, utrinque angustatis, 28-30 × 14-18. 5176

Hab. in foliis Verbasci montani in Insubria (Balsamo) et Verb. Thapsi, Verb. nigri in Germania, Belgio, Hollandia, Anglia. — Teste Salmon l. c. videtur status conidiophorus *Erysiphes Cichoracearum* vel *tauricæ*. E contra *Oidium Balsamii* apud W. Smith Diseases of Field a. Gard. Crops, p. 76-79, cum icone, in Cruciferis, est st. conidioph. *Erys. Polygoni. Oid. Balsamii* indicatum a cl. Berkeleyio in Fragraria aliam speciem sistit et verisimiliter ad *Sphærothecam Humuli* spectat (Salmon l. c.).

2. **Oidium Ceratoniæ** Comes, Crittog. agraria, pag. 236. — Effusum superficiale, foliicolum et fructicolum, album, pulveraceum; hyphis sterilibus repentibus, haustoriis lobulatis præditis, fertilibus erectis 2-3-articulatis in catenas conidiorum sensim abeuntibus; conidiis cylindraceis, utrinque truncatis, 26-36 × 12-14, intus granulosis, extus asperulis, hyalinis. 5177

Hab. in foliis et leguminibus junioribus, quæ deformantur et vexantur Ceratoniæ Siliquæ in Italia meridionali et Sicilia. — Cl. Comes ut statum conidicum *Phyllactiniæ suffultæ* habet ad interim, sed perperam. Cfr. Tul. Carp. I, tab. I, f. 1, ubi *Oidii* species, ad *Phyllactiniam* spectans, describitur omnino diversa ab *O. Ceratoniæ*.

3. **Oidium gigasporum** Scalia, Fungi Sicil. orient. ser. III, 1902, p. 15. — Maculis nullis v. pallidissime lutescentibus, indeterminatis; cæspitulis hypophyllis, late effusis, arachnoideo-pruinosulis, tenuissimis, albidis, hyphis sterilibus repentibus, ramosis 6-9 μ. crassis, hyalinis fertilibus; simplicibus, erectis, septulatis; conidiis catenulatis, cylindraceis v. fere ovalibus, apicali sursum acutato, ceteris utrinque truncatulis, 50-75 × 24-31, hyalinis, plasmate granuloso farctis, eguttulatis. 5178

Hab. in foliis Ballotæ rupestris, Catania Siciliæ.

4. **Oidium Hormini** Farn. Svil. e polim. nuovo microm. par. p. 5 (Atti Ist. bot. Pavia vol. VII, 1902, tab. XVII. — Cæspitulis laxis 5179

tenuibus, gregariis, albis, sæpe utramque paginam fol. obducentibus; hyphis sterilibus parce septatis, fertilibus erectis, longiusculis; conidiis ellipsoideis, utrinque obtuse rotundatis, 35 × 21 usque 40 × 24, hyalinis, intus granulosis, multiguttulatis; guttulis magnis et numerosis, 6-9 μ. diam., in siccis sub polis constrictis, apicibus capitato-truncatis.

Hab. in foliis vivis Salviæ Horminі, Pavia Ital. bor. — Verisimiliter stat. conidiophorus *Erysiphes Galeopsidis.*

5. **Oidium Evonymi-japonici** (Arc.) Sacc. ap. Salmon in Ann. Mycol. 5180
1905, p. 5, tab. I, f. 1-7, Peglion. Intorno alla nebbia etc. Roma 1905 (Rend. Acc. Linc. p. 232), *Oidium leucoconium* Desm. var. *Evonymi-japonici* Arcang. in Proc. Verb. Soc. Tosc. S. N. 1900, p. 2 (extr.). — Album, farinaceum, folia præcipue juvenilia ramulosque obducens; conidiophoris 60-75 × 7; conidiis ellipsoideis, catenulatis, hyalinis, tenui-tunicatis 30-38 × 13-14, plasmate vacuolis prædito.

Hab. in foliis et ramulis vivis Evonymi japonici Livorno, Firenze, Roma, Napoli, Padova, Treviso, Vittorio Italiæ, nec non in Japonia, Britannia, Gallia, Austria. — Cfr. *Cicinnobolus Evonymi-japonici* Arc. supra p. 283. — Ob matricem omnino diversam ab *Oid. leucoconio* certe distinguenda species; præterea differt conidiis paullo longioribus; in *O. leucoconio* sunt 24-26 × 14-15, teste Salmon, qui opinatur speciem potius ad *Erysiphem* vel *Microsphæram* spectare, nec ad *Sphærothecam.*

OVULARIOPSIS Pat. et Har. — Syll. XVI p. 1036. — Observante Cl. Salmon, Ann. Mycol. 1904, pag. 438 c. tab., genus hoc sistit statum conidiophorum *Phyllactiniæ.*

1. **Ovulariopsis moricola** G. Delacr. in Bull. Soc. Mycol. 1903, p. 342 5181
c. icone. — Effusa, albida, oculo nudo *Oidium* simulans; mycelio hyalino, repenti; hyphis tortuosis, parce septatis, ramosisque passim hyalino-pustulatis; hyphis conidiferis e sterilibus nascentibus, erectis, rigidioribus, tri- vel quadriseptatis, cylindraceis, hyalinis et hyalino-pustulatis, 5,5 μ. latis, usque 200 μ. altis (cum conidio); conidiis ultimam cellulam hyphæ fertilis sistentibus, solitariis, summo basique rotundato-obtusatis, deorsum longius attenuatis quam sursum, hyalino-pustulatis hyalinisque circ. 60 × 20; pycnidia e genere *Phoma,* mycelio repenti intermixta, rotundata, 80 μ. diam., fulvo-brunnea, poro instructa; sporulis hyalinis, continuis, ovoideis interdum subinæquilateralibus, 6 × 2-2,25.

Hab. in foliis Mori albæ, in pagina inferiore, Nanisana in insula Madagascar Africæ.

2. **Ovulariopsis monospora** (Pass.) Sacc. et D. Sacc. *Oidium monosporum* Passerini in N. Giornale botanico ital. 1881, p. 282. — Syll. XVI, p. 1156 (nomen). — Epiphylla, maculas discoideas pulveraceo-cinereas demum fuscas efformans; hyphis longis subclavatis, articulatis, conidium unicum oblongo-ellipsoideum gerentibus. 5182

Hab. in pag. sup. foliorum Rolliniæ hispidæ in horto botanico Parma Ital. bor. — Cl. Passerini scribit: An *Ovulariæ* spec.?; sed videtur potius *Ovulariopsis* sp.

OIDIOPSIS Scalia Micr. aliquot siculi novi, in Atti Congres. bot. Palermo 1902 (Etym. *Oidium* et *opsis* facies). — Mycelium endogenum, septatum; conidiophora simplicia, vel parce ramosa, e stomatibus exeuntia; conidia catenulata, cylindracea; conidium apicale sursum acutatum, ceteris utrinque rotundato-truncatulis. — Ab *Oospora* hyphis distinctis differt, *Oidio* omnino simillima sed endophylla. — An generice satis diversa ab *Ovulariopside?*

1. **Oidiopsis sicula** Scalia l. c. — Maculis epiphyllis, purpureis, irregularibus, nervis limitatis; conidiophoris hypophyllis e stomatibus exeuntibus, solitariis v. fasciculatis, simplicibus sed non raro parce ramosis circ 7 μ. cr., septatis, tomentum albo-farinosum ut *Peronospora* formantibus; conidiis catenulatis, facillime secedentibus, magnis 40-70 × 13,5-20; conidio apicali sursum acutato, basi truncato-rotundato, medio sæpeque paullum constricto, ceteris cylindraceis utrinque rotundato-truncatulis, hyalinis, eguttulatis, plasmate granuloso farctis, episporio levi præditis. 5183

Hab. in foliis Asclepiadis curassavicæ, Catania, in horto Bellini Siciliæ. — Teste cl. Salmon, Ann. Mycol. 1905 pag. 83, verisimiliter sistit statum conidicum *Erysiphes tauricæ.*

POLYSCYTALUM Riess — Syll. IV p. 38, X p. 519, XIV p. 1040.

1. **Polyscytalum sericeum** Sacc. — Syll. fung. IV, pag. 38. — var. **conorum** Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 234 et Syd. Mycoth. germ. n. 344. — A typo præter matricem, differt conidiophoris distinctius fuscis; conidiis similibus, sed brevioribus, nempe inferioribus 11 × 1, superioribus (in eadem catenula) 7-8 × 1. 5184

Hab. in squamis putrescentibus conorum Pini Strobi, Tamsel in Marchia Germaniæ (P. Vogel). — Cæspituli albo-sericei.

ŒDOCEPHALUM Preuss — Syll. IV p. 47, X. p. 521, XI p. 590, XIV p. 1042.

1. **Œdocephalum Nicotianæ** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3, Ser. II, 4, 1903, p. 906, tab. VI, fig. 2. — Hyphis sterilibus repentibus, hyalinis, septatis, ramulosis, 5-7 μ. cr.; hyphis fertilibus assurgentibus, rectis vel curvulis, continuis, 40-50 × 3-5, in vesiculam subglobosam, subtiliter verruculosam, 15 μ. diam. desinentibus; conidiis globulosis, levibus, 12 in singula vesicula, 6-10 μ. diam., olivaceis. 5185

   Hab. in foliis putridis Nicotianæ Tabaci, Amerongen Hollandiæ (C. J. Koning).

2. **Œdocephalum griseolum** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 761. — Gregarium, griseolum; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, septatis, fere hyalinis; fertilibus, erectis, simplicibus, continuis, flexuosis 6 μ. lat., in vesiculam fere orbicularem 25 μ. diam., terminantibus, griseolis, levibus; basidiis, ex vesicula generatis, congestis, griseis, summo rotundatis; conidiis breve catenulatis, initio globosis, dein ellipticis, 12-14 × 8-10, griseis. Interdum ex vesiculis oriuntur hyphæ secundariæ breves. 5186

   Hab. in foliis putridis Tiliæ ulmifoliæ, Bussum Hollandiæ. — A ceteris speciebus colore differt.

3. **Œdocephalum beticola** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3, Ser. II, 4, 1903, p. 905. — Hyphis sterilibus repentibus, septatis; fertilibus solitariis vel 4-5 congestis, erectis, simplicibus, septatis, 140-200 × 6, hyalinis, summo in vesiculam ovoidem hyalinam 36 × 24 inflatis; conidiis vesiculæ adhærentibus, hyalinis, ovoideis vel ovoideo-oblongis, 8 × 3. 5187

   Hab. in radicibus Betæ vulgaris cultæ, Bussum Hollandiæ (C. J. Koning).

4. **Œdocephalum clavatum** A. L. Smith in Journ. of Botany 1903, p. 259, tab. 454, fig. 11-12. — Hyphis sterilibus repentibus, fertilibus erectis firmis, septatis, interdum superne ramosis, apice in vesiculam globulosam, 25-30 × 20-25, non muriculatam desinentibus; conidiis cylindraceis episporio verrucoso, basi apiculatis, 14-17 × 5-6. 5188

   Hab. in Hyacintho putri, Norwood Britanniæ.

5. **Œdocephalum macrosporum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 242, Ic. fung. Jav. t. LXVII, f. 3. — Sparsum, pallens; hypha fertili cylindracea, sursum tenuata 1-1,5 mm. alta, basi 37 μ. cr., sursum 18 μ. cr., septata; vesicula sphærica 90-110 5189

µ. diam., muriculata; conidiis ovato-oblongis, majusculis, 34-37 × 14-15, levibus, pallidis.

Hab. in cortice putri udo arboris indeterminatæ, Tjibodas in insula Java. — Ab affini *Œd. glomeruloso* (Bull.) Sacc. differt conidiis conspicue majoribus.

6. **Œdocephalum ochraceum** Mass. et Salm. Coproph. fungi, II, p. 80. 5190
— Effusum, pallide ochraceum; hyphis sterilibus repentibus, ramosis hyalinis; fertilibus erectis, fasciculatis, cylindraceis, sparse septatis vel simplicibus, circ. 200 × 7-8, ochraceis, apice in vesiculam globosam verruculosam 30 µ. diam. desinentibus; conidiis ex verruculis oriundis, oblongo-ellipsoideis, pallide ochraceis, 4-5 × 2.

Hab. in fimo cuniculorum, Kew Britanniæ.

BUSEELLA P. Henn. Fungi Afr. Orient. in Bot. Jahrb. XXVIII p. 40 (Etym. a cl. bot. collectore W. Busse). — Hyphæ fertiles erectæ, simplices, septatæ, apice clavatæ vel subpalmatæ. Conidia acrogena, haud catenulata, ovato-ellipsoidea, colorata; basidia brevia. — Inter Cephalosporiaceas. *Œdocephalo* affinis.

1. **Buseella Caryophylli** P. Henn. l. c. — Maculis rotundatis, fuscis, 5191
arescentibus, rufo-brunneo-cingulatis; cæspitulis amphigenis; hyphis fertilibus cæspitose fasciculatis, erectis, hyalinis, basi incrassatis, septatis, usque ad 0,5 mm. longis, ca. 10-15 µ. crassis; apice vesiculoso-clavatis vel palmatis, ca. 20 µ. cr.; capitulis subglobosis 40-50 µ. diam.; basidiis breve subulatis vel obsoletis, conidiis ovoideis vel ellipsoideis, inæquilateralibus, luteis, aculeato-verrucosis, 18-21 × 14-16.

Hab. in foliis Caryophylli aromatici parasitica, Zanzibar Afr or. (W. Busse).

2. **Buseella Marantaceæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 393, 5192
cum icon. (Hedwigia). — Maculis fuscidulis, rotundatis, gregariis, hyphis sterilibus repentibus, hyalinis, 3-4 µ. crassis, hyphis fertilibus erectis, basi incrassatis, ca. 80-200 µ. longis, septatis, hyalinis, ca. 10-15 µ. crassis, apice intus guttulatis, vix incrassatis, palmatifidis, conidiophoris plurimis, subfusoideis vel apice denticulatis, 10-15 × 4-5 hyalinis; conidiis subglobosis, lunulatis vel ovcideis, intus viridi-guttulatis levibus, 25-30 × 20-25.

Hab. in foliis Marantaceæ cujusdam, Rio Juruá, Fortaleza Amer. merid.

3. **Buseella Stuhlmanni** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 55. 5193
— Maculis rotundatis, fuscidulis; cæspitulis plerumque epiphyllis,

2-3 mm. diam. pallidulis; hyphis conidiophoris, erectis, 250-300 µ. longis, septatis, simplicibus, basi 25-30, ad apicem ca. 15 µ. cr., apice subvesiculoso-clavatis vel palmatis, capitulis subglobosis 40-80 µ. diam.; conidiophoris subconoideo-curvulis, 12-20 µ. longis; conidiis ellipsoideis v. ovoideis, interdum curvatis, pluriguttulatis, flavo-viridulis, 18-25 × 13-20.

Hab. in foliis Psidii Guajavæ, Dar-es-Salam, Zanzibar Africæ orient. (STUHLMANN).

GLIOBOTRYS v. Höhnel Fragmente zur Mykologie 1903, pag. 62 (Etym. *glia* gluten et *botrys* racemus). — Hyphæ steriles parcæ, repentes; hyphæ fertiles, erectæ, hyalinæ, apice vix inflatæ, coronam compactam e ramulis brevibus, hyalinis, simplicibus, verticillatis gerentes. Conidia olivacea, continua, ellipsoidea, muco obvoluta, in capitula globosa congesta. — Est *Stachybotrys* hyphis hyalinis et conidiis muco obvolutis.

1. **Gliobotrys albo-viridis** v. Höhnel l. c. — Hyphis fertilibus hyalinis, septis 1-5, plerumque simplicibus, 120 × 5-8, apice paullo crassioribus, ramulos 5-8, simplices, cylindraceos, 10-12 µ. long., congestos gerentibus; conidiis continuis, ovoideis, dilute olivaceis vel viridibus, 4-6 × 3-4,5, muco obvolutis, in capitula globosa congestis. 5194

Hab. in ligno putrido Aceris Pseudoplatani, in silvis subalpinis ad montem Steinkogl, prope Kaumberg Austriæ inf.

BOTRYOSPORIUM Corda — Syll. IV p. 54, XIV p. 1043, XVI p. 1026.

1. **Botryosporium longibrachiatum** (Oudem.) Maire Ann. Mycol. 1904, p. 341, *Botrytis longibrachiata* Oud. — Syll. X, p. 537. — Ita vocandum est *Botryosporium pulchellum* R. Maire — Syll. XVI, p. 1027 — et *Cephalosporium dendroides* Ell. et Kell. in Journ. of Mycol. vol. 9, 1903, I p. 5, cum icone.

CEPHALOSPORIUM Corda — Syll. IV p. 56, X p. 523, XI p. 591, XIV p. 1043.

1. **Cephalosporium charticolum** Lindau in Rab. Krypt. Flora, Pilze VIII, p. 107. — Cæspitulis albis, irregularibus, sæpe late expansis, adpressis; hyphis sterilibus, repentibus, 1,5-2 µ. cr., obsolete septatis; conidiophoris e mycelio lateraliter nascentibus, simplici- 5195

bus, adscendentibus, hyalinis, 18-30 × 1,5, sursum acutatis, continuis, basi sæpe 1-septatis; conidiis in apice conidiophororum in capitulum circ. 12 μ. conglutinatis, oblongo-ellipsoideis v. ovoideis, hyalinis, 4-5 × 1-2.

Hab. in tapetibus udis in Germania. — Dimensionibus conspicue diversis a *Cephal. Acremonio* diversum.

2. **Cephalosporium fructigenum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr- 5196
trees, Melbourne 1902, p. 85, tab. XVII, fig. 15-17. — Hyphis sterilibus longis, flexuosis, hyalinis, septatis, furcatis, 5 μ. crassis; ramulis fertilibus, erectis, flexuosis, subseptatis; conidiis ex hyphis in capitulum ad ramulorum apicem collectis, sed forte ex hyphis primariis oriundis, hyalinis, ellipticis, generaliter 2-guttulatis, dense congestis, 5-10 × 2-3.

Hab. in fructibus immaturis, South Australia. — A *Ceph. Acremonio* Corda, hyphis septatis, conidiis duplo longioribus etc. differt.

3. **Cephalosporium humicola** Oud. Fl. Myc. obt. par la culture sur 5197
gelatine etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, pag. 285, tab. XVI, fig. 1-2. — Cæspitibus orbicularibus, lanosis, primo niveis, denique ambitu albis, centro dilutissime roseis; hyphis decumbentibus ramosis, septatis, hyalinis, 3-5 μ. cr., intermixtis quibusdam crassioribus, articulatis, irregularibus, articulis brevioribus, protoplasmate spumoso farctis, chlamydosporarum ad instar cum longioribus alternantibus; hyphis erectis tenuioribus, 100-200 μ. altis, simplicibus, continuis, summo capitulo globuloso 20-26 μ. diam., dilutissime roseo ornatis; conidiis conglutinatis, sphæricis 2,3-2,5 μ. diam. fere hyalinis.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

4. **Cephalosporium Koningi** Oud. Fl. Myc. obt. par la culture sur 5198
gelatine etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 285, tab. XVII, fig. 1-2. — Niveum; hyphis sterilibus decumbentibus, ramosis, hyalinis, protoplasmate spumoso farctis, 12-15 × 6-12, interruptis; hyphis fertilibus erectis, ramosis, continuis, protoplasmate fumoso repletis; ramis singulis glomerulo conidiorum globulosorum, laxe cohærentium, membrana involvente obsolute destituto, terminatis; glomerulis 25-35 μ. diam.; conidiis perfecte globosis, hyalinis, continuis, 10-25 μ. diam.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

5. **Cephalosporium succineum** Massee et Salm. Coproph. fungi, II, p. 79, fig. 34. — Cæspitulis minutis, sparsis, succineis; hyphis fertilibus simplicibus, parce septatis, apice nodulosis, 60-80 × 5-6; conidiis in capitulum subglobosum v. subclavatum congestis, succineis, asperulis, 9-11 μ. diam. 5199

Hab. in fimo ovino, Reigate Britanniæ

TRICHODERMA Pers. — Syll. IV p. 59.

1. **Trichoderma violaceum** Oudem. Contr. XX. Myc. Pays-Bas, 1904, p. 1123 (Ned. Kruidk. Arch.). — Hyphis mycelialibus serpentibus, hyalinis, continuis, ramosis, 2-3 μ. cr. ramos fertiles erectos simplices hyalinos, continuos, 35 × 1,5-2 edentibus; ramis in globulum conidiorum violaceo-nigrescentem mox fatiscentem, 11-14 μ. diam. terminatis; conidiis globulosis læte violaceis (coacervatis saturatioribus) basi apiculata hyphæ apici adhærentibus, 2-3 μ. diam., catenulatim evolutis, tunica nulla inclusis. 5200

Hab. in foliis putridis Nicotianæ Tabaci, Bussum Hollandiæ (Koning).

2. **Trichoderma racemosum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 105, fig. 118-121. — Cæspitulis effusis, subgregariis, compactis, pallide roseis; hyphis sterilibus tenuibus, septatis, ramosis, granulosis 3,5 μ. crass.; hyphis fertilibus, breve ramoso-racemosis; conidiis hyalinis, globosis v. subglobosis usque 12-catenulatis, 8-9 μ. diam. 5201

Hab. in foliis Pruni Persicæ, Armadale Australiæ.

3. **Trichoderma Koningi** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 291, tab. XXXI, fig. 1-7. — Cæspitibus orbicularibus, lanosis, primo albis, dein vage viridi-punctatis v. maculatis, tandem æqualiter æruginеis v. læte olivaceis; hyphis omnibus hyalinis, subtilissime remote septatis, ramosis; ramis alternis vel oppositis, ipsis denuo semel v. bis bi-aut-trifurcatis, radiis ultimis summo conidiiferis; conidiis fere hyalinis, ellipticis, 3-4 × 2,5-3, in glomerulos virides 8-10 μ. diam., muco destitutos, coadunatis, mox quoquoversus destributis. 5202

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

ACONTIUM Morgan Journ. of Mycol. 1902, VIII p. 4 (Etym. *acontion* telum, ob formam conidiorum). — Hyphæ decumbentes, hya-

linæ, septatæ, vage ramosæ; hyphæ fertiles ascendentes, conidia plurima, in glomerulum conglutinata, superne gerentes. Conidia simplicia cylindrica vel fusiformia, levia, hyalina. — A *Cylindrocephalo* differt conidiis muco obvolutis ut in *Cephalosporio*.

1. **Acontium album** Morgan l. c. — Cæspitulis effusis, albis, densis, tenuibus, minute pubescentibus; hyphis repentibus filiformibus, hyalinis, parce septatis, intricate ramosis; hyphis fertilibus ascendentibus, 40-60 μ. longis, ramosis, brevibus, simplicibus vel apice subseptatis, glomerulum conidiorum 6–12 elongatum, subfusiformem efformantibus; glomerulis interdum 2-3 confluentibus; conidiis cylindraceo-fusiformibus, rectis, hyalinis, 18-25 × 1. 5203

Hab. in cortice interiore Aceris spec., Ohio Amer. bor.

2. **Acontium velatum** Morgan l. c. p. 5. — Cæspitulis (hyphasma) effusis, tenuibus, albis, densis, flocculosis; hyphis longe repentibus, intricate ramosis, hyalinis, septatis; conidiis in apice ramulorum, in glomerulum 15–25 μ. diam., subglobosum vel irregularem conglobatis; conidiis elliptico-oblongis, subclavatis v. subcylindraceis, hyalinis, levibus, magnitudine variabilibus, 8–12 × 2,5–3,5. 5204

Hab. in trunco reciso Juglandis nigræ, Ohio Amer. bor.

3. **Acontium minus** Morgan l. c. p. 5. — Cæspitulis effusis, tenuibus, albis; hyphis repentibus, filiformibus, hyalinis, septatis, ramosis; ramis fertilibus simplicibus, superne conicis, ascendentibus vel erectis, 20–60 μ. longis, apice glomerulum globosum v. ovoideum, album efficientibus; conidiis cylindraceis, levibus, hyalinis, utrinque obtusis, 5-9 × 2. 5205

Hab. in leguminibus putrescentibus Gleditschiæ, Ohio Amer. borealis.

ASPERGILLUS Micheli — Syll. IV p. 64, X p. 524, XI p. 591, XIV p. 1044, XVI p. 1027.

1. **Aspergillus nanus** Oudem. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 1904, p. 1121 (Ned. Kruidk. Arch.). — Capitulis minutis; hyphis sterilibus repentibus, tenuibus; hyalinis, ramosis; fertilibus erectis 180-235 μ. altis, simplicibus, tenuibus, hyalinis, continuis, apice in vesiculam subglobosam, hyalinam, 20-25 μ. diam. dilatatis; basidiis acutiusculis, confertis, hyalinis, continuis, 7–10 × 2,5, vesiculæ superficiem obtegentibus; conidiis in basidiis acrogenis, longe catenulatis, globulosis, apiculatis, 8–10 μ. diam., ex hyalino fumosis. 5206

Hab. in fragmento pergaminæ udæ ad servandum succum Rubi idæi jam adhibitæ, Bussum Hollandiæ (C. J. Konig).

2. **Aspergillus citrisporus** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, pag. 50. — Hyphis fertilibus simplicibus, hyalinis, 2-3-septatis, c. 1 mm. longis, inferne 20–25, superne 12-16 μ. latis, vesicula oblonga, c. 30 μ. lata; sterigmatibus simplicibus, hyalinis, acutis, 12-16 × 4; conidiis aureis v. ochraceis, ovoideo-citriformibus, verrucoso-aculeolatis, utroque polo acute papillatis, 8-12 × 5-7, breve catenulatis, capitula usque 150 μ. lata formantibus, membrana et plasmate conidiorum sub microscopio aureis. 5207

Hab. in fimo larvarum in silvis vallis Halterthal prope Hütteldorf Wienerwald Austriæ inferioris.

3. **Aspergillus atro-purpureus** A. Zimm. Centralbl. f. Bakter. 1902, p. 218. — Conidiophoris continuis, hyalinis v. (in culturis) demum brunneolis, 0,8 mm. long., 16-20 μ. cr ; capitulo globoso, 60–80 μ. diam.; basidiis phialiformibus, tandem vulgo 2-cellularibus, 16 × 6; sterigmatibus 3-4 × 1,5–2 ; conidiis globosis, fortiter verrucosis, atro-purpureis, 6–8 μ. diam., isthmis 2 μ. longis in catenam junctis. 5208

Hab. in fructibus putrescentibus Coffeæ libericæ, Buitenzorg Javæ.

4. **Aspergillus candidus** Link — Syll. IV, p. 66. — var. **tjibodensis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 240. — Hypha conidiophora filiformi, 350–400 × 12, continua, hyalina; vescicula 28-30 μ. diam.; basidiis brevissimis; conidiis globosis, quam in typo paullo majoribus, 5-6 μ. diam. 5209

Hab. in stromate indeterminato filiformi, sterili, udo, ad folia, Tjibodas, in insula Java.

5. **Aspergillus calyptratus** Oud. Fl. Myc. obt. par la culture sur gelatine etc. in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 283, tab. XIII, fig. 1-3. — Hyphis repentibus hyalinis, ramosis, septatis; erectis 200–300 μ. altis, strictis v. subflexuosis, continuis, deorsum hyalinis, sursum dilute griseis, summo in vesiculam ellipticam v. obpiriformem 20–22 μ. diam., concolorem inflatis; basidiis valde approximatis, numerosissimis, cylindraceis, acutis, 6 μ. altis; conidiis perfecte globosis, levibus, griseolis, 2,3 μ. diam., in series longissimas concatenatis, seriebus in corpus cylindricum 170 μ. altum, nigerrimum, calyptram martialem oblongam æmulans pileiformi-condensatis. 5210

Hab. in ligno quercino putri, Bussum Hollandiæ.

6. **Aspergillus Koningi** Oud. Fl. Myc. obt. par la culture sur gelatine etc. in Archives Neerlandaises de Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 284, 5211

tab. XIV, fig. 1-6. — Cæspitibus cremeis; hyphis repentibus, ramosis, continuis, hyalinis, erectis, strictis v. flexuosis, simplicibus, continuis, hyalinis ad 350 μ. altis, apicem versus in vesiculam subglobosam, levem 16-20 μ. diam., hyalinam dilatatis; basidiis anguste clavatis, hyalinis, simplicibus, continuis 8-10 × 2-3, summo rotundatis; conidiis perfecte globosis, cremeis 3 μ. diam, levissimis, concatenatis, in capitulum globosum, 85 μ. diam. conglobatis.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

7. **Aspergillus luchuensis** T. Inui in Journ. of the College of Sc. 5212
Tokyo, 1901, p. 469, t. XXII, fig. 1-8. — Hyphis sterilibus hyalinis, pluriseptatis; fertilibus erectis, simplicibus, continuis, hyalinis, membrana 1-3 μ. cr. donatis, 1-2,5 mm. longis, 10-15 μ. crassis, apicem versus in vesiculam globosam vel subglobosam, 20-30 μ. diam. initio hyalinam dein brunneam postremo nigram, dilatatis; basidiis anguste-clavatis, longiusculis, 6 × 3, hyalinis, dense stipatis, simplicibus superne brunneolis summo rotundatis; conidiis perfecte globosis, 4-4,5 μ. diam., maturitate verruculosis, brunneis.

Hab. iu cultura fermenti alcoholici « Awamori », Tokyo Japoniæ. — Evolutio ascophora nulla observata.

8. **Aspergillus perniciosus** T. Inui in Journ. of the Coll. of Sc. To- 5213
kyo, 1901, p. 473, t. XXII, fig. 9-12. — Hyphis sterilibus filiformibus, parcis, septatis; fertilibus erectis, continuis, flavo-chlorinis, 2,5 mm. altis, apice in vesiculam sphæricam inflatis; basidiis obclavatis apice constricto-rotundatis vesiculæ tertiam partem vix attingentibus; conidiis globosis, 4-5 μ. diam., verruculosis, brunneo-flavis.

Hab. in cultura fermenti alcoholici « Awamori-Koji », Tokio Japoniæ. — Evolutio ascophore nulla observata.

9. **Aspergillus Tokelau** Wahmer, Centralbl. f. Bakt. I, Abth. XXXV, 5214
1903, p. 140 c. icon. — Mycelio tenuissimo, hyalino, ramoso, 1,2 μ. cr., intra-epidermico, septato; conidiophoris magnitudine variabilissima a 100 usque ad 900 μ. long., apice vesiculoso-inflatis, vesicula clavata, hyalina, a 6 μ. usque 30 μ. diam., tenui-tunicata; stipite simplici, rarius irregulariter ramoso, continuo, rarissime parce septato, 6-13 μ. cr.; capitulo conidiorum usque 100 μ. diam., dilute brunneo-flavido; basidiis simplicibus, phialiformibus, 5-9 × 2-3, numero variis, radiantibus, sed vesiculæ partem super. tantum tegentibus; conidiis globosis, rarius globoso-ellipsoideis, te-

nuiter spinulosis, solitariis v. breviter catenulatis, flavidis, magnitudine ludibundis, 3-13 μ. diam.

Hab. intra epidermidem hominis in insulis Polynesiæ Tahaiti, Nova Caledonia, Samoa, Fidji, ubi morbum cutaneum præcipue extremitatum et thoracis, *Samoa-disease* et *Tokelau* dictum, affert.

10. **Aspergillus bronchialis** Blumentritt, Berichte deutch. bot. Ge- 5215
sellsch. 1902, p. 442, tab. XXII (absque diagnosi). — Mycelio irregulariter ramoso septato; conidiophoris filiformibus subcontinuis, subhyalinis, 280-300 μ. altis, apice in vesiculam globoso-ovoideam 12-19 μ. lat. inflatis; conidiis longe catenulatis, globosis, levibus, 3-4,5 μ. diam., typice griseo-virentibus, subinde griseis, v. olivaceis v. brunneolis.

Hab. in bronchis humanis in Germania. — *Aspergillus Westendorpii* Sacc. et March. in Rev. mycol. 1885 p. 149 (in fimo vaccino in Belgio) certe fortuito a defuncto C. Roumeguère fuit citatus, nam nullibi speciem hujus nominis descripsi nec in herbario servo.

ALLIOSPORA G. Pim, Proc. R. I. Acad. 1883 et in Journ of Bot. 1883, p. 234 (Etym. ab *Allio* cujus restem simulat). — Hyphæ erectæ apice vesiculam gerentes; basidia verticillato-ramosa, apicibus catenulas conidiorum globosorum gerentibus. — Fere absque dubio genus cum *Sterigmatocysti* collidit.

1. **Alliospora Sapuçaya** Pim, l. c. — Atro-brunnea, velutina, effusa; 5216
hyphis erectis; basidiis dense stipatis septatis, sursum verticillato-ramosis, ramulis ultimis conidiophoris; vesiculis seu columellis areolatis; conidiis globosis, purpureo-brunneis, 5 μ. diam. catenulatis, alliorum restes æmulantibus.

Hab. in nucibus putrescentibus Sapucaya (Lecythis Sapucajo Aubl.) ex America tropica.

STERIGMATOCYSTIS Cram. — Syll. IV p. 71, X p. 524, XI p. 593, XIV p. 1046, XVI p. 1029.

1. **Sterigmatocystis pseudonigra** Cost. et Lucet in Bull. Soc. Mycol. 5217
1903, p. 31. — Peraffinis *S. nigræ* a qua notis minimis biologicis, tamen constantibus satis differt, nempe (culta in liquido Raulini) præbet stratum myceliare leve nec plicato-cerebriforme, capitula distincta remotiuscula nec confertissima etc.

Hab. in crustis epidermicis tineæ in capite Equi, Parisiis.

2. **Sterigmatocystis Strychni** (Lind.) Sacc. et D. Sacc. *Aspergillus* 5218

(Sterigm.) *Strychni* Lind. in Hedw. 1904, p. 306. — Endogena, pulveracea, nigra; mycelio repente, hyalino 3-4 μ. cr., septato; conidiophoris cylindraceis, 2-4 mm. long., 11-15 μ. cr., apice capitulo nigro $^1/_4$-$^1/_3$ mm. diam. terminatis; vesicula globosa, atro-brunnea, 58-66 μ. diam., verruculis minutis regularibus asperula; basidiis e verruculis oriundis clavatis, brunneis, apice obtusatis, 68-100 × 7-20, subinde 1-septatis, apice basidiis secundariis seu sterigmatibus circ. 6, clavulatis 10-12 × 3,5, apiculatis coronatis; conidiis longiuscule catenulatis, globulosis, brunneolis, (coacervatis nigricantibus) 4 μ. diam., minutissime muriculatis.

Hab. in fructibus Strichni lasiosepalæ ex Angola Africæ, ubi legit Dekindt.

3. **Sterigmatocystis Welwitschiæ** (Bres.) P. Henn. in Ergebn. de Kunene Expedit. pag. 168 (1902). Huc ducenda est *Ustilago Welwitschiæ* Bres. — Syll. XIV, p. 411. — Hypha simplex 12-18 μ. crassa, apice in columellam globosam et pseudobasidiis præditam, inflata; conidia 3,5-4 μ. diam. atro-brunnea, granulosa.

AMBLYOSPORIUM Fres. — Syll. IV p. 77, X p. 527.

1. **Amblyosporium echinulatum** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 15 (extr.). — Cæspitibus griseo-virentibus; hyphis repentibus hyalinis, ramosis, septatis, ca. 10 μ. cr., erectis, simplicibus, continuis, 10 μ. cr., sursum dilute griseo-virentibus, summo inflatis ibidemque ramulos plurimos, dense verticillatim v. spiraliter dispositos, anguste lageniformes 25 μ. longos, ferentibus; conidiis catenulatis, ellipticis v. ovatis, utrinque truncatis, subtilissime echinulatis, dilute griseo-virentibus 8-12 × 6-9. 5219

Hab. in foliis Nicotianæ Tabaci, Bussum Hollandiæ.

PENICILLIUM Link — Syll. IV p. 78, X p. 527, XI p. 593, XIV p. 1047, XVI p. 1030 *).

1. **Penicillium pallido-fulvum** Peck in Rep. of the State botanist, 1902, p. 30. — Hyphis sterilibus repentibus, stratum dense tomentosum efformantibus; hyphis fertilibus, erectis, septatis, simplicibus vel 5220

*) Conferenda illustratio cl. O. Stoll *Beitr. zur morphol. und biolog. Char. von Penicilliumarten.* Würzburg, 1904, ubi culturæ ope diligenter describuntur et pinguntur species generis sequentes: *P. brevicaule, P. glaucum* (= crustaceum) *P. olivaceum, P. italicum, P. luteum, P. purpurogenum* et *P. rubrum.*

superne 1-3-breve-ramosis vel denticulato-protuberantibus; conidiis catenulato-ellipsoideis, 3-4 μ. longis, diu hyalinis dein pallido-fulvis v. ochraceis.

Hab. parasitice in Lactario deceptivo, Round Lake, Amer. bor.

2. **Penicillium simplex** Lindner Mikrosc. Betriebskontr. 1901, p. 315 5221
c. ic. et Atl. d. mikr. Grundl. Taf. 35. — Pulvinulis inæqualiter colliculosis, cacaino-brunneis; hyphis fertilibus simplicibus, nec apice verticillatis in catenulas conidiorum abeuntibus; conidiis globulosis longiuscule catenulatis, minute 1-guttulatis, 3 μ. d. (ex ic.).

Hab. in musto gelatinoso enatum et cultum in Germania. — Ob defectum hyphæ superne verticillato-ramosæ, potius *Oosporæ* species videtur.

3. **Penicillium Epsteinii** Lindau in Deutschl. Krypt. Flora Pilze, VIII, 5222
p. 166, *P. album* Epsteinii, Arch. f. Hygiene, 1902, XLV, p. 360. — Mycelio albo, densiore ac *P. glauci;* conidiophoris ut *P. glauci;* conidiis copiosis ex pure albis demum flavidulis.

Hab. in caseo (*Briekäse*), cujus maturitatem inducit, in Germania. — Species morphologice imperfecte cognita, sed biologice melius nota et diversa a *P. glauco.* An eadem a *P. candidum?* (Lindau).

4. **Penicillium radiatum** Lindner Mikrosc. Betriebskontr. 1901, p. 314 5223
c. ic. — E baccis *Vaccinii* radiatim oriens, glaucum, *Penicillio glauco* subsimile, apice parcius ramosum; conidiis globosis longe catenulatis, levibus, 2 μ. diam. (ex icone).

Hab. in fructibus Vaccinii Myrtilli in Riesengebirge, dein cultum in laboratorio. — Forte acidum citricum ex baccis format.

5. **Penicillium Wortmanni** A. Klöcker Compt. rend. Laborat. Carls- 5224
berg VI, 1903, p. 100, cum ic. — Mycelio albo, mox sulphureo et demum aurantiaco; conidiophoris modo *Penicillii lutei* divisis; basidiis plerumque 9-13 μ. long.; conidiis e globoso-ovoideis, plerumque 2 μ. longis, non raro majoribus, coacervatis, griseo-virentibus, demum cinereis.

Hab. in musto gelatinæ commixto cultum in laboratorio Carlsberg Daniæ ex humo ex Dania, Italia et Himalaya advecta. — Statum ascophorum, *Gymnoasco flavo* similem, facile profert: ascis e globoso-ovoideis 8-13 μ. long. octosporis; sporidiis ovoideis 4,6 × 2,6 minute verruculosis, sæpius flavido-tinctis. Ab affini *Penicillio luteo* præcipue dignoscitur endosporis ubique verruculosis nec 3-4-lineatis.

6. **Penicillium silvaticum** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, pag. 289, tab. XXVII, fig. 1-4. — Cæspitibus orbicularibus, avellaneis, non zonatis; hyphis repentibus, ramosis, septatis, hyalinis, 1,5-6,5 μ. cr., erectis, 210 μ. altis, 2-3,3 μ. cr., hyalinis, septatis, sursum basidiorum numero 5 ad 8, lageniformibus, summo vix inflatorum 16-22 μ. long., verticillo coronatis; conidiis ex apice basidiorum emergentibus, in catenas longissimas (100-160 μ.) coalitis, globosis dilute avellaneis, levissimis, 2-3 μ. diam.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

7. **Penicillium desciscens** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine etc., in Archives Neerlandaises 1902, p. 288, tab. XXIV, fig. 1-5. — Species *P. humicolæ* Oud. affinis, sed ab ea desciscens hyphis fertilibus sursum nonnumquam ramulo laterali auctis, præsertim autem summo di-tetrachotomis; ramis basidia fulcientibus 9-12 μ. longis; basidiis ipsis 10 μ. alt.; conidiis 2-3 μ. diam. 5225

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

8. **Penicillium geophilum** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine etc., in Archives Neerlandaises 1902, p. 288, tab. XXV, f. 1-5. — Cæspitibus orbicularibus, in zonas alternatim dilute et saturate griseas, serius autem alternatim albas et læte virentes divisis; hyphis repentibus ramosis, septatis, hyalinis 4-8 μ. cr.; erectis ca. 360 μ. altis, 6 μ. cr., hyalinis, remote septatis, sursum basidiorum (vulgo 9 numero) lageniformium, summo globuloso-inflatorum, p. m. flexuosorum, 30 μ. long. verticillo coronatis; conidiis ex apice basidiorum emergentibus in catenulas longissimas digestis, globosis, subhyalinis, levissimis, 3-4 μ. diam. 5226

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum, Hollandiæ.

9. **Penicillium humicola** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 289, t. XXVI, fig. 1-5. — Cæspitibus orbicularibus cremeo-virescentibus valde dilutis, non zonatis; hyphis repentibus ramosis, septatis, hyalinis, protoplasmate cremeo-virescenti, quasi spumoso, repletis 1-4 μ. cr., erectis, 110-120 μ. altis, 1-1,5 μ. cr., hyalinis, septatis, summo bis trichotomis, ramulis primariis 8-10 μ., secundariis sive basidiis 5 μ. long., omnibus cylindraceis, continuis, hyalinis; prioribus paullo crassioribus, sæpe curvatis v. sigmoideis, ultimis nonnun- 5227

quam lageniformibus, conidiophoris; conidiis globosis 2 μ. diam., hyalinis, continuis.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

10. **Penicillium purpurogenum** O. Stoll, Beitr. z. morph. und biol. Char. Penicill. Würzburg, 1904, pag. 32, t. I, f. 6, t. III, f. 2, t. IV, f. 3. — Hyphis mycelicis hyalinis, mox rubentibus et dein cæspitulos 3 mm. diam. roseos formantibus, septatis, 2,6 μ. cr.; conidiophoris brevibus, apice sæpius trifidis, ramulis obtusis, 7-8 × 2,6; basidiis sæpius quaternis utrinque acutiusculis 7 × 2; conidiis catenulatis, ovoideo-globosis, 2,8 × 1,7, sub vitro virescentibus, levibus. 5228

Hab. in fructibus Oryzæ ex Japonia, socio *Aspergillo Oryzæ* (Alex. Fleroff).

11. **Penicillium rubrum** O. Stoll, Beitr. z. morph. und biol. Char. Penicillium Wüzburg 1904, p. 35. t. I, f. 7, t. III, f. 3, t. IV, fig. 4. — Hyphis mycelicis et conidiophoris initio hyalinis dein brunneolo-flavis demumque rubro-brunneis, cæspitulos 2 mm. alt. formantibus, 4 μ. cr., septatis; conidiophoris apice penicillato-ramosis, ramulis subquaternis 10 × 2,5; basidiis quoque subquaternis 9-10 × 2-2,5; conidiis subglobosis, 3-3,3 μ. diam., levibus. 5229

Hab. cultum in tuberibus Solani tuberosi etc. ex Vindobona Austriæ (Grossberger).

12. **Penicillium granulatum** Bainier, Bull. trim. Soc. Myc. de France, vol. XXI, 1905, p. 126, tab. XI, fig. 6-7 (absque diagnosi). — Hyphis mycelicis et conidiophoris eximie granulato-spinulosis; conidiophoris ascendentibus, sursum modo *Penicilli glauci* divisis; conidiis ex globoso breve ellipsoideis, 2,1-2,6 μ. diam. 5230

Hab. in ligno quercino putri udo in silvaticis prope Paris Galliæ. — Diu cultum in laboratorio formam *coremialem* quoque protulit.

13. **Penicillium claviforme** Bainier, Bull. trim. Soc. Myc. de France, vol. XXI, 1905, p. 127, tab. XI, fig. 8-9-10-11 (absque diagnosi). — Album, dein virescens, plerumque formam coremialem induens; coremiis majusculis, 1-2 cm. altis simplicibus v. furcatis, sursum incrassatis et in capitula depresse globosa abeuntibus, hinc claviformibus; conidiophoris modo *Penicillii* normali divisis; conidiis maturis globosis v. brevissime ovoideis, plerumque 4,2 × 3,1. 5231

Hab. frequens in pulvere corticis quercini in officinis pharmaceuticis, Paris Galliæ.

14. **Penicillium Anisopliæ** (Metchnikoff) Vuill. Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 221, tab. XI, fig. 1-8. — Ita vocanda, teste cl. Vuill. l. c.: *Entomophthora Anisopliæ* Metchn. — Syll. IX, p. 355 — quæ eadem ac *Oospora destructor* (Metchn.) Delacr. — Syll. XI, p. 588. — Species vulgo dicta *Muscardine verte*, ex icone citata Vuill. structuram præbet *Penicillii* typicam.

GLIOCLADIUM Corda — Syll. IV p. 84, X p. 528, XI p. 594, XIV p. 1048.

1. **Gliocladium pulchellum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 242, 5232
Ic. fung. Jav. t. LXVII, fig. 4. — Laxe gregarium; hyphis fertilibus erectis, simplicibus, continuis, albidis, 1 mm. altis, apice non inflatis, basi 40-45 μ. cr. apice 20-22 μ. cr.; capitulis globoso-hemisphæricis, sordide roseis; basidiis densissimis, penicillato-radiantibus, furcatis v. simplicibus, filiformibus, 80-90 × 1,7-2, inter se muco conglutinatis; conidiis minutis, ovato-ellipsoideis, catenulatis 2,8-3 × 1,7-2 pallidis.

Hab. in thallis Lichenum et surculis foliisque vivis Muscorum, probabiliter parasiticum, Tjibodas, in insula Java. — Species prædistincta et ob hyphas non septatas forte novi generis typus, *Cladoglium* dicendus.

2. **Gliocladium luteolum** v. Höhn. in Ann. Mycol. 1903, p. 528. — 5233
Hyphis sterilibus obsoletis; hyphis fertilibus sparsis, levibus, dilute ochraceis, supra hyalinis et tenuiter tunicatis, c. 6 μ. crassis, infra crassiuscule tunicatis, c. 10 μ. crassis, c. 5-septatis, 360 μ. altis, supra penicillato-ramosis, ramis verticillatis, iterum ramuligeris, confertis, parallele stipatis; conidiis in ramulis acrogenis, in capitulum globoso-luteolum, 80-100 μ. latum, muco conglutinatis, numerosissimis, hyalinis, oblongis, continuis, 5-7 × 3.

Hab. sparsum in ligno carioso in silvis ad « Wassergesprenge », Wienerwald Austriæ inferioris, mense Octobri anni 1903.

3. **Gliocladium Nicotianæ** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3, Ser. II, 4, 5234
1903, pag. 901, tab. VI, fig. 3. — Hyphis sterilibus repentibus, basi paullo incrassatis, hyalinis; fertilibus erectis, septatis, hyalinis, ramosis; ramulis primariis quaternatis, verticillato-confertis, cylindraceis, 32-48 μ. longis; ramulis secundariis ternatis; basidiis 2 in singulo ramulo secundario orientibus, cylindraceis, hyalinis, 16 μ. longis; conidiis oblongis, hyalinis, continuis 8-10 × 3-4 in capitulum dispositis, conglutinatis, guttula gelatinosa 1,5 mm. d. cinctis.

Hab. in foliis putrescentibus Nicotianæ Tabaci, Amerongen Hollandiæ (C. J. Koning).

HAPLARIA Link. — Syll. IV p. 45, X p. 529.

1. **Haplaria corticioides** Ferr. et Sacc. in Atti Congr. bot. Palermo 1903, p. 57. — Effusa, epixyla, compactiuscula, e griseo dilutissime olivacea, pulveraceo-velutina; hyphis ex hypostromate pseudoparenchymatico crassiusculo olivaceo-fusco ascendentibus, 80–110 × 3, filiformibus, e hyalino griseis, indivisis v. furcatis, erectis, subcontinuis, sursum minute denticulatis; conidiis e denticulis oriundis, globosis 3-3,5 μ. diam., levibus e hyalino griseis. 5235

Hab. in cortice vetusto emortuo Coryli Avellanæ, Crescentino Italiæ bor. — Affinis *H. salicinæ* Sacc., sed magis effusa et hypostromate prædita, qua nota *Corticium* fere in memoriam reddit. Ob hyphas non raro indivisas ad *Acladium* quoque vergit.

ACLADIUM Link. — Syll. VII p. 87.

1. **Acladium candidum** Maublanc in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. III, p. 295, tab. XV, fig. X. — Album, subfilamentosum; hyphis arctissimis, hyalinis 1 μ. latis; conidiis sessilibus, ovoideo-fusoideis, hyalinis, 5-8 × 1. 5236

Hab. in solutione salina, Paris Galliæ.

PHYSOSPORA Fr. — Syll. IV p. 88, X p. 530, XIV p. 1049.

1. **Physospora albida** v. Höhn. in Ann. Mycol. I (1903) p. 527. — Cæspitulis effusis, lanoso-velutinis, albis; hyphis repentibus, varie ramosis, 6–10 μ. latis, septatis, hinc inde ramos fertiles assurgentes simplices vel infra parce ramosos, usque 220 μ. long. gerentibus; ramulis fertilibus supra denticulis conidiophoris exasperatis vel vesiculas ovoideo-oblongas, c. 12 μ. long. et 9 μ. lat., denticulato-conidiophoras, hinc inde breve catenulatas exserentibus; conidiis ellipsoideis, tenuiter tunicatis, hyalinis, sæpe basi breve apiculatis, 12-14 × 8–10. 5237

Hab. in truncis putrescentibus Abietis pectinatæ et in muscis adhuc vivis in silvis prope Rekawinkel, Wienerwald Austriæ inferioris. Præcipue colore a ceteris speciebus generis diversa.

2. **Physospora spiralis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 241, Ic. fung. Jav. t. LXVII, f. 2. — Effusa, fulvo-ochracea, velutino-pulveracea; hyphis fertilibus assurgentibus, filiformibus 9-10 μ. cr., septatis, ter-quater dichotomo-ramosis, ramis arrectis eximie 5238

tortuoso-spiralibus, ultimis inæqualiter inflatulis, denticulatisque; conidiis e denticulis oriundis, globosis 11-12 μ. diam., dilute fulvis, intus granulosis.

Hab. in corticibus putridis udis in horto bot. Bogoriensi, in insula Java. — Affinis *Ph. rubiginosæ,* sed hyphis spiralibus mox distinguenda.

ACREMONIUM Link. — Syll. IV p. 89, X p. 531.

1. **Acremonium fimicolum** Massee et Salm. Coproph. fungi, II, p. 79, fig. 92. — Cæspitulis albis minutis; hyphis repentibus, filiformibus sparse septatis, furcatis, hyalinis, 4 μ. cr.; ramulis fertilibus subulatis 5-8 μ. long. hinc inde in cæspitulos irregulariter positis; conidiis globosis, 6-8 μ. diam. hyalinis. 5239

Hab. in fimo cuniculorum, Kew Britanniæ.

2. **Acremonium Danyszii** C. Wize, Pilze des Cleon. punctiv., Crac. 1905, p. 717, fig. 3, tab. XV, f. 6 (cultura). (Bull. Acad. Crac.). — Intra corpus insecti sclerotium valde durum ex hyphis compactis formans; hyphis extra corpus fertilibus, 5 μ. cr., septatis, hyalinis, ramosis, articulis 40 μ. longis; conidiis ex apicibus acutatis ramulorum 30 × 5 basi inflatorum nascentibus, elongatis, utrinque rotundatis, 10 × 5, levibus, demum mucilaginosis, caducisque. 5240

Hab. in larvis et chrysalidibus Cleoni punctiventris Ukraina Rossiæ. — Cl. J. Danysz dicata species. Conidia delapsa hyphis sæpe arcte adhærent annulosque imitantur v. muco fulvo inter se hyphasque agglutinantur.

3. **Acremonium Cleoni** C. Wize, Pilze des Cleon. punctiv. Crac. 1905, p. 719, fig. 4, t. XV, f. 7 (cultura) (Bull. Acad. Crac.). — Cellulis mycelii intra corpus insecti in sclerotium durum concrescentibus, ovoideis; hyphis extra corpus ramosis, septatis, hyalinis; ramulis fertilibus sursum acutatis, 18 × 3; conidiis acrogenis, ellipsoideis, 6 × 3, hyalinis, solitariis. 5241

Hab. in larvis et chrysalidibus Cleoni punctiventris, Ukraina Rossiæ. — Cellulæ intra corpus insecti hyalinæ globulosæ 8 μ. cr., in substrato quocumque cultæ, more *Saccharomycetis* pullulant et hyphas fertiles edunt.

4. **Acremonium Soropsis** C. Wize, Pilze des Cleon. punctiventr. Crac. 1905, p. 720, fig. 5, tab. XV, f. 8 (cultura) (Bull. Acad. Crac.). — Sclerotio intra corpus insecti nidulante, valde duro ex hyphis dense stipatis, septatis, versiformibus formato; hyphis fertilibus extra corpus emergentibus 70 × 6 ramosis, ramis 2-septatis, hya- 5242

linis, apice conidiophoris; conidiis cuneiformibus, continuis, levibus, 19 × 5, hyalinis.

Hab. in larvis et chrysalidibus Cleoni punctiventris, Ukraina Rossiæ. — Subinde hyphæ exteriores soros globulosos umbrinos 60 μ. diam. ex cellulis globulosis minutis formatos proferunt.

THERMOMYCES Tsilinsky, Ann. Inst. Past. 1899, XIII pag. 500, tab. IV f. 7-8 (Etym. *thermos* calidum et *myces*). — Mycelium album, ramosum, repens, (septatum?); ramuli breves simplices, ascendentes, apice monospori. Conidia solitarie acrogena, globosa v. ellipsoidea, continua. — Congruit genus cum *Acremonio*, sed thermophilum est et tantum sub temp. + 38 centigr. evolvi potest.

1. **Thermomyces lanuginosus** Tsilinsky l. c. — Velutinus, albus; hyphis filiformibus 1,3 μ. cr. (ex icone); ramulis conidiophoris 8-10 μ. longis; conidiis sphæricis, v. globoso-ellipsoideis, 2,7-3 μ. 5243

Hab. ad terram et in pomis terra conspersis, temp. 42-60° centrigr., Parisiis. — Ad temper. infra 38° nec nasci neque vivere potest. In pane albo communi optime colitur.

XENOPUS Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 240, Ic. fung. Jav. t. LXVI, fig. 3 (Etym. *xenos* peregrinus, inusitatus, et *pous* pes). — Hyphæ steriles obsoletæ, fertiles erectæ, simplices v. ima basi junctæ, continuæ, pallidæ, ubique verruculosæ, apice vel prope apicem spicula pauca conidiophora gerentes. Conidia globosa vel ellipsoidea, solitaria, continua, hyalina. — *Rhinotricho* accedit, sed præprimis hyphis ubique verrucosis apice spiculigeris dignoscitur.

1. **Xenopus farinosus** Penz. et Sacc. l. c. Ic. fung. t. LXVI, f. 3. 5244 — Effusus, tenuis, farinosus, albo-hyalinus; hyphis 20-45 × 5-8; spiculis seu basidiis brevibus, acicularibus; conidiis ellipsoideis, utrinque rotundatis, 7 × 3-4, minute 2-guttulatis, hyalinis.

Hab. in culmis putridis in horto Bogoriensi Javæ.

SPOROTRICHUM Link — Syll. IV p. 96, X p. 532, XI p. 594, XIV p. 1050, XVI p. 1031.

1. **Sporotrichum foliicolum** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 16 (extr.). 5245 — Cæspitibus parvis, laxis, albis; hyphis repentibus delicatissimis, appressis, radiantibus, vage ramosis; ramulis flexuosis; conidiis copiosissimis, ramulis per totum decursum e latere affixis, locis

plurimis dense aggregatis, sessilibus, breve fusiformibus, hyalinis, utrinque obtusiusculis, 14 × 4,5.

Hab. in foliis Quercus pedunculatæ et Fagi silvaticæ emarcidis et delapsis, Bussum Hollandiæ.

2. **Sporotrichum Poæ** Peck, Rep. of the State Botanist 1902, p. 29. 5246
— Hyphis 2-3 μ. crassis, albis procumbentibus, ramosis, subintricatis; conidiis hyalinis, subglobosis, 4-8 μ. diam.

Hab. in vaginis et culmis Poæ pratensis, Geneva Amer. bor. — Forte morbificum.

3. **Sporotrichum radicicolum** A. Zimm. Centralbl. f. Bakter. 1902, 5247
VIII, pag. 219. — Cæspitulis albis, dein ærugineo-viridibus, ex hyphis hyalinis, 4 μ. cr. formatis; conidiophoris decumbentibus, pleuro-acrogenis, sterigmata phialiformia monospora gerentibus; conidiis ovoideis, viridulis, 3-4 × 2-2,5.

Hab. in radicibus emortuis variarum plantarum, Buitenzorg Javæ.

4. **Sporotrichum sulphureum** Grev. — Syll. fung. IV, p. 102, Ann. Mycol. II, p. 7.

Hab. in pulte zeina putrescenti, Noventa Padovana (Doct. Boscolo). — Conidia perfecte globosa, 3-3,5 μ. diam., levia, sulphurella; hyphæ ramulosæ, septulatæ, 2,8-3 μ. crassæ.

MONOSPORIUM Bon. — Syll. IV p. 113, X p. 535, XIV p. 1051.

1. **Monosporium silvaticum** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine etc., in 5248
Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 287. — t. XXII, fig. 1-3. — Cæspitibus orbicularibus niveis; hyphis repentibus ramosis, continuis, hyalinis, subinde dendroideo-ramosis, ramulis ultimis vulgo bi- rarius trifurcatis; conidiis in apice ramulorum solitariis, constanter hyalinis, obovatis, 3 × 2.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ. — A *Mon. viridescenti* Bon. cui maxime affine, colore constanter niveo, conidiisque obovatis neque sphæricis differt.

PLECTROTHRIX Shear in Bull. of the Torr. Bot. Club. 1902, p. 457 (Etym. *plectron* calcar et *thrix* capillus). — Hyphæ steriles repentes, paucæ; fertiles erectæ, sparsæ, apicem versus irregulariter spinoso-ramosæ. Conidia globosa, hyalina, acrogena. — Ab affini *Monosporio* Bonorden hyphis spinosis differt.

1. **Plectrothrix globosa** Shear l. c. — Effusa vel parce cæspitulosa; 5249
hyphis sterilibus paucis, hyalinis vel subhyalinis, septatis; ferti-

libus erectis, in matrice sparsis v. interdum in parvulum cæspitulum confertis, 3-5-septatis hyalinis vel basi læte coloratis, 250-350 × 3-4, apice acutis, superne ramos 3-9; breves, conicos, spinosos gerentibus, ramulo infero longiore et dichotomo; conidiis acrogenis 15-20 μ. diam. globosis, hyalinis.

Hab. in foliis Vaccinii macrocarpi, Parkdale, N. J. Amer. borealis.

LANGLOISULA Ell. et Ev. — Syll. X p. 535.

1. **Langloisula rubiginospora** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 106, fig. 122-124. — Amphigena, brunnea, expansa, superficialis; hyphis decumbentibus, hyalinis, septatis dichotomo-ramosis, ramis ultimis brevibus valde spinulosis; conidiis ferrugineo-brunneis, ellipticis vel ovalibus, echinulatis, 27-32 × 19-23. 5250

Hab. in foliis Pruni Persicæ, Auckland Novæ Zelandiæ et Victoria Australiæ.

2. **Langloisula macrospora** Annie L. Smith in Journ. R. Micr. Soc. 1901, pag. 617, tab. XIII, fig. 3. — Hyphis intricatis, septatis, ramosissimis 5-8 μ. diam., 12-40 μ. long. ramis fusiformibus acute terminantibus, hyalinis; conidiis in spinulis solitarie acrogenis, brunneis, ovoideis, verrucosis, 25-30 × 15-20. 5251

Hab. in seminibus herbarum germinantibus, Britannia.

BOTRYTIS Mich. — Syll. IV p. 116, X p. 536, XI p. 596, XIV p. 1052, XVI p. 1032.

1. **Botrytis Hormini** Farneti Svil. e polim. nuovo microm. paras. p. 2 (Atti Ist. bot. Pavia vol. VII, 1902) t. XVII, XX. — Cæspitulis floccoso-gossypinis, albis, subrotundis, dein (congestis) subfulvis; hyphis fertilibus cinnamomeis, sursum repetito dichotome v. subtrichotome ramosis, ramulis brevibus, obtusiusculis; conidiis obovatis dense capitatis, irregulariter secedentibus, cinnamomeis, hilo instructis, 11 × 7-7,7, episporio levi pellucido. 5252

Hab. in foliis vivis Salviæ Hormini, Pavia Ital. bor. — Certe affinis *Botr. vulgari.* — Cl. Auctor describit socias: I formam peculiarem (tab. XX f. 2) ramosiorem, ramulis in capitulum globosum pseudoparenchymaticum jugiter arcte conglutinatis; conidiis obovatis 11 × 7-7,7 fuscidulis (Mihi forma montruosa videtur); II formam (*Cristularia*) (tab. XVII f. 13-15) ramulis conidiophoris

brevibus, obtusissimis, inflato-cuneiformibus, supra in spiculas seu sterigmata acicularia divergentia divisis; conidiis in sterigmatum apicibus minutis globosis, hyalinis; III formam *macrosporioidem* (tab. XX f. XX), valde ramosam, conidiis ellipsoideis 3-4-septato-muriformibus, fuligineis, ad septa non contrictis. — Sed an revera formæ hæ inter se metagenetice connexæ sint dubitandum et adhuc inquirendum.

2. **Botrytis citricola** Brizi in Rend. Accad. dei Lincei Roma 1903, 5253
vol. XII, fasc. 8, p. 319. — Cæspitulis pulvinatis, densis, albis, nitentibus; conidiophoris erectis, ramosis; ramis trichotomice divisis; conidiis 8-10 dense stipatis, globosis v. elliptico-globosis, 6-8 μ. diam. hyalinis.

Hab. in fructibus Hesperidearum in Italia.

3. **Botrytis capsularum** Bres. et Vest. Micr. rariores selecti, in Bot. 5254
Not. 1902, p. 116. — Mycelii hyphis ramosis, septatis hyalinis, per placentas capsulæ serpentibus 3 μ. cr.; hyphis fertilibus hyalinis, copiose ramosis, 45–66 × 4–6, inter semina capsulæ emergentibus et vacuum implentibus, plerumque bis furcatis intus pluriguttulatis; conidiis apicalibus v. lateralibus e denticulis orientibus, globosis vel piriformibus, minutissimis, 2,5-3,5, uni-guttulatis, hyalinis.

Hab. in capsulis, quæ non deformantur, Veronicæ aquaticæ, in insula Osilia Rossiæ balticæ. — Species inter genera Haplariam, Sporotrichum et Botrytem ambigua.

4. **Botrytis monilioides** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 241, 5255
Ic. fung. Jav. t. LXVII, fig. 1. — Cæspitulis minutis, sparsis, e stramineo ochroleucis; hyphis fertilibus ascendentibus leviter tortuosis, 10–13 μ. cr., parce septatis, sursum bis ter furcatis; ramis ultimis conidiophoris eximie moniliformibus, articulis ellipsoideis, ultimis bi-tri-corniculato-sporigeris; conidiis late ellipsoideis 32-34 × 24-26, siccis collapsis.

Hab. ad cortices putres in stromatibus Botryodiplodiæ longipedis, Tjibodas, in insula Java. — Sat similis *B. piluliferæ*, sed conidia multo majora etc.

5. **Botrytis pruinosa** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie, 1903, 5256
pag. 50. — Candida, minutissima, inconspicua, sub lente pruinam modo visibilem formans; hyphis sterilibus, hyalinis, repentibus, 2 μ. crassis, cubiculo adnatis, hinc inde cæspites minutos, fertiles, sessiles vel breve stipitatos, granuliformes, 15–20 μ. latos, sphæroideos gerentibus; hyphis cæspitis fertilis brevissimis, iterato-

dichotome ramosis, ramulis crassis, supremis cristulatis; conidiis e cristulis oriundis, sphæroideis, hyalinis, 2-3 μ. crassis.

Hab. in ligno corticibusque dejectis in silvis prope Purkersdorf et Pressbaum, Wienerwald Austriæ inferioris. – E subg. *Cristularia.*

CYLINDROPHORA Bonorden — Syll. IV p. 138.

1. **Cylindrophora Fagi** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4. 1903, p. 900, tab. VII, fig. 1. — Cæspitulis semi-globosis, pallidissime griseis, byssinis; hyphis ad basim 4 μ. cr., irregulariter ramosis, pallide olivaceis, septatis; ramulis secundariis tenuioribus bifurcatis, hyalinis, continuis; hyphis terminalibus filiformibus et in singulum conidium desinentibus; conidiis cylindraceis, hyalinis, continuis 16 × 3, utrinque obtusis 4- vel ultra guttulatis. 5257

Hab. in pag. inf. foliorum Fagi silvaticæ, Bussum Hollandiæ (C. J. Koning).

OVULARIA Sacc. — Syll. IV p 139, X p. 540, XI p. 597, XIV p. 1053, XVI p. 1034.

1. **Ovularia Vogeliana** Sacc. et Syd. Ann. Mycol. 1904, p. 194. — Cæspitulis hypophyllis, internerviis, angulosis, subinde confluendo magnam partem folii vivi nec maculati occupantibus, albis, densiuscule pulvereis; hyphis sterilibus innatis, fertilibus erectis, dense stipatis, paliformibus, continuis, 28–36 × 7, apicem versus denticulatis et interdum leniter dilatatis, hyalinis; conidiis sphæricis vel sphæroideis, 11-16 μ. diam., basi non vel vix papillatis, intus granulosis, hyalinis. 5258

Hab. in foliis vivis Coluteæ arborescentis, pr. Tamsel Germaniæ. — *Ovulariæ Viciæ, O. Villianæ, O. Schwarzianæ* affinis, sed conidiis globosis amplioribus, hyphis conidiophoris indivisis, defectu macularum etc. distinguenda.

2. **Ovularia Cercidis** S. Cam. in d'Almeida Contrib. à la Mycoflore du Portugal 1903, pag. 44. — Maculis irregularibus, argillaceo-ferruginosis, castaneo-cinctis; cæspitulis amphigenis, plerumque hypophyllis; hyphis dilute fuscis, singularibus vel fasciculatis, simplicibus vel ramosis, 1-septatis, filiformibus, valde tortuosis 36-58 × 3-4; conidiis primo ovoideis, 12–14 × 4,5-6, dein ellipsoideis 15-21 × 6-7,5, granuloso-farctis, subhyalinis, interdum 1-septatis, solitariis vel raro duobus in catenulam dispositis. 5259

Hab. in foliis vivis Cercidis Siliquastri, Lisbca Lusitaniæ (Souza da Camara).

3. **Ovularia Bornmülleriana** P. Magn. in Bull. Herb. Boissier 1903, n. 7, p. 586. — Maculis flavescentibus, peripheriçis vix marginatis; cæspitulis niveis; hyphis dense fasciculatis ex stomatibus prodeuntibus; conidiis post unius lapsum successive generatis, ovatis, 14 × 9, hyalinis, minutissime verruculosis. 5260

Hab. in foliis Onobrychidis Tournefortii ad Pontum Galaticum Asiæ min.

4. **Ovularia Oxytropidis** Jacz. Bull. Jard. Imp. Bot. St. Petersb. I, 1901, pag. 14, c. ic. — Mycelio ramoso, hyalino, intercellulari et maculas generante, et cæspitulos initio subcuticulares formante; conidiophoris cylindraceis, dense fasciculatis, hyalinis, continuis, 50-70 × 3-3,5; conidiis solitarie acrogenis, cylindraceis, continuis, hyalinis, 16-20 × 4-5, rectis curvulisve. 5261

Hab. in foliis Oxytropidis pilosæ in gubern. Perm Rossiæ (Susiew). — Conidia potius *Ramulariæ*.

5. **Ovularia Medicaginis** Br. et Cavr. Funghi parassiti, fasc. XIII-XIV, n. 303 (1900). — Hyphis fertilibus erectis, cylindraceis, 1-2-septatis, sparsis; conidiis oblongis vel ovalibus, levibus, hyalinis, 6-8 μ. long. 5262

Hab. in foliis Medicaginis sativæ Albaredo Arnaboldi (Pavia) Ital. bor.

6. **Ovularia tuberculiniformis** v. Höhn. Œsterr. bot. Zeitschr. 1905. — Maculis sordide flavidis, plerumque minutis, confluentibus, sæpe magnam paginæ partem occupantibus; cæspitulis hypophyllis, albido-carneolis, suborbicularibus 20-120 μ. diam. confertis, compluribus nervis angulatim limitatis; conidiophoris dense fasciculatis, continuis, simplicibus clavulatis 20 × 5-6, apice rotundatis et 1-6-denticulatis; conidiis sphæricis vel spharoideis, basi apiculatis, 10-13 μ. diam., hyalinis. 5263

Hab. in foliis Astragali Ciceris pr. Klosterneuburg Austriæ. — Probabiliter *Tuberculinæ Nomurianæ* valde proxima.

7. **Ovularia Cerasi** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 91, tab. XX, fig. 45 et 46. — Cæspitulis crustoso-rugosis; hyphis tenuibus, hyalinis, septatis intra matricem ramosis, granuloso-vacuolatis; conidiophoris adscendentibus, filiformibus septatis 3,5-4 μ. cr.; conidiis acrogenis hyalinis 6,5-7,5 × 3,5 ellipsoideis. 5264

Hab. in fructibus maturis Pruni Cerasi, Victoria Australiæ.

— Valde noxia. Ab *O. circumscissa* Sorok., foliicola, differt conidiis hyalinis nec viridulis et multo minoribus.

8. **Ovularia Citri** Br. et Farn. Sopra una grave malattia che deturpa i frutti del Limone in Sicilia, (Pavia, 1902) pag. 3 (In opusculo seorsim edito affertur in vol. VIII, Atti R. Ist. bot. Pavia adesse, sed ibi deest!). — Hyphis sterilibus repentibus, haud septatis, hyalinis, 2-3 μ. cr., fertilibus simplicibus, rarissime vel obsolete 1-septatis, apice incrassatis, truncatis, hyalinis vel fusciduli, 20 × 2-3; conidiis acrogenis ellipsoideis, continuis, hyalinis, 6,5 × 4. 5265

Hab. in fructibus Citrorum, ubi morbum ***ruggine bianca degli agrumi*** dictum probabiliter generat, Messina, Siracusa, Sicilia.

9. **Ovularia bulbigera** (Fuckel) Saccardo — Syll. IV, p. 140, Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 17 (diagnosis plenior). — Maculis arescendo ochraceis, orbiculari-angulosis, atro-purpureo-cinctis in pag. inf. dilutioribus; cæspitulis hypophyllis, griseolis, punctiformibus; hyphis fasciculatis, basi in stroma dilute chlorinum bulbiforme coalitis, 70-100 × 3,5-4, subhyalinis, obsolete septatis, sursum leviter tortuoso-denticulatis; conidiis obovatis, continuis, 16-22 × 10-13, granuloso-farctis, hyalinis.

Hab. præter Germaniam, in foliis vivis Sanguisorbæ in Alaskæ pluribus locis (Trelease, Saunders, Coville).

10. **Ovularia Chamædryos** Lindr Act. Soc. p. Fauna et Fl. Fenn. XX, 1902, p. 7 (extr.). — Maculis vulgo rotundatis aliquot mm. latis, griseo-brunneis, v. denique fere nigris; cæspitulis e stomatibus exeuntibus, albis, sparsis, vix visibilibus; hyphis paucis fasciculatis, rectis, hyalinis, simplicibus, 1-3-cellularibus, sursum 1-3-denticulatis, 44-70 × 2,5-3; conidiis solitariis, rectis, hyalinis, levibus, utrinque rotundatis, 11-15 × 3,5-4,5. 5266

Hab. in foliis Veronicæ Chamædryos in Fenniæ pluribus locis.

11. **Ovularia Scabiosæ** Lindr. Act. Soc. p Fauna et Fl. Fenn. v. XX, 1902, pag. 6 (extr.). — Maculis præcise limitatis, brunneolis vel albidis, 0,5-1 cm. diam.; hyphis 5-10 fasciculatis, in cæspitulos hypophyllos albidos conjunctis, continuis 30-65 × 6-13 (basi) rectis v. curvis, lateraliter 1-denticulatis; conidiis solitariis, anguste ellipsoideis v. fere obovoideis, continuis, utrinque rotundatis, levibus, 18-27 × 8-9, granuloso-farctis, hyalinis. 5267

Hab. in foliis Centaureæ Scabiosæ in Karelia olonetsensi et Karelia onegensi Fenniæ,

12. **Ovularia Mulgedii** Bubák, Pilzfl. Montenegro, 1903, pag. 17. — 5268
Maculis indistinctis, irregularibus, angulosis, flavidis, centro brunneolis, nervis limitatis, 4-5 mm. lat.; conidiophoris hypophyllis, tenuibus, sursum leviter denticulatis, 40-70 × 1,5-2,5 hyalinis; conidiis ellipsoideis v. breve cylindraceis, 4,4-16 × 2-4,5, hyalinis, apice rotundatis, basi acutulis.

Hab. in foliis Mulgedii alpini supra Valisnica Montenegro.

13. **Ovularia Bistortæ** Lindr Act. Soc. p. Fauna et Fl. Fenn. XX, 1902, 5269
pag. 6 (extr.). — Maculis brunneo-griseis, zona purpurea cinctis, 0,5 cm. diam.; cæspitulis albis, hypophyllis; hyphis æqualiter crassis, hyalinis, continuis, basi subinde flavidulis et raro 1-septatis, simplicibus, rectis vel flexuosis, sursum 4-6-denticulatis, 60-95 × 2,5; conidiis vulgo anguste ellipsoideis v. ovoideis, hyalinis, 7-12 × 4-6.

Hab. in foliis Polygoni Bistortæ in Karelia olonetsensi Fenniæ (Cajander et Lindroth).

14. **Ovularia Pini** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, 5270
pag. 762. — Hyphis conidiophoris solitariis, sparsis, 20 μ. altis, sursum cylindraceis, levibus, hyalinis; conidiis acrogenis, solitariis, elongato-ellipticis, utrinque rotundatis 4 × 3,5 hyalinis.

Hab. in acubus Pini silvestris, Bussum Hollandiæ.

15. **Ovularia Lolii** Volkart in Schweiz. Samenuntersuch. und Ver- 5271
suchsanst. in Zürich, 1903, p. 2 (extr.). — Maculis subrotundis rufo-brunneis, sparsis, medio griseo-albo-pulverulentis; hyphis fasciculato-cæspitosis, sæpius ex stomatibus exsilientibus, hyalinis, parcissime septatis, 40-80 × 4-5 vulgo tortuosis, denticulatisque; conidiis ellipsoideis v. ovoideo-piriformibus, 15-18 × 10-11, rarius 10-19 × 7-13, continuis, hyalinis.

Hab. in foliis vivis Lolii perennis et italici, Zürich, Friedlisberg etc. Helvetiæ.

16. **Ovularia pusilla** (Ung.) Sacc. et D. Sacc. *Ramularia pusilla* Ung. 5272
Exanth. d. Pfl. 1833, p. 169, t. II, fig. 12. — Hyphis erectis, subramosis, cæspitulosis, ex stomatibus exsilientibus; conidiis ovato-ellipsoideis, acrogenis, continuis, hyalinis, hypha subtriplo brevioribus.

Hab. in areis decoloratis Poæ nemoralis in Austria v. Tirolia. — Dimensiones desiderantur. Respectu *Didymariæ Ungeri* proxime depictæ (tab. II fig. 10) conidia essent circ. 8-10 × 5-6. Certe affinis *Ov. pulchellæ* in Dactylide, quæ vix differt maculis foliorum purpureis.

17. **Ovularia haplospora** (Speg.) P. Magn. in Hedw. XLIV, p. 18 (Oct. 1904). — Ita vocanda est *Ramularia pusilla* Rabenh. Fungi eur. n. 874 (1865) seu *Ovularia pusilla* Sacc. — Syll. IV p. 140 — et pl. auct. non Ung., de qua supra. Cl. Magnus fontem primam erroris (Rabenhorst) citare oblitus est!

RAMULASPERA Lindr. in Act. Soc. Faun. et Fl. Fenn. vol. 22, 1902, p. 5 (extr.) (Etym. *Ramularia* et *aspera,* h. e. Ramularia conidiis asperis). — A *Ramularia* et *Ovularia* differt conidiis oblongis, plerumque continuis (rarissime 1-septatis) spinulis acutis tenuibus copiose et æqualiter conspersis.

1. **Ramulaspera salicina** (Vestergr.) Lindr. l. c. *Ovularia salicina* Vestergr. — Syll. XIV, p. 1055. 5273

Hab. in pag. inf. foliorum Salicis cinereæ, S. vaganti × lividæ in Suecia et Fennia. — Hyphæ septatæ, filiformes, sæpius ramulosæ, denticulatæ, 70–130 × 2-2,5: conidia parcissime catenulata anguste ellipsoidea v. cylindracea, rarissime 1-septata, 10–18 × 3–4,5 eximie spinulosa. — Var. **tirolensis** Bub. et Kabát, Oesterr. bot. Zeitschr. 1905, pag. 243. — A typo differt conidiis elongato- vel cylindraceo-fusoideis, 12-33 × 3-5. In foliis Salicis glabræ?, sub passu Costalunga, ad 1600 m. Trentino.

2. **Ramulaspera Holci-lanati** (Cavara) Lind. Deutsch. Krypt. Fl. Pilze, VIII, p. 260. Ita vocanda *Ovularia Holci-lanati* Cavara — Sacc. Syll. XI, p. 599.

SEPEDONIUM Link — Syll. IV p. 146, X p. 543, XIV p. 1056, XVI p. 1036.

1. **Sepedonium macrosporum** Peck, Bull. Torr. Bot. Cl. 1903, p. 99. — Hyphis repentibus v. erectis, hyalinis, septatis, ramosis, indumentum album matrici adpressum formantibus; ramulis ultimis in subulam terminatis; conidiis globosis, amplis, hyalinis 30-40 μ. diam., episporio crasso, crasseque nucleatis, levibus. 5274

Hab. in Clavariis minoribus parasitice, New Jersey Amer. bor. (E. B. Sterling).

2. **Sepedonium niveum** Mass. et Salm. Coproph. fungi, II, p. 80, f. 70. — Cæspitulis effusis, denique pulverulentis, niveis; hyphis intertextis septatis, hyalinis 5-6 μ. diam., vage furcatis, hinc inde ramulos fertiles breves patulos ferentibus; conidiis in pedicello subulato 9-10 × 2 ad ramorum apicem acrogenis, globosis, initio levibus, dein papillatis, hyalinis, 18-20 μ. diam. 5275

Hab. in fimo Cervi Elaphi, Kew Britanniæ.

BASISPORIUM Molliard in Bull. Soc. Myc. de France 1902, p. 168 (Etym. *basis* pro *basidium* et *spora* quasi basidia sporomorpha). — Hyphæ steriles et fertiles repentes, diu hyalinæ, demum fuscæ; ramulis ultimis basidia pleurogena vel acrogena ampulliformia ferentibus. Conidia solitaria, subsphærica, levia. — Hoc genus ad *Pachybasium* inter Botrytideas et ad *Rhinocladium* inter Trichosporieas accedit.

1. **Basisporium gallarum** Moll. in Bull. Soc. Mycol. 1902, p. 170, t. 9. — Hyphis sterilibus 18 μ. diam., fertilibus 4 μ. diam., sæpe septatis; conidiis nigris, 11-14 μ. diam. 5276

Hab. in larvis emortuis Liparæ lucentis in cecidiis Phragmitis communis, Aizon-Saint-Vast, prope Pas-de-Calais Galliæ.

NOMURÆA Maublanc in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. III, p. 295 (Etym. a cl. H. Nomura phytopathologo, Tokyo). — Hyphæ steriles repentes, minutæ, septatæ, hyalinæ; fertiles erectæ, simplices, breves, ramulos ovoideos verticillatim gerentes. Conidia ovoidea, continua, pallida, summo ramulorum quaterna v. quina breves catenulas formantia.

1. **Nomuræa prasina** Maublanc l. c., t. XIV, f. VII. — Effusa, prasina, larvas omnino obducens; hyphis tenuibus 2-3 μ. cr.; conidiis ovoideis, basi leniter attenuatis, pallide virescentibus, 4 × 2-3. 5277

Hab. in larvis Pioneæ forficalis, Tokio Japoniæ (Nomura).

CORYMBOMYCES Appel et Strunk, Einig. Kamer. Theobr. Pilze, p. 7; f. 10 (Etym. *corymbos* et *myces*). — Hyphæ steriles repentes; fertiles erectæ, septatæ, sursum dichotomo-corymbosæ. Conidia ellipsoidea, continua, hyalina, in apice ramulorum congesta, conglutinata. — Ad gen. *Verticillium* accedit.

1. **Corymbomyces albus** Appel et Str. l. c. f. 10. — Orbicularis, alba, maculiformis; conidiophoris ter quater ramosis, ramis binatis v. verticillato-ternatis, omnibus eamdem altitudinem attingentibus; conidiis ovoideo-ellipsoideis, 5-6 × 3-4, copiosissimis supra hyphas in stratum conglutinatis. 5278

Hab. in fructibus intus extusque Theobromæ Cacao, Victoria Kamerun Afr. occid. (Strunk).

VERTICILLIUM Nees — Syll. IV p. 150, X p. 545, XI p. 599, XIV p. 1056, XVI p. 1037.

1. **Verticillium Sclerolobii** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 394. 5279
— Cæspitulis effusis, albidis, folia tumefacientibus; hyphis sterilibus repentibus, hyphis fertilibus erectis, septatis, ca. 70-120 × 8, verticillato-ramosis, ramulis subfusoideis, 15-20 × 4; conidiis acrogenis, fusoideis, ovoideis vel subellipsoideis, hyalinis 6-8 × 2½-3½.

Hab. in foliis et surculis junioribus Sclerolobii paniculati, Tarapoto Perù.

2. **Verticillium minutulum** Peyl, Lotos 1857, VII, p. 27, t. I, f. 2, 5280
Lindau, Deutsch. Krypt. Fl. Pilze, VIII, p. 320. — Mycelio septato hyalino parcissimo; conidiophoris rectis, tenuibus, septatis non vel parce ramosis, vulgo ramis verticillatis 3-5 præditis, hyalinis; conidiis globosis, majusculis, hyalinis, solitariis.

Hab. in caulibus putridis Petuniæ hybridæ, prope Kacvin Bohemiæ.

3. **Verticillium cucumerinum** Aderhold, Landw. Jahrb. 1899, p. 110, 5281
t. I, f. 7. — Mycelio in liquido cucumerino immerso et cæspitulos subglobosos formante, demum in liquidi superficiem stratum firmum subcoriaceum album pulveraceum formante; conidiophoris tenuibus, verticillato-ramosis, hyalinis; conidiis ovoideis v. piriformibus, basi obtusis, 4-5 × 3-4, hyalinis.

Hab. in liquido salso, ubi fructus Cucumeris sativi immersi sunt, in Silesia.

4. **Verticillium niveo-stratosum** Lindau in Verhandl. Bot. Ver. Bran- 5282
denb. 1903, p. 158. — Effusum, crustam niveam, siccam rigidulam formans; hyphis sterilibus ramosis, tortuosis, septatis, 3-4 μ. cr.; fertilibus crebris, 60-90 μ. longis, septatis, medio ramos 3-5 verticillatos, subæquales supra bi-trifidos, apice acutos gerentibus; conidiis ellipsoideis, hyalinis, 6 × 3, ad apices ramulorum conglutinatis.

Hab. in sporangiis Stemonitis fuscæ in silvis Hag Germaniæ. — *V. Rexiano* affine, sed parcius ramosum et conidiophora longiora.

5. **Verticillium Graphii** Harz et Petzold in Siebenmann Die Schim- 5283
melmykosen, (1889), p. 95, t. IV, f. 2, Lindau Hyphom. p. 329. — Hyphis sterilibus hyalinis demum crasse tunicatis, flavo-brunneis, septatis, ramosis, 2-3 μ. cr.; conidiophoris paullo pallidioribus, laxe septatis, ramulis copiosis oppositis, sæpius vero irregulariter dispositis et repetito ramosis; conidiis in ramulorum apice solitariis, obovoideis, 5 × 3, ex hyalino-fumoso cinereis, levibus.

Hab. in auricula humana, in Germania. — *Coremia* sæpe formantur.

6. **Verticillium Oxana** Danyss et Wize, Ann. Inst. Past. 1903, p. 436 (absque diagnosi).

Hab. parasitice in Cleono punctiventri (*Betam* vexante) in Rossia meridional. — Mycelium album; conidia ovoidea illis *Sporotrichi* (Isariæ) *densi* similia.

ACROSPEIRA B. et Br. — Syll. IV p. 282.

1. **Acrospeira mirabilis** B. et Br. — Syll. IV, p. 282 — cfr. de hoc fungo illustrationem biologicam in Trans. British Myc. Soc. 1902, p. 17, t. II, a cl. Biffen exhibitam, qui ejusdem statum ascophorum sphæriaceum describit: ascis clavatis octosporis, sporidiis ellipsoideis continuis, 2-guttatis (immaturis visis). Hinc stirps ulterius inquirenda.

CALCARISPORIUM Preuss — Syll. IV p. 162.

1. **Calcarisporium griseum** Speg. Mycet. argentin. ser. II, 1902, p. 86. 5284
— Latissime effusum, totam fere matricem obtegens; hyphis repentibus sterilibus, septulatis 8-10 μ. cr. hyalinis, levibus, ad septa non constrictis, vage ramosis; hyphis fertilibus erectis, 100-150 × 7-8, rectis v. ramosulis, remote septatis, articulo supremo cylindraceo-obtuso, 25-50 × 6-7, densiuscule papillato; conidiis obovatis, deorsum acutis, levibus, eguttulatis, 12-20 × 8-10, hyalinis, in articulo supremo hypharum dense spicatis, ex papillis articuli solitarie exsurgentibus.

Hab. ad hymenium Polypori cujusdam, S. Catalina prope B. Aires Argentinæ.

GLOIOSPHÆRA v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, p. 52 (Etym. *gloios* viscosus et *sphæra*). — Fungus saprophyticus, totus candidus; hyphæ steriles parcæ, repentes, matrici adnatæ, hyphæ fertiles sparsæ, validæ, erectæ, septatæ, asperulatæ, apice acutæ, inferne simplices, superne crebrius septatæ denseque verticillatim ramosæ, ramulis subtilibus, brevibus, strictis, furcatis, versus sporophori verticem brevioribus et simplicioribus, apice sterigmata complura, acuta gerentibus; conidia e sterigmatum apice orientia, non catenulata, continua, ellipsoidea una cum capituli ramulis globulum mucosum, subconsistentem formantia.

1. **Gloiosphæra globuligera** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, 5285
p. 53. — Hyphis sterilibus parcis; hyphis fertilibus sparsis, validis, erectis, candidis, septatis (articulis c. 40-50 μ. long.), extus dense

verrucoso-asperulatis, c. 600 μ. altis, inferne c. 30 μ. superne c. 22 μ. crassis, capitulum globosum vel ovoideum, c. 180-200 μ. lat., mucilaginosum, in statu sicco durum et solum 130 μ. latum, gerentibus; hyphis fertilibus inferne simplicibus, cylindraceis, superne in parte inferiore capituli leviter fusiformi-incrassatis (usque 32 μ. crassis), versus capituli verticem acuminato-acutis, crebrius septatis denseque verticillato-ramulosis, verticillis sursum sensim brevioribus et simplicioribus; ramulis sporigeris tenerrimis 3 μ. crassis, strictis, simplicibus vel basi furcatis, apice sterigmata fasciculatim conferta, subtilia, c. 20 μ. long., acuta gerentibus; conidiis acrogenis, non catenulatis, continuis, hyalinis, ellipsoideis, guttulatis. 5-7 × 3 cum ramulis conidiophoris muco indutis.

Hab. in ligno putrido Carpini loco « Viehöferin-Wald » dicto prope Pressbaum, Wienerwald Austriæ inferioris.

2. **Gloiosphæra Clerciana** (Boud.) v. Höhn. Ann. Mycol. 1905, p. 187, Ita vocanda *Scopularia Clerciana* Boud. — Syll. XVI, p. 1156 — teste cl. v. Höhnel l. c.

ACROSTALAGMUS Corda — Syll. IV p. 163, XI p. 600, XIV p. 1056, XVI p. 1037.

1. **Acrostalagmus cinnabarinus** Cda. — Syll. IV, p. 163 — var. **nanus** Oud. Fl. Myc. obt. par la culture sur gelatine etc. in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 282, t. X, f. 1-7. — Cæspitibus orbicularibus, aurantio-rubris; hyphis repentibus ramosis, articulatis; erectis articulatis, ramosis, apice 3-verticillato-ramosis; conidiis in glumerulos aggregatis, ellipticis v. oblongis, utrinque rotundatis 5-8 × 3-5. 5286

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ. — A typo differt dimensionibus minoribus ramis unicellularibus oppositis, nec verticillatis, et conidiis maioribus, præterea omnibus partibus pallide roseis.

2. **Acrostalagmus tetraclados** Annie L. Smith Journ. Linn. Soc. XXXV, p. 11, t. I, f. 9-10 (extr.). — Cæspitibus tenuibus; ramis fertilibus erectis, 2-4-verticillatis; ramulis 25 μ. longis, apice leviter attenuatis; capitulis sphæricis, minutis; conidiis leviter curvatis, 5-7 × 1,5 hyalinis. 5287

Hab. ad Agaricos putres in insula Dominica Indiæ occid.

3. **Acrostalagmus Aphidum** Oud. Beitr. Bot. Centr. 1902, p. 15. — Cæspitibus effusis, tenuibus, albis, hyalinis; hyphis sterilibus repentibus, ramosis, continuis; fertilibus erectis, sursum trifurcatis, 5288

ramis secundariis primario æquilongis v. longioribus, continuis, summo subulato, capitulo conidiorum capitato-aggregatorum, muco conglutinatorum 12-16 μ. diam. oneratis; conidiis oblongis, hyalinis, continuis, cylindraceis, rectis, utrinque obtusis, 7-14 × 2,5.

Hab. in sceletis Aphideæ cujusdam, in superficie foliorum Aristolochiæ gigantis in horto botanico Utrecht Hollandiæ.

CLONOSTACHYS Corda — Syll. IV p. 165, X p. 547, XIV p. 1056.

1. **Clonostachys Populi** Harz — Syll. IV, p. 165 — var. **Æsculi** 5289
Oudem. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 1904, p. 1121 (Ned. Kruidk. Arch.). — A typo differt conidiis paullo majoribus (in typo 4-5 × 1,2-2).

Hab. in cortice putri Æsculi Hippocastani, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

2. **Clonostachys Pseudobotrytis** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 5290
1903, p. 53. — Cæspitulis, minutis, candidis; hyphis hyalinis vel pallidis, septatis usque 4 μ. latis; hyphis fertilibus superne bis usque quater verticillato-ramosis, ramulis obtusis, superne vix incrassatis, 3-4-fariam dentatis; conidiis 24-40 densissime 3-4-fariam imbricatis, seriebus singulis e conidiis 8-10 formatis, cylindraceis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis, 8-10 × 3-3,5 facile secedentibus.

Hab. in culturis e vegetabilibus putridis formatis in laboratorio Vindobonæ Austriæ.

SPICARIA Harz — Syll. IV p. 166, XVI p. 1038.

1. **Spicaria penicillata** v. Höhn. Ann. Myc. 1904, p. 56. — Cæspi- 5291
tulis minutis, laneis, candidis, subtilibus; hyphis sterilibus copiosis, intricatis; hyphis fertilibus erectis, hyalinis, 4-6-septatis, 300-400 × 4-6, in apice leviter incrassatis, truncatis et ramos 3-6 verticillatos, acrogenos, subcuneatos, supra truncatos, 8-11 μ. long. et 6-7 lat. gerentibus, summo in vertice sterigmatibus 3-5, breve fusoideis 8-12 × 3-3 $^1/_2$, coronatis; conidiis in catenas longas digestis, oblongo-cylindraceis, utrinque obtusiusculis, hyalinis, continuis, 8-10 × 1,5-2.

Hab. ad peridia Arcyriæ puniceæ, ut videtur, parasitica, in silvis prope Wassergesprenge, Wienerwald Austriæ inferioris, mense Octobri anni 1903.

2. **Spicaria decumbens** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine, etc., in Ar- 5292
chives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, pag. 290,

t. XXVIII, f. 1-2. — Hyalina; hyphis primariis decumbentibus, septatis, crebro racemoso-ramosis; ramis adscendentibus, omnibus septatis, tunc simplicibus, tunc vero denuo ramosis, ramulis oppositis v. alternantibus, vulgo simplicibus, nonnumquam ramulos breviores septatos sursum emittentibus; ramulis summo basidiophoris; basidiis 2-5 verticillatis, lageniformibus 12-16 μ. longis, ex apice conidia plurima catenulata, elliptica, hyalina, levia 3-4 μ. diam. proferentibus.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

3. **Spicaria simplicissima** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 763. — Cæspitulis orbicularibus cremeo-zonatis alternatim cremeo-griseolis; hyphis repentibus tenuissimis, articulatis hyalinis, ramoso-dichotomis; hyphis erectis 40 μ. alt., simplicibus, raro ramulo laterali auctis, septatis, hyalinis, constanter summo trifurcatis; ramis verticillatis, continuis, hyalinis, 8-12 μ. alt., in catenulas brevissimas (ex 2-3 conidiis compositas) abeuntibus; conidiis globulosis. 5293

Hab. in gelatina, pulvere terræ humosæ infecta. Bussum Hollandiæ.

4. **Spicaria silvatica** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine, etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 291, t. XXX, f. 1-4. — Cæspitulis orbicularibus, dilutissime griseo-virescentibus; hyphis singulis hyalinis, septatis; repentibus furcato-ramosis, 2-6 μ. cr.; erectis 2-3 μ. cr., pauci-ramosis, ramis alternis, brevioribus v. longioribus, simplicibus v. furcatis, summo basidiophoris; basidiis ternis, verticillatis, cylindraceis, continuis, subflexuosis 20-25 μ. altis, apice angustatis, conidiophoris; conidiis ellipticis v. oblongis, hyalinis, levibus, continuis, 6-12 × 4-6, in catenas longas connexis. 5294

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta Bussum Hollandiæ.

5. **Spicaria Smithii** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 16. — Cæspitibus orbicularibus, cremeis; hyphis repentibus cremeis, septatis, ramosis; fertilibus erectis, brevibus v. brevissimis, sursum in ramulos 2 ad 4 verticillatos, lageniformes, continuos 24 μ. longos divisis; catenis conidiorum in ramulis lageniformibus (basidiomorphis) terminalibus, longiusculis; conidiis depresso-globosis v. breve ellipticis, mucronatis, levibus, continuis, cremeis 6 μ. diam. 5295

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

GONATOBOTRYS Corda — Syll. IV p. 169.

1. **Gonatobotrys pallidula** Bres. Fungi Polonici in Ann. Mycol. 1903, p. 127. — Pallida vel subalutacea, late effusa, hypochnoidea; hyphis sterilibus decumbentibus, septato-nodosis, 3-4 μ. crassis; hyphis fertilibus erectis, 40-50 × 4-6, 2-4-nodosis, nodis usque ad 12 μ. crassis, undique denticulatis; conidiis obovatis, 1-guttulatis, apiculatis, 4-6 $^1/_2$ × 2 $^1/_4$-3. 5296

Hab. ad ligna Betulæ albæ et Pini silvestris, in Polonia.

NEMATOGONIUM Desm. — Syll. IV p. 170.

1. **Nematogonium humicola** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 288, t. XXIII, f. 1-3. — Cæspitibus orbicularibus, velutinis, primo albis, postea dilute griseis, postremo cremeis; hyphis adscendentibus 2,2-3,3 crassis, hyalinis, septatis, simplicibus, partim ex articulis sterilibus, stricte cylindraceis, non utrinque inflatulis, longioribus, partim ex aliis fertilibus, brevioribus, inflatis, levibus, conidiiferis conformatis; conidiis fere hyalinis, continuis, globulosis 3-4 μ. diam. v. ellipticis 3-6 × 2-4, sessilibus. 5297

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

Sect. 2. **Hyalodidymæ.**

TRICHOTHECIUM Link — Syll. IV p. 178, X p. 549, XIV p. 551.

1. **Trichothecium inæquale** Massee et Salm. Coproph. fungi II, p. 84, t. 61. — Late effusum, humillimum, subvelutinum, album; hyphis fertilibus erectis, parce v. haud septatis, 150 × 4-5, apice sæpe noduloso-denticulatis; conidiis obovatis v. subpyriformibus, apice rotundatis, basi acutis v. plus minus minute apiculatis, septo excentrico, cellula superiore inferiorem quater v. quinquies superante, ad septum haud constriccis, 24-30 × 15-20. 5298

Hab. in fimo equino, Reigate; in fimo cuniculorum, Kew Britanniæ.

HAPLARIOPSIS Oudem. Ned. Kruidk. Arch. III, ser. II, 4, p. 902

(Etym. ab *Haplaria* cui analogum genus). — A gen. *Haplaria* præcipue dignoscitur conidiis 1-septatis, oblongis, æque hyalinis. In *Tab. comp.* (vol. XIV, p. 52) occupabit casulam n. 673 inter Mucedinaceas.

1. **Haplariopsis fagicola** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3, ser. II, 4, 1903, p. 902, t. VIII, f. 1. — Hyphis sterilibus repentibus, dichotomis, septatis 6 μ. crassis, ochraceo-pallidis; fertilibus erectis, simplicibus, septatis, cylindraceis, ad basim ochraceo-pallidis, summo sub hyalinis; conidiis sessilibus spiraliter, alterne dispositis, fusiformibus, 1-septatis, 20 × 3,5-4, hyalinis. 5299

Hab. in foliis putrescentibus Fagi silvaticæ, Bussum Hollandiæ.

DIPLORHINOTRICHUM v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, p. 54 (Etym. *diploos* duplex et *Rhinotrichum*). — Saprophyticum. Hyphæ steriles septatæ, hyalinæ, repentes, fertiles erectæ, subsimplices, in apice denticulato sporigeræ. Conidia oblonga vel cylindracea, hyalina vel læte colorata, didyma. — Est *Rhinotrichum* conidiis didymis et in *Tab. comp.* (vol. XIV, p. 52) occupabit casulam n. 816.

1. **Diplorhinotrichum candidulum** Höhnel l. c. — Cæspitulis effusis, tenuibus, inconspicuis, candidis; hyphis sterilibus hyalinis, septatis repentibus laxe intricatis, 4-5 μ. crassis, fertilibus assurgentibus, simplicibus vel parce ramosis, 2-3-septatis, apicem versus paulo incrassato-clavatis et denticulatis; conidiis e denticulis oriundis, hyalinis, didymis, cylindraceo-fusoideis, utrinque acutis, 20 × 3. 5300

Hab. in ligno quercino putrido udo in silvis ad « Frauenwarthberg » prope Parkersdorf, Wienerwald Austriæ inferioris.

RHYNCHOSPORIUM Heinsen, Beobacht. über der neuen Getreide-Pilze etc. in Jahrb. der Hamburg Wissenschaft. XVIII, 1901, 4 tab. (Etym. *rhynchos* rostrum et *spora*). — Parasiticum, pallidum, in foliis vivis maculas generans. Hyphæ steriles repentes, filiformes, ramosæ, septatæ, hyalinæ; fertiles ascendentes varie incurvo-ramosæ, apice inæqualiter furcatæ et denticulato-conidiophoræ, hyalinæ. Conidia breve cylindracea sursum crassiora et oblique breviterque rostrata, prope medium 1-septata, hyalina (*Marsoniæ Juglandis* et *M. Potentillæ* conidiis similia). Habitus oidiaceus.

1. **Rhynchosporium graminicola** Heinsen l. c. — Maculis oblongis fusco-ochraceis, inæqualibus, 0,5-2 cm. long., cæspitulis maculi- 5301

colis, depressis, oidiaceis, ex albo cæsiis; hyphis generis; conidiis 13-19 × 3,6, hyalinis, medio 1-septatis, non constrictis, loculo superiore sensim crassiore, lateraliter adunco, intus conspicue nubiloso-granuloso, inferiore tenuiore et vix granuloso.

Hab. in foliis vivis Secalis, Tritici, Hordei, quibus certe noxium, in Silesia, in Borussia rhenana, in Marchia, Mecklenburg, Holstein, Guestphalia, Tirolia et verisimiliter late diffusum etsi hucusque fere ignoratum.

DIDYMARIA Corda — Syll. IV p. 184, X p. 550, XI p. 601, XIV p. 1058, XVI p. 1039.

1. **Didymaria Lindaviana** Jaap in Lindau Abh. Bot. Ver. Brand. 1905, pag. 70. — Maculis pallidis initio acute nigro-marginatis, demum totum folium occupantibus; cæspitulis atris inæqualiter sparsis, mycelio in parenchymate folii immerso; conidiophoris fasciculatis hypophyllis ex stomatibus erumpentibus simplicibus rectis parce flexis plerumque uniseptatis, hyalinis, 75-100 × 4-6; conidiis solitarie acrogenis, facile deciduis, hyalinis, oblongo-ellipsoideis, rotundatis 25-38 × 7-5, rarius tantum 15 μ. long., medio 1-septatis. 5302

   Hab. in foliis Viciæ Craccæ prope Triglitz Germaniæ (Jaap).

2. **Didymaria Asteris** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4, 1903, p. 901. — Maculis amphigenis, latis, irregularibus, albidis; hyphis filiformibus, simplicibus, continuis, hyalinis; conidiis acrogenis, solitariis, elliptico-ovatis, hyalinis, septatis, medio paullo constrictis 16-18,5 × 9-10. 5303

   Hab. in foliis Asteris speciei cultæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

3. **Didymaria conferta** H. et P. Syd. Ann. Mycol. 1905, p. 186. — Maculis amphigenis, irregularibus, singulis minutis sed sæpe confluendo majoribus et subinde late expansis, fusco-brunneis; cæspitulis hypophyllis, raro etiam epiphyllis, dense confertis, albis; hyphis non manifestis; conidiis oblongis vel oblongo-fusoideis, utrinque rotundatis, plerumque rectis, primo continuis, dein 1-septatis, non constrictis, hyalinis, 20-35 × 9-14. 5304

   Hab. in foliis vivis Wyethiæ amplexicaulis, Salt Lake Co. Utah Amer. bor. (A. O. Garrett). — *Didymaria aquatica* Starb. (1895) — Syll. XIV p. 1058 — teste Höhn. eadem est ac *Ramularia Alismatis* Fautr. (1890).

MYCOGONE Link. — Syll. IV p. 183, X p. 550, XI p. 600, XIV p. 1058, XVI p. 1040.

1. **Mycogone echinulata** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 242, Ic. fung. Jav. t. LXVIII, f. 1. — Alba, effusa, velutina, deformans; hyphis filiformibus, ramoso-intricatis 1,7-2 μ. cr.; conidiis bilocularibus, 14-17 × 10-11, hyalinis, loculo superiore globoso, 10-11 μ. diam., eximie echinulato, inferiore dimidio minore, subhemisphærico, levi. 5305

Hab. in Phæomacropode, cujus cupula sæpe omnino atrophica evadit, Tjibodas, in insula Java (M. Fleischer). — Ab affini *M. cervina* conidiis dimidio minoribus et echinulatis, nec verruculosis, mox dignoscitur.

2. **Mycogone flava** A. Zimm. in Centralbl. f. Bakt., II Abt. 1902, VIII, p. 218. — Mycelio parum evoluto; conidiis piriformibus, bicellularibus, cellula majore subglobosa, flava, membrana crassa, verruculosa, 30 μ. diam.; minore conica, hyalina, tenui-tunicata. 5306

Hab. in fructibus putrescentibus Coffeæ una cum aliis fungillis, Buitenzorg Javæ. — Affinis *Myc. Meliolæ* Pat.

3. **Mycogone rosea** Link — Syll. IV, p. 183. — var **Jaapiana** P. Henn. Abh. des Bot. Ver. der. Prov. Brand. XLV, 1903, p. XVIII. — A typo differt magnitudine coloreque conidiorum; massa conidiorum brunnea; conidiis 25-30 × 15-20, membrana luteo-brunnea donatis, loculo supero subrotundo, infero applanato, 15-20 μ. diam.; basidiis obovalibus, hyalinis, 6-10 × 4-8. 5307

Hab. in Pluteo cervino, Bubrok, in Germania.

4. **Mycogone Jaapii** Lindau, Abh. Bot. Ver. Brand. 1905, p. 69. — Cæspitulis rufo-brunneis, æqualiter effusis; hyphis septatis, hyalinis, ramosis, 6-8 μ. cr.; conidiis in ramulis lateralibus acrogenis bicellularibus, cellula superiori globosa 30 μ. diam., diaphana, membrana rufo-brunnea, crebro verruculosa 3-3,5 μ. cr.; cellula inferiori hyalina, 20-23 × 7-8, interdum gibbosa et sæpius collapsa. 5308

Hab. in pileo Tricholomatis terrestris, prope Triglitz Germaniæ (Jaap).

DIPLOCLADIUM Bon. — Syll. IV p. 176, XIV p. 1057, XVI p. 1038.

1. **Diplocladium gregarium** Bres. Fungi Polonici in Ann. Mycol. 1903, p. 127. — Habitu stilboideo; singulis individuis distinctis, gregariis, albis, stipitato-capitatis; stipite ex hypha unica, interdum ramosa, septata, granuloso-farcta, tenuiter tunicata, 750-800 × 43, basi et apice 33 μ., conflato, basi hypha repenti, bifurcata, radi- 5309

ciformi, brevi, septata, ad septa constricta, prædito, apice ramulis verticillatis, cæspitose coalitis repetito-furcatis v. 2-3 verticillato-ramosis, capitato; conidiis ad apicem ramulorum oriundis, hyalinis, oblongis, bene evolutis 1-septatis, 16-27 × 3 1/2-4.

Hab. ad truncos Pini silv., in Polonia. — Aspectu externo videtur prorsus *Didymostilbe capillacea* Bres. et Sacc., de qua infra, sed structura diversa, nec stilbacea.

ARTHROBOTRYS Corda — Syll. IV p. 181, XIV p. 1057.

1. **Arthrobotrys deflectens** Bres., Fungi Polonici in Ann. Mycol. 1903, p. 128. — Late effusa, hypochnoidea, alba; hyphis sterilibus repentibus; hyphis fertilibus erectis, septatis, varia longitudine, 2 1/2-3 μ. crassis, ad septa verticillato-conidiophoris, non nodulosis; conidiis sessilibus, hyalinis, 1-septatis, subfusoideis, rectis vel subcurvulis, 10-18 × 2-2 1/2. 5310

Hab. ad truncos Pini silvestris in Polonia. — A genere *Arthrobotrye* typico hyphis fertilibus non nodosis deflectit.

FUSOMA Corda — Syll. IV p. 220, X p. 566, XI p. 607, XIV p. 1065, XVI p. 1048.

1. **Fusoma Feurichii** H. et P. Sydow, Ann. Mycol. 1905, p. 186. — Cæspitulis præcipue in caulibus vel petiolis evolutis, rarius folia occupantibus, minutis, sed dense gregariis et confluentibus, tandem floccosis, roseo-carneis; conidiis cylindrico-fusoideis, rectis v. falcato-curvatis, utrinque acutatis, primo continuis, dein 2-6-septatis, hyalinis, 18-45 × 3-6. 5311

Hab. in caulibus, petiolis v. foliis Lathyri silvestris, Rotstein pr. Soland Saxoniæ (G. Feurich). — Species vere parasitica a caule sensim ad folia abiens.

2. **Fusoma rubrum** Lindau, Abh. Bot. Ver. Brand. 1905, p. 71. — Cæspitulis late effusis, rubescentibus, mycelio repenti, septato 3 μ. cr. hyalino, hinc inde intricato glomerato; conidiis in ramulis brevibus solitarie acrogenis, hyalinis, coacervatis rubentibus, fusiformibus utrinque acutis, plus minus curvulis, 36-40 × 4, triseptatis. 5312

Hab. parasitice in Cæomate ad fol. Platantheræ bifoliæ, prope Quickborn Schleswig-Holstein (Jaap).

Sect. 3. Hyalophragmiæ.

SEPTOCYLINDRIUM Bon. — Syll. IV p. 223, X p. 567, XI p. 607, XIV p. 1065, XVI p. 1048.

1. **Septocylindrium Bonordenii** Sacc. — Syll. IV, pag. 223. — var. **Pancratii** Sacc. in Bull. Soc. bot. de France 1901, t. I, p. 194. — Conidiis catenulatis 30-36 × 3-4, hyalinis, tandem (spurie) 2-3-septatis; hyphis simplicibus, fasciculatis, subconidiomorphis, sed sat evidentibus, apice vulgo bidenticulatis. 5313

   Hab. parasitice in foliis vivis Pancratii illyrici, Punta di Pozzo di Borgo Corsicæ.

MONACROSPORIUM Oud. — Syll. IV p. 193, X p. 552.

1. **Monacrosporium Carestianum** Ferraris, Malp. 1904, p. 500, t. IX, f. XI. — Effusum, dilute roseum; hyphis sterilibus repentibus copiosis, ramosis, intricatis, septatis, 4,5 μ. cr.; fertilibus simplicibus rectis v. flexuosis, basi 1-septatis, ca. 100 μ. longis; conidiis solitariis, oblongo-fusoideis, initio continuis, tandem 3-septatis, constrictis, hyalinis, 21-26 × 7-8. 5314

   Hab. in thallo Physciæ sp, Riva Valdobbia Ital. bor. (Carestia).

BLASTOTRICHUM Corda — Sacc. Syll. IV p. 191, X p. 552.

1. **Blastotrichum elegans** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, p. 59. — Cæspitulis lanuginosis, subeffusis, dilutissime roseis, 200-300 μ. altis; hyphis sterilibus parcis, repentibus; hyphis fertilibus erectis, hyalinis, circiter 3 μ. crassis et 160 μ. longis, versus apicem plerumque parce et breve vel brevissime alternatim ramulosis, ramulis sporigeris; conidiis acrogenis v. subacrogenis, hyalinis, rectis, fusiformibus, utrinque acutissimis, 10-15-septatis, 70-98 × 8-12. 5315

   Hab. in culturis e stramine putrido formatis in laboratorio Vindobonæ Austriæ.

CEPHALIOPHORA Thaxt. Bot. Gaz. 1903, p. 157 (Etym. *cephalium* capitulum et *phoreo* fero). — Hyphæ steriles copiosæ, ramosæ, septatæ, hyalinæ; rami conidiophori breves, laterales, parce septati, apice sensim vesiculoso-inflati. Conidia in superficie vesi-

culæ subsessilia, capitulum formantia, oblonga v. obconica 2-3-septata, hyalina, demum fulvo-brunneola.

1. **Cephaliophora tropica** Thaxt. l. c. t. V, f. 11-16. — Hyphis sterilibus repentibus, variis; ramis fertilibus sursum clavato-inflatis continuis vel 1-septatis, cum capitulo 60-75 μ. longis; capitulo subgloboso, 28-35 μ. diam.; conidiis oblongo-clavatis, apice rotundatis, 3-5-septatis, 35 × 16, v. usque ad 50 × 19-20, hyalinis, dein (coacervatis) fulvo- v. cinnamomeo-brunneis, loculo imo hyalino tenuato-stipitellato. 5316

Hab. in stercore asinino, murino etc. in Jamaica, Liberia, Java, Sinis.

2. **Cephaliophora irregularis** Thaxt. l. c. t. V, f. 17-20. — Hyphis sterilibus repentibus, septatis, variis; ramis fertilibus clavato-inflatis, triseptatis v. ex vesicula subsessili continua tantum formatis; conidiis late obconoideis, obtusissimis vel emarginato-sub-bilobis, 1-2-septatis, 25-30 × 18, v. usque ad 36 × 30, diaphanis, coacervatis rufo-brunneis. 5317

Hab. in stercore murino, Porto Rico. — Affinis præcedenti sed conidia omnino diversa.

PIRICULARIA Sacc. — Syll. IV p. 217, X p. 563, XI p. 606.

I. *Eu-Piricularia.* Conidia mutica.

1. **Piricularia grisea** (Cooke) Sacc. — Syll. IV, p. 217. — Huc fere absque dubio spectat *Dactylaria parasitans* Cav. — Syll. XI p. 601 — in eadem matrice Digitaria sanguinali lecta in Insubria pr. Pavia et nuperrime Selva (Treviso) ubi legi quoque formam in foliis Setariæ viridis.

II. *Appelia* Sacc. Conidia apice setigera.

2. **Piricularia caudata** Appel et Str. Einig. Kamer. Theobr. Pilze pag. 6, fig. 9. — Maculis atro-brunneis, non distincte limitatis; cæspitulis albidis, effusis; mycelio parum evoluto, 3-4 μ. cr., hyalino; conidiophoris erectis, 100-150 μ. long. parce septatis, filiformibus, apice monosporis; conidiis breve fusoideis, rectiusculis, 2-4-septatis, non constrictis, hyalinis, apice in setulam filiformem rectam v. curvulam subæquilongam productis, 36-45 × 9-12, setula 35-45 μ. long. 5318

Hab. in fructibus morbosis Theobromæ Cacao in horto botanico Victoria Kamerun Afr. occid.

RAMULARIA Ung. — Syll. IV p. 196, X p. 553, XI p. 601, XIV p. 1059, XVI p. 1041 *).

1. **Ramularia æquivoca** (Ces.) Sacc. — Syll. IV, p. 201. — forma **Ranunculi-acris** C. Mass. Novit. Fl. Myc. Ver. 1902, pag. 75. — Conidiis ovalibus vel cylindraceis, utrinque rotundatis, usque ad 40 μ. long. et 6-7 μ. cr., continuis dein 1-3-septatis, catenulatis. 5319

   Hab. ad folia Ranunculi acris prope Tregnago Italiæ bor.

2. **Ramularia acris** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fen. 23, n. 3, 1903, p. 14. — Maculis amplis, irregularibus, nervis limitatis, flavo-brunneis, v. griseo-brunneis; cæspitulis ex stomatibus exeuntibus, hypophyllis, ex albo rubescentibus; conidiophoris indivisis, hyalinis, rectis, vulgo 2-cellularibus, obtusis, 30-60 × 3, apice 1-3-denticulatis; conidiis cylindraceo-oblongis, utrinque rotundatis, plerumque 2-cellularibus, rarius 1-vel 3-cellularibus, rectis, medio constrictulis, hyalinis, intus farctis, 22-34 × 3-8. 5320

   Hab. in foliis Ranunculi acris, Karelia Fenniæ. — Inter *R. gibbam* et *Didymariam Ungeri,* fere mediam.

3. **Ramularia lapponica** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 14. — Maculis amplis usque 2 cm. longis, irregularibus, immarginatis, griseis v. atro-brunneis, destruentibus; conidiophoris parcis, subsolitariis vel paucis cæspitulosis, indivisis 1-2-cellularibus, hyalinis, 25 × 3; conidiis catenulatis 2-3-acrogenis, cylindraceis, rectis, 1-2-cellularibus, 10-22 × 2-2,5. 5321

   Hab. in foliis Ranunculi lapponici, Karelia Fenniæ et Spetsbergen.

4. **Ramularia Repentis** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 15. — Maculis expallentibus, suborbicularibus, ellipticis vel irregularibus, 1-3 mm. diam., non fusco-marginatis, utrinque fertilibus; hyphis cæspitulosis, hyalinis, subflexuosis; conidiis anguste fusoideis ad 40 μ. longis, 2,5 μ. latis, continuis. 5322

   Hab. in foliis Ranunculi repentis, Valkenberg Hollandiæ.

5. **Ramularia Calthæ** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 5323

---

*) Conferenda optima monographia Ramulariarum Fenniæ *Verzeichnis der aus Finland bek. Ramularia-Arten*, in Actis Soc. pro Fauna et Fl. Fenn. Helsing. 1902 a cl. I. J. Lindroth elaborata.

23, n. 3, 1902, p. 15, *Cercospora Calthæ* Erikss. Fungi parasit. exs. n. 299, nec Cooke. — Maculis subirregularibus, albis, subinde zona brunnea cinctis, nonnulla mm. longis; cæspitulis ex stomatibus exeuntibus, vulgo epiphyllis, albis; conidophoris copiosis, hyalinis, filiformibus, rectis, indivisis, continuis, 30 × 2-2,5; conidiis acrogenis hyalinis, bacillaribus, utrinque obtusis, plerumque 1- rarius 2-cellularibus 11-20 × 2-2,5, rarius 32 × 2.

Hab. in foliis Calthæ palustris, Karelia Fenniæ.

6. **Ramularia sardoa** Sacc. in Ann. Mycol. 1903, fig. X, p. 443. — 5324
Maculis variis, grandiusculis, angulosis, sæpe confluentibus, amphigenis, arescendo brunneis; cæspitulis hypophyllis, punctiformibus, albis; hyphis simplicibus, subfasciculatis, longiusculis, 30-50 × 4, hyalinis; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis vel rotundato-attenuatis, triseptatis, hyalinis, 30-36 × 5-5,5.

Hab. in foliis Pæoniæ corallinæ var. triternatæ in Sardinia (U. Martelli). — Affinis *R. monticolæ* Speg., *R. Hellebori* Fuck., *R. Actææ* Ell. et Holw., sed conidiis 3-septatis et macularum indole diversa.

7. **Ramularia Trollii** (Jacz.) Lindroth in Act. Soc. pro fauna et fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 15. — Huc ducenda est *Didymaria Trollii* Jacz. — Syll. XVI, p. 1039. — Maculæ 2-10 μ. diam.; conidiophora 70 × 1,5-2; conidia cylindracea 2-3-cellularia 24-40 × 2-3,5.

Hab. in foliis Trollii europæi, in Fenniæ pluribus locis et in Rossia.

8. **Ramularia Cardamines** Syd. Ann. Mycol. 1903, p. 538. — Maculis 5325
amphigenis rotundatis v. irregularibus, marginalibus sæpe valde expansis olivaceo-brunneis, zona flavida, irregulari sæpe cinctis; cæspitulis hypophyllis minutissimis, albido-griseis; hyphis tenuibus, hyalinis, 1,5-2 μ. cr.; conidiis cylindraceis, rectis v. rectiusculis, utrinque rotundatis, hyalinis, continuis v. 1-septatis, 22-28 × 2,5-3,5.

Hab. in foliis vivis v. languidis Cardamines amaræ, Durrkamnitzschlucht ad fines Saxoniæ et Bohemiæ.

9. **Ramularia Gei** (Eliass.) Lindroth in Act. Soc. pro Fauna et Fl. 5326
Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 26. — Huc ducenda est *Ovularia Gei* Eliass. — Syll. XIV, p. 1053 — et *Ramularia submodesta* v. Höhn. Fragm. zur Myk. 1903, p. 54 (ex errore in Agrimonia pro Geo) Cfr. quoque v. Höhn. in Ann. Mycol. 1904, p. 57.

Hab. in foliis Gei urbani in Suecia et Austria infer. — Conidia acro-pleurogena, tereti-fusoidea, continua v. 1-septata, breve

catenulata 8-25 × 2-6; conidiophora 20-40 × 3-4, subnodulosa, sursum minute denticulata.

10. **Ramularia Trotteriana** Sacc. in Atti congr. bot. Palermo 1902, pag. 57. — Maculis epiphyllis, minutis, subcircularibus, griseis, atro-purpureo-marginatis; cæspitulis punctiformibus, tuberculo rubescenti 30-40 μ. diam, suffultis; hyphis bacillaribus, radiantibus, simplicibus 11 × 2 hyalinis; conidiis acrogenis, cylindraceis, utrinque obtusulis, modo continuis, 14-16 × 2, modo 1-septatis, leviter constrictis, 19-22 × 2, hyalinis. 5327

Hab. in foliis adhuc vivis Gei montani in Valtellina Italiæ bor. (A. Trotter).

11. **Ramularia Vaccarii** Ferraris in Malpighia 1903, p. 33. — Maculis amphigenis ochraceo-brunneis, fusco-purpureo-marginatis, irregularibus, sparsis v. confluentibus; cæspitulis minutis, hyphis hyalinis, continuis, simplicibus, apice denticulatis 25-30 × 2,5; conidiis hyalinis, cylindraceis, rectis 1-2-septatis, 20-28 × 2,5-3. 5328

Hab. in foliis Gei montani, Piccolo S. Bernardo Italiæ bor. — Verisimiliter non diversa e præcedente.

12. **Ramularia Waldsteiniæ** Ell. et Dav. in Dav. Par. Fungi Wisc. p. 99 (Trans. Wisc. Acad. 1903). — Hyphis in cæspitulos hypophyllos, punctiformes, albos fasciculatis, in maculis subindefinitis brunneis sitis, rectis curvulisve, subinde apice abrupte incurvatis, 25-35 × 2-3; conidiis rectis, cylindraceis, continuis, 20-30 × 3. 5329

Hab. in foliis Waldsteiniæ fragarioidis, Vilas county Wisc. Amer. bor. — Maculæ etiam in epiphyllo visibiles et circumcirca lutescentes.

13. **Ramularia Spirææ** Peck — Syll. IV, p. 480, Trav. in Bull. Soc. bot. ital. 1904, pag. 216, fig. 9 (diagnosis ampliata). — Maculis indefinitis, sparsis v. confluentibus et plerumque apicem foliorum late occupantibus, brunneis; hyphis conidiophoris hypophyllis, hinc inde in cæspitulos niveos irregulares collectis, ramulosis, septulatis, sursum denticulatis 4-5 μ. crassis; conidiis sæpe catenulatis, oblongo-lanceolatis vel subcylindraceis, sæpius utrinque 1-guttulatis, hyalinis, 7-25 × 3-4.

Hab. in foliis vivis Spirææ obtusifoliæ, Albany Amer. bor. (Peck) et Spirææ lanceolatæ, Padova It. bor. (Traverso). — Ob conidia ovoideo-lanceolata, continua, ad *Ovulariam* vergit.

14. **Ramularia punctiformis** Saccardo, Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 16, pl III, fig. 8. — Maculis epiphyllis, brunneis, non marginatis, ovato-oblongis, dein ampliatis; cæspitulis in his maculis 5330

dense gregariis, erumpentibus, punctiformibus, albis, epiphyllis; hyphis e nodulo stromatico celluloso pallido oriundis, fasciculatis, cylindraceis, sursum attenuatis vix denticulatis, hyalinis, 25-30 × 2-3; conidiis fusoideis, rectiusculis, utrinque obtusulis, 16-18 × 2-3, hyalinis.

Hab. in foliis morientibus Potentillæ anserinæ, Yakutat Bay Alaska (Trelease). — A *R. anserina* cæspitulis epiphyllis, vere punctiformibus etc. distinguenda.

15. **Ramularia Mœhringiæ** Lindroth in Act. Soc. pro Fauna et Fl. Fen. 23, n. 3, 1902, pag. 13. — Maculis flavidis, brunneolis vel viridulis, irregularibus, usque 5 mm. diam.; cæspitulis perexiguis ex stomatibus exeuntibus plerumque epiphyllis; conidiophoris brevissimis, hyalinis, indivisis, obtusis, 8-15 × 2,2-2,5; conidiis vix catenulatis, bacillaribus, rectis, hyalinis, 1-2-cellularibus, 11-22 × 2-3. 5331

Hab. in foliis Mœhringiæ trinerviæ, Alandia Fenniæ.

16. **Ramularia dolomitica** Kabát et Bubák, Œsterr. Bot. Zeitschr. 1904, p. 185. — Maculis subrotundis v. irregularibus usque ad 1 cm. long. et 0,5 cm. lat., alutaceis v. brunneolis, saturatius concolori-marginatis vulgo confluentibus; cæspitulis hypophyllis ex stomatibus exeuntibus, laxe sparsis; conidiophoris fasciculatis, hyalinis, 30-45 × 3-4, sursum minute denticulatis; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis v. subtenuatis, rectis vel curvulis, 20-50 × 2,5-4,5, continuis, dein 1-3-septatis, hyalinis. 5332

Hab. in foliis Geranii phæi pr. Alba in Val di Fassa Trentino.

17. **Ramularia Hornemanni** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 24. — Maculis irregulariter rotundatis, brunneis, flavidis vel rubellis; cæspitulis ex stomatibus exeuntibus, minutissimis vulgo hypophyllis, albis; conidiophoris hyalinis, continuis, simplicibus, sursum 1-5-denticulatis, 20-40 × 2,5-3,5; conidiis catenulatis, rectis cylindraceis, hyalinis, utrinque obtusis, 1-2-cellularibus, 18-33 × 2-3. 5333

Hab. in foliis Epilobii Hornemanni, in Lapponia. — *R. montanæ* affinis.

18. **Ramularia Epilobii-parviflori** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 24. — Maculis irregulariter rotundatis vel oblongis, nonnulla cent. long., griseo-brunneis vel viridulis, zona purpurea indeterminata cinctis, cæspitulis amphigenis, minutis, brunneolis, ex stomatibus exeuntibus; conidiophoris ple- 5334

rumque rectis, indivisis 1-cellularibus, lateraliter 1-3-denticulatis brunneolis; conidiis cylindraceis, utrinque obtusis, plerumque 28-38 × 3-5, raro 15 × 6, vulgo 2-cellularibus, hyalinis vel dilutissime flavidis.

Hab. in foliis Epilobii parviflori, Alandia Fenniæ.

19. **Ramularia montana** Speg. Dec. Mycol. n. 104. — Syll. IV, p. 453, sub *Cercospora*. — Huc ducendæ sunt, sec. cl. Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 23 *Ramularia Epilobii* Karst. quæ *Ram. Karstenii* Sacc. — Syll. XI p. 603.

20. **Ramularia Vestergreniana** Allesch. in Vestergren Micr. rar. selecti, 5335 in Bot. Not. 1902, p. 171. — Maculis 0,5-1 cm. diam., brunneo marginatis; cæspitulis albidis in maculis sparsis, amphigenis; conidiophoris erectis brevibus, 14-18 × 4, continuis; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, continuis v. 1-raro, 3-septatis, 20-34 × 4, hyalinis.

Hab. in foliis vivis Levistici officinalis in insula Osilia, Rossiæ Balticæ et in Fennia. — A *R. Levistici* Oud. valde differt. Sec. Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fennic. 23, n. 3, 1902, p. 22 conidiophora sunt 18-28 × 2,5-3,5, prope apicem 1-pluri-denticulata; conidia 15-32 × 2-3, solitaria vel breve catenulata, plerumque bicellularia.

21. **Ramularia Pastinacæ** Bubák, Pilzfl. Montenegro, 1903, p. 19. — 5336 Maculis rotundatis vel irregulariter angulosis, nervis limitatis, brunneo-cinctis, centro albidis; conidiophoris in cæspitulos exiguos hypophyllos, albos congestis, 30-40 × 2,5-4, cylindricis, hyalinis, apice plus minus rotundatis; conidiis cylindraceis, 15-24 × 2-4,5, apicibus obtusulis, 1-2-cellularibus, hyalinis.

Hab. in foliis Pastinacæ sativæ, pr. Milosevici Montenegro.

22. **Ramularia Chærophylli** Ferraris in Malpighia 1903, p. 33 (extr.). 5337 — Maculis parvulis, primitus subluteis, dein brunneis, epiphyllis, irregularibus; cæspitulis albis; hyphis filiformibus hyalinis, simplicibus, septatis 3,5 μ. diam.; conidiis cylindraceis, 1-3-septatis, rectis, apice leniter arcuatis, 15-26 × 3,5, hyalinis.

Hab. in foliis languidis Chærophylli hirsuti prope La Thuile, Piemonte Italiæ bor.

23. **Ramularia Angelicæ** v. Höhnel in Hedw. 1903, p. (178). — Ma- 5338 culis parvis, numerosis, angulatis, sæpe indistinctis, majoribus denique in mediana parte albidis, ceterum brunneolis; cæspitulis amphigenis, minus conspicuis; hypharum fasciculis fere semper per cuticulam erumpentibus, parvis; hyphis fertilibus quoad longitu-

dinem variantibus, tenuissimis, parce septatis; conidiis 1-3-cellularibus, bacilliformibus, 20-30 μ. long., plerumque 1,5-2,5, raro usque 3 μ. lat.

Hab. in foliis Angelicæ silvestris, Sterzing Tiroliæ.

24. **Ramularia Archangelicæ** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 22. — Maculis albis, nervis limitatis et zona brunnea cinctis; conidiophoris cæspitulosis albis, vulgo epiphyllis, brevissimis, clavulatis, 15-25 × 3, apice 1-6-denticulatis, simplicibus; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, 2-3-cellularibus, 22-32 × 2-3. 5339

Hab. in foliis Archangelicæ officinalis in Lapponia.

25. **Ramularia Anthrisci** v. Höhnel in Hedwigia 1903, p. (178). — Maculas nullas formans, colorem viridem laciniarum folii in brunneum mutans; cæspitulis plerumque solum hypophyllis, valde inconspicuis, vix visibilibus; hypharum fasciculis plerumque per cuticulam erumpentibus, parvis, sæpe brevibus, hyphis 1,5-2 μ. lat. minus septatis; conidiis cylindricis, 12-50 μ. long., 2-2½ μ. lat., plerumque bicellularibus, rarius 3-4-cellularibus, 40-50 μ. long., 2 μ. lat., vel singulis vel breviter catenulatis. 5340

Hab. in foliis Anthrisci silvestris, Puchberg, ad montem Schneeberg Austriæ inf.

26. **Ramularia glauca** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1903, p. 222. — Maculis amphigenis, intense brunneis 0,5-1 cm. diam. orbicularibus vel irregularibus, marginatis hyphis obsoletis; conidiis, ex basi cæspitulosa tuberculata 75 μ. diam. oriundis, hyalinis, subcontinuis, oblongo-fusoideis, subcatenulatis, 15-30 × 3-4. 5341

Hab. in foliis Sambuci glaucæ, prope Stanford University, Californ. Amer. bor. — *R. sambucinæ* Sacc. affinis.

27. **Ramularia Statices** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, p. 42 (Vidensk. Skrift.). — Maculis magnis, rotundatis vel oblongis, 1-2 cm. latis, ochraceis, fusco-marginatis, concentrice zonatis; acervulis hypophyllis, minutis, albidis, numerosis; conidiis cylindraceis, 1-septatis, 30-38 × 3. 5342

Hab. in foliis Statices bahusiensis, Tjomo Norvegiæ (A. Blytt).

28. **Ramularia Lysimachiarum** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 28. — Maculis e brunneo atro-virentibus, demum flavidis, 4-10 mm. diam.; cæspitulis minutissimis, niveis, amphigenis, ex stomatibus exeuntibus; conidiophoris 5-15 in quoque cæspitulo, continuis, simplicibus, rectis, cylindraceis, 5343

inæqualibus, hyalinis, 18-22 × 3-4,5, sursum 1-3-denticulatis; conidiis cylindraceis, vulgo 22-30 × 2-2,5.

Hab. in foliis Lysimachiæ Nummulariæ in Suecia et Fennia.

29. **Ramularia Hydrophylli** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, p. 14. — Maculis nigro-brunneis, irregularibus 3-6 mm. longis, fere totum folium occupantibus; cæspitulis peronosporoideis, albidis; hyphis amphigenis, cæspitosis, hyalinis, continuis, geniculatis, superne denticulatis, 20-30 × 5-7; conidiis ovatis vel elongato-clavatis, utrinque rotundatis, 20-30 × 7-10. 5344

Hab. in foliis Hydrophylli capitati, Blue Mts. Amer. bor.

30. **Ramularia Cynoglossi** Lindroth in Act. soc. pro fauna et fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, pag. 30. — Maculis majusculis, rotundatis 6 mm. diam., brunneis, non zonatis; cæspitulis sordide albis, epiphyllis, ex stomatibus exeuntibus, mycelio intra stomata contextum hyalinum formante; conidiophoris simplicibus, rectis, sursum 1-3-denticulatis, hyalinis, basi sæpius 1-septatis, 15-22 × 3; conidiis vulgo solitariis, cylindraceis, utrinque rotundatis 1-rarius-2-cellularibus, 9-25 × 3-4,5. 5345

Hab. in foliis Cynoglossi officinalis, Alandia Fenniæ.

31. **Ramularia melampyrina** Pat. et Har. Bull. Soc. Mycol. 1905, pag. 86. — Cæspitulis hypophyllis, candidis, numerosis, et fere totam paginam inferiorem obtegentibus, punctiformibus, circ. 50 μ. diam.; conidiophoris fasciculatis, simplicibus, hyalinis, sursum tenuiter denticulatis, 50 × 4-5; conidiis oblongis, continuis, 10-25 × 5-6. 5346

Hab. in foliis cotyledoneis Melampyri pratensis, Herblay pr. Parisios Galliæ.

32. **Ramularia Nicolai** Bubák, Pilzfl. Montenegro 1903, pag. 19. — Maculis sparsis, irregularibus, angulosis, 2-4 mm. lat., nervis limitatis, denique arescendo flavo-alutaceis; conidiophoris amphigenis in cæspitulos minutos albos vel dilute roseos laxe conjunctis, curvulis, 30-55 × 2-3, hyalinis; conidiis ellipsoideo oblongis, unicellularibus, basi acutulis, apice rotundatis, cylindraceis, 1-2-cellularibus, 9-28 × 2-4,5. 5347

Hab. in foliis Scrophulariæ bosniacæ in Piperska Lucavica Montenegro. — Ab *Ovularia duplici* et *O. carneola* maculis flavidis, conidiis majoribus bicellularibus distincta.

33. **Ramularia filiformis** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Flora Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 34. — Maculis nullis; cæspitulis candi- 5348

dis hypophyllis, dense effusis; conidiophoris filiformibus, hyalinis, septatis, sæpius simplicibus 1- pauci-denticulatis, 60-100 × 2-2,5; conidiis catenulatis, hyalinis, tereti-ellipsoideis, 1-2-cellularibus, 8-28 × 3-5.

Hab. in foliis Pedicularis silvaticæ in Suecia.

34. **Ramularia coccinea** (Fuck.) Vestergr. Microm. rar. sel. n. 148, Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 31, *Fusidium coccineum* Fuck. — Syll. IV, pag. 29, ubi diagnosis incompleta. — Maculis brunneis v. brunneo-rufis, vulgo saturatius zonatis, usque 15 mm. long.; cæspitulis ex stomatibus exeuntibus vivide rubentibus; conidiophoris simplicibus, 3-6-cellularibus, tortuosis sursum 1-6-denticulatis, 50-75 × 2,5-3,5; conidiis bacillaribus 1- sæpius 2-cellularibus, rarius 3-cellularibus, rectis, hyalinis, subsolitariis, 12-25 × 2-3.

Hab. in foliis vivis Veronicæ officinalis in Germania et Fennia.

35. **Ramularia nivea** Kab. et Bub., Œsterr. bot. Zeitschr. 1904, p. 16. 5349
Maculis epiphyllis, subrotundis v. rotundo-sinuosis, 4-8 mm. latis, sæpe confluentibus, alutaceis vel brunneolis, immarginatis, rarius zona obsolete viridulo-flava cinctis, subtus pallide virentibus, diaphanis, non concentrice sulcatis; cæspitulis amphigenis, ex stomatibus exeuntibus, niveis; conidiophoris fasciculatis, confertis, rectis, simplicibus, 80 × 4-5, septatis, hyalinis, sursum tenuato-1-3-denticulatis; conidiis fusiformibus v. cylindraceis, rectis, utrinque rotundatis, continuis v. 1-septatis, non constrictis, 15-35 × 3-4,5 hyalinis.

Hab. in foliis vivis Veronicæ Anagallidis pr. Turnau Bohemiæ. — A *R. Beccabungæ* maculis diversis, conidiis majoribus distincta. An diversa a *Ram. Anagallidis* Lind.?

36. **Ramularia pseudococcinea** Lindroth in Acta soc. pro Fauna et 5350
Fl. Fennica 23, n. 3, 1902, p. 32. — Maculis brunneis vel rufis, sæpe atro-zonatis; cæspitulis, ex stomatibus exeuntibus, confluentibus, hypophyllis; conidiophoris simplicibus vel ramosis 2-6-cellularibus, tortuosis, 80-150 × 2,5-4, pluri-denticulatis; conidiis subsolitariis versiformibus, ellipsoideis, 5-14 × 4-6 continuis vel cylindraceis, 1-2-cellularibus 20-30 × 3,5-5.

Hab. in foliis Veronicæ Chamædryos, in Fennia et Suecia.

37. **Ramularia Anagallidis** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Flora 5351
Fennica 23, n. 3, 1902, p. 33. — Maculis rotundatis v. oblongis, pallidis non perforantibus, cæspitulis amphigenis, ex stomatibus

exeuntibus, ex 12-22 conidiophoris formatis; conidiophoris filiformibus 2-5-cellularibus, simplicibus v. parce ramosis, hyalinis 30-95 × 2,5-4, sursum 1-denticulatis; conidiis vix catenulatis cylindraceis vulgo bi-cellularibus rectis curvulisve utrinque rotundatis 20-30 × 2,5-4.

Hab. in foliis Veronicæ Anagallidis, Alandia Fenniæ.

38. **Ramularia pygmæa** Lindroth in Act. soc. pro fauna et flora Fennica, 23, n. 3, 1902, pag. 33. — Maculis nullis vel obsoletis; cæspitulis ex stomatibus exeuntibus, ex conidiophoribus compluribus formatis, albidis vel rubescentibus, confluentibus; conidiophoris brevissimis, hyalinis continuis vulgo 1-denticulatis; conidiis cylindraceis, utrinque obtusis, 18-28 × 2-2,5, vulgo bi-cellularibus, copiosis. 5352

Hab. in foliis Veronicæ serpyllifoliæ, in Fennia.

39. **Ramularia macrospora** Fres. — Syll. IV, p. 211. — var. **major** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 37. — Maculis obsoletis; cæspitulis albo-rubellis, plerumque totam pag. inf. occupantibus; conidiophoris 60-100 µ. long., distincte tortuosis, pluri-denticulatis; conidiis ut in typo sed sæpius 2-cellularibus et plerumque paullo longioribus. 5353

Hab. in foliis Campanulæ rapunculoidis, Karelia Fenniæ.

40. **Ramularia Michauxioidis** P. Magn. in Bull. Herb. Boissier 1903, n. 7, p. 583, tab. V, fig. 4-8. — Cæspitulis erumpenti-superficialibus, albis; hyphis fasciculatis sursum noduloso-sporigeris; conidiis oblongis 11-27 µ. long., sæpius 16 × 4,5, continuis, hyalinis, utrinque rotundatis. 5354

Hab. in foliis Campanulæ michauxioidis in regione subalpina Phrygiæ, socia et forte metagenetica *Phyllosticta Michauxioidis*.

41. **Ramularia exilis** H. et P. Syd., Ann. Mycol. 1905, pag. 186. — Maculis amphigenis, indeterminatis, flavescentibus, variæ magnitudinis; cæspitulis hypophyllis, minutissimis, vix perspicuis; conidiophoris geniculatis, parce septulatis, usque 90 × 3-4, hyalinis; conidiis cylindraceis, utrinque rotundatis, continuis, dein 1-(v. tandem pluri?) septatis, hyalinis, 18-28 × 2,5-4. 5355

Hab. in foliis vivis Galeobdoli lutei, Annathal pr. Eisenach Germaniæ (F. W. Neger).

42. **Ramularia bosniaca** Bubák, Œsterr. Bot. Zeitschr. 1903, p. 47. — Maculis parvis, rotundis v. oblongis, circ. 2 mm. diam., sæpe confluentibus, atro-violaceis, demum albis, diaphanis, semper atro- 5356

violaceo-marginatis; conidiophoris hypophyllis, cæspitulos velutinos, albidos, sparsos formantibus 80-100 × 3-3,5, nodulosis, hyalinis, sursum denticulatis; conidiis ellipsoideis vel subcylindraceis 11-26 × 4,5-6,5, hyalinis apice rotundatis v. rarius acutulis, 1-2-cellularibus.

Hab. in foliis Scabiosæ columbariæ pr. Gorazdja Bosniæ. — A ceteris speciebus scabiosicolis satis diversa.

43. **Ramularia Tricheræ** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. Fenn. 5357
23, n. 3, 1902, p. 38. — Maculis rotundatis minutis, 2-10 mm. diam., brunneolis; cæspitulis amphigenis, albidis ex stomatibus exeuntibus, ex conidiophoris compluribus formatis; conidiophoris hyalinis, rectis, filiformibus, simplicibus 1-2-cellularibus 30-70 × 2-3, vulgo 1-denticulatis; conidiis solitariis v. catenulatis, hyalinis 1-2-cellularibus, cylindraceis, utrinque tenuatis vel subellipsoideis, nunc 6-10 × 2-3 continuis, nunc 12-13 × 2,5-4 uniseptatis.

Hab. in foliis Knautiæ (Tricheræ) arvensis, Alandia Fenniæ.

44. **Ramularia Cardui-Personatæ** v. Höhnel Fragmente zur Mykologie 5358
1903, p. 55. — Maculis obsoletis, indeterminatis; cæspitulis hypophyllis, inconspicuis; hyphis fertilibus singularibus vel plus minus numeroso-fasciculatis, brevibus v. longiusculis usque ad 40 × 1,5-2, hyalinis, e stomatibus erumpentibus; conidiis acrogenis, rectiusculis, uniseptatis, hyalinis, cylindraceis, utrinque acutis, in apicibus leviter curvulis, 12 × 2.

Hab. in foliis vivis Cardui Personatæ prope Turnau Styriæ superioris.

45. **Ramularia Centaureæ** Lindr. Act. Soc. Faun. et Fl. Fenn. XX, 5359
1902, p. 7 (extr.). — Maculis minutis, 1-5 mm. lat., nervis angulose limitatis, albidis, zona inæquali sordide brunneo-cinctis; cæspitulis vulgo epiphyllis v. amphigenis, albis, perexiguis, e stomatibus exeuntibus; hyphis simplicibus, sursum 1-3-denticulatis, 28-36 × 3-3,5 subinde longioribus (90 μ.) et tunc ramulosis 2-pluricellularibus, vix 3 μ. cr.; conidiis solitariis v. subcatenulatis, typice bicellularibus, rarius continuis, utrinque obtusulis, medio sæpe subconstrictis, 30-40 × 3-3,5.

Hab. in foliis Centaureæ phrygiæ v. austriacæ, Nylandia Fenniæ.

46. **Ramularia Kabatiana** Bubák in Vestergr. Micr. rarior. selecti, 5360
in Bot. Not. 1902, p. 170. — Maculis magnis, irregularibus, interdum confluentibus, brunneis; cæspitulis hypophyllis, albidis;

hyphis fasciculatis, hyalinis, 80-120 × 2-5, squarrosis, denticulatis; conidiis e denticulis ortis vel terminalibus, ovoideo-ellipsoideis v. cylindraceis, utrinque obtusis, rarius apiculatis, hyalinis, 15-29 × 6-11, uni-cellularibus vel uni-septatis.

Hab. in foliis Gnaphalii norvegici in Bohemia. — An *Ram. Gnaphalii* Syd. 1899 eadem sit inquirendum.

47. **Ramularia Inulæ-britannicæ** Allesch. ap. Jaap, Abhandl. Bot. 5361
Ver. Brandenb. 1905, XLVII, pag. 98. — Maculis subrotundis, flavidis, dein brunneis, indistincte marginatis; cæspitulis albis sæpe totam foliis paginam inf. obtegentibus; conidiophoris fasciculatis, usque ad 100 × 4,5, geniculatis v. curvulis, hyalinis; conidiis cylindraceis, rotundatis, rarius ellipsoideis vel ovoideis, magnitudine variis, 25 × 3,5-5, hyalinis, continuis vel 1-septatis, rarius 2-3-septatis.

Hab. in foliis Inulæ britannicæ, Kirchwärder pr. Hamburg Germaniæ.

48. **Ramularia Lapsanæ** (Desm.) Sacc. — var. **Lactucæ-muralis** Jaap, 5362
in Verhandl. Bot. Vereins Brand. 1902, p. 137. — Conidiis longioribus, usque ad 90 µ. a typo dignoscitur.

Hab. in foliis Lactucæ muralis, Natteheide Brandenburg. — Quoad formationem sclerotiiformem ex hyphis hujus speciei (typicæ) oriundam cfr. v. Höhn. Fragm. zur Mykol. 1902, p. 56.

49. **Ramularia eximia** Bubák, Pilzfl. Montenegro, 1903, p. 18. — Ma- 5363
culis epiphyllis irregularibus, angulosis, nervis limitatis, flavidis; conidiophoris in cæspitulos remotiusculos minutos hypophyllos, rarius epiphyllos junctis, albis, vel subroseis, 55 × 4-6,5, sursum fortiter nodosis, denticulatis, hyalinis; conidiis cylindraceis utrinque leniter clavulatis, fere panduriformibus, 12-44 × 4-7,5, hyalinis, 1-2- raro 3-4-cellularibus.

Hab. in foliis Crepidis viscidulæ, Stirni Montenegro, socia *Phyllosticta eximia.*

50. **Ramularia picridicola** Lindroth in Act. soc. pro Fauna et Fl. 5364
Fenn. 23, n. 3, 1902, p. 39. — Maculis rotundatis 5-10 mm. diam., brunneis, sæpius zona flavido-rubescenti pallidiore cinctis; cæspitulis ex stomatibus exeuntibus, epiphyllis vel amphigenis, albis, intra stomata contextum flavo-brunneolum formantibus; conidiophoris 20-30 in quoque cæspitulo hyalinis 1- rarius 2-cellularibus, sursum 1-5-denticulatis, subinde sursum tortuosis, 15-34 × 2,5-3,5; conidiis solitariis v. subcatenulatis, filiformibus, rectis curvulisve 1-3-cellularibus, utrinque rotundatis, hyalinis, 25-50 × 2-3.

Hab. in foliis Picridis hieracioidis in Fennia. — A *R. Picridis,* conidiophoris multo longioribus et plerumque epiphyllis differt.

51. **Ramularia Picridis** Faut. et Roum. — Sacc., Syll. X, p. 558. — 5365
forma **italica** C. Mass. Novit. Fl. Myc. ver. 1902, p. 70. — Maculis foliicolis amphigenis, suborbicularibus, nigris, dein centro expallentibus et interdum zona angusta lutescenti limitatis; cæspitulis (cito evanidis) hypophyllis, crebro disseminatis pulveraceo-farinaceis; hyphis fertilibus fasciculatis, continuis, aut raro uniseptatis, 30-56 × 3-4, apice subramosis et alterne dentatis; conidiis in catenulas ramosas digestis, polymorphis scilicet ovoideis, plus minus elongatis, aut cylindraceis, continuis, rarissime uniseptatis, utrinque rotundato-obtusis, vix apiculatis, usque ad 24 μ. longis et 3-4 μ. crass.

Hab. ad folia Picridis hieracioidis prope Tregnago Italiæ borealis.

52. **Ramularia conspicua** Syd., Ann. Mycol. 1903, p. 538. — Maculis 5366
amphigenis, olivaceo-brunneis, rotundatis, 4-10 mm. diam., sparsis, v. raro hinc inde confluentibus, sæpe zonatis; cæspitulis amphigenis, præcipue autem epiphyllis, minutis, maculam totam obtegentibus, albidis; hyphis continuis v. hinc inde 1-septatis, simplicibus, rarius parce breviterque ramulosis, hyalinis, 30-48 × 2-3; conidiis cylindraceis, rectis v. rectiusculis, utrinque obtusis, hyalinis, continuis v. 1-3-septatis, 24-40 × 3-3,5.

Hab. in pag. sup. foliorum vivorum Hieracii murorum Kamnitzschlucht ad fines Saxoniæ et Bohemiæ.

53. **Ramularia corcontica** Bubák et Kab., Mykol. Beitr. I, p. 7 (Sitz. 5367
böhm. Ges. Wiss. 1903). — Maculis amphigenis, subcircularibus v. subcirculari-angulosis, sæpe concentrice sulcatis, ochraceis vel brunneolis, arescendo griseis, rubenti-marginatis v. immarginatis; cæspitulis epiphyllis, crebriusculis, velutinis, albis; conidiophoris tenuissimis, rectis v. flexuosis sursum leviter denticulatis, 20-30 × 3-4,5, hyalinis; conidiis cylindraceis, 22-66 × 2-3, utrinque rotundatis, v. acutulis, 1-5-locularibus, hyalinis.

Hab. in foliis vivis Hieracii alpini et ejus var. tubulosæ Riesengebirge. — Socia adest *Phyllosticta corcontica.*

54. **Ramularia subalpina** Bubák, Pilzfl. Montenegro 1903, p. 19. — 5368
Maculis flavo-alutaceis, angulosis, 5 mm. latis, nervis limitatis, utrinque conspicuis, anguste atro-brunneo-marginatis; conidiophoris amphigenis, in cæspitulos minutos, albos compactiusculos col-

lectis, subflexuosis, hyalinis, 40 × 2,5; conidiis cylindraceis utrinque obtusiuscule tenuatis, 15-30 × 2,5-4,5, hyalinis, 1-2- raro 3-cellularibus.

Hab. in foliis Hieracii lanati, Stirni Montenegro.

55. **Ramularia Nambuana** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 146. — Cæspitulis hypophyllis in soris *Uredinis,* subroseis vel flavido-incarnatis; hyphis ramosis 3-4 μ. crassis, subhyalinis vel roseolis; conidiis fusoideis, utrinque acutis, medio 1-septatis 10-20 × 3–3,5, hyalino-roseolis. 5369

Hab. in uredosoris in foliis Salicis japonicæ, Sagami, Hakone Japoniæ (Nambu).

56. **Ramularia Sparganii** Lindroth in Act. Soc. pro fauna et fl. Fen. 23, n. 3, 1902, p. 12. — Maculis inæqualiter rotundatis, demum brunneolis; cæspitulis amphigenis perexiguis, albidis ex conidiophoris cylindraceis continuis, hyalinis, apice 1-2-denticulatis, 20 × 2,5 formatis; conidiis cylindraceis valde inæqualibus 1-3-cellularibus, rectis, catenulatis, 10-30 × 1,5-2,5. 5370

Hab. in foliis Sparganii glomerati et Sp. simplicis, in Fennia et Suecia.

57. **Ramularia frutescens** Kabát et Bubák, Hedw. 1905, XLIV, p. 358. — Cæspitulis amphigenis e mycelio flavido subepidermico oriundis et per stomata exeuntibus, initio minutis, subrotundis, velutinis, dein inter nervos confluentibus et areas niveas formantibus; conidiophoris varie flexis, 40-60 × 1-2, indivisis v. ramosis, septatis, sursum denticulis 3-5 ornatis hyalinis; conidiis fusoideo-cylindraceis 6-18 × 2-3, rectis utrinque acutulis, continuis, dein 1-septatis, catenulatim secedentibus. 6371

Hab. in foliis morientibus Sparganii ramosi infra Gross-Skal Bohemiæ. – A *Ram. Sparganii* omnino diversa.

58. **Ramularia Hordei** Mac Alp. Austral. Fungi, Dec. I-II, p. 379 (Proceed. Linn. Soc. New S. Wal. 1902). — Maculis suborbicularibus brunneolis, dein confluentibus et atro-brunneis; cæspitulis albidis parum conspicuis; hyphis intra folium ramosis, septatis, extus in conidiophora abeuntibus; conidiis oblongis vel fusoideis, hyalinis, utrinque acutulis v. obtusis, maturis 1-septatis, non constrictis, 15-17 × 3. 6372

Hab. in foliis Hordei, New South Wales Australiæ (Farrer). — A *Ram. graminicola* conidiis dimidio brevioribus et distincte 1-septatis dignoscitur.

59. **Ramularia Equiseti** C. Mass. Nov. Fl. Myc. Ver. 1902, p. 75. — 5373

Cæspitulis minutis, candidis ramulincolis; maculis pallido-griseis; hyphis fertilibus fasciculatis ex ostiolis stomatum egredientibus 50–75 × 6-8, continuis vel spurie 1-2-septulatis, simplicibus apicem versus vix attenuatis sæpe 1-2 alterne denticuligeris; conidiis cylindraceo-fusoideis aut subclavulatis, utrinque subrotundatis, rectis curvulisve, dein 1-3-septatis, vulgo 20-45 × 6-9; interdum adsunt conidia (germinantia) apice longe attenuata et fere caudata.

Hab. in caulibus Equiseti ramosi var. virgati prope Veronam Italiæ bor.

60. **Ramularia Botrychii** Lindroth in Act. Soc. pro Fauna et Fl. Fen. 5374
23, n. 3, 1902, pag. 11. — Cæspitulis omnes fere matricis partes virides uniformiter obducentibus et stratum niveum formantibus; conidiophoris simplicibus 1-2-cellularibus, rectis æqualibus v. clavulatis; conidiis breve-catenulatis, acrogenis, cylindraceis, utrinque acutiusculis, rectis 1-2-cellularibus, 17-24 × 3-4.

Hab. in foliis vivis Botrychii Lunariæ, Karelia Fenniæ. — Conidia continua 10-16 μ. long. *).

Sect. 4. Staurosporæ.

PEDILOSPORA v. Höhn. Fragm. z. Mykol. 1903, p. 61 (Etym. *pedilon* caliga et *spora*). — Hyphæ hyalinæ, subtiles, repentes, obsolete septatæ, irregulariter ramosæ, hinc inde in matricem penetrantes; ramuli conidiophori, breves, crassiusculi, acuti, plerumque congesti. Conidia acrogena, pluricellularia, bilobato-furcata, lobi paralleli, elongati, contigui.

1. **Pedilospora parasitans** v. Höhnel l. c. — Hyphis parcis, 1-2 $^1/_2$ 5375
μ. crassis, hyalinis, subtilibus, obsolete septatis, parce et irregulariter ramosis, in matricis superficie repentibus, hinc inde in illam penetrantibus; ramulis conidiigeris plerumque fasciculatis, brevibus, crassioribus, acutis; conidiis acrogenis, solitariis, 13-16 × 5-6, ellipsoideis; hyalinis, basi acutis, quinquecellularibus, bilobato-furcatis, lobis bicellularibus, elongatis, contiguis, cellula basilari, obconica suffultis.

Hab. in Helotio citrino (?) parasitica, in silvis montis Kolbeter prope Hadersdorf, Wienerwald Austriæ inferioris.

---

*) *Oidium concentricum* B. et Br. Not. of Brit. Fungi n. 547 in Urtica, Glechoma etc., est species collecticia (*Ramularia Urticæ* Ces. *R. calcea* Ces. etc.).

PRISMARIA Preuss — Syll. IV p. 230.

1. **Prismaria subtilissima** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, p. 762. — Mycelio ramoso, repenti, tenui, continuo, hyalino; hyphis erectis, brevibus, 6-14 µ. long., cylindraceis, hyalinis, continuis; conidiis obovato-lanceolatis, acrogenis in circulo 4-6-congestis, 6-7 × 2-3. 5376

Hab. in folis putridis Tiliæ ulmifoliæ, Bussum Hollandiæ.

TETRACIUM P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 116 (Etym. *tetra* quatuor et *ace* acies, cuspis). — Hyphæ steriles repentes, hyalinæ, septatæ; hyphæ fertiles, erectæ, brevissimæ, continuæ. Conidia acrogena, quadri-radiata, elongato-fusoidea, pluriseptata, hyalina. — *Trinacrio* affine genus.

1. **Tetracium Aurantii** P. Henn. l. c. — Cæspitulis pulvinatis v. late effusis, subcrustaceis, albidis v. cretaceis; hyphis sterilibus repentibus, septatis, hyalinis 2-3,5 µ. cr.; hyphis fertilibus erectis, brevibus, subclavatis, continuis 5-16 × 3-4, basi apiculatis, vertice rotundatis; conidiis 4-radiatis fusoideis, utrinque attenuatis, pluriseptatis, haud constrictis, apice subulatis, 100-200 × 4-5, hyalinis. 5377

Hab. in foliis Citri Aurantii, larvarum insectorum plenis in horto bot. San Paulo Brasiliæ.

TRINACRIUM Riess — Syll. IV p. 231, X p. 567, XVI p. 1049.

1. **Trinacrium subtile** Riess — Syll. IV, p. 231. — var. **tjibodense** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 243. — Totum hyalinum, sparsum; stipite filiformi vix 1,5 µ. cr.; radiis ternis 5-7-cuboideo-nucleatis et septulatis, sursum incurvulo-acuminatis. 5378

Hab. in ramis putrescentibus, socia *Stictide pallidula,* Tjibodas Javæ. — A typo differt radiis conidiorum curvulis acutioribus et basi crassioribus.

TITÆA Sacc. — Syll. IV, p. 231, X p. 568, XI p. 608.

1. **Titæa ornithomorpha** Trotter, Ann. Mycol. 1904, p. 534, fig. 2. — Mycelio parcissimo, parasitico; conidiis radiatim quadriloculariibus, discretis, hyalinis, totis 12-15 µ. longis, loculis superioribus ternis medio subcylindrico, utrinque obtuso, lateralibus oblongo-acuminatis, loculo infero majusculo deorsum longe acuminato. 5379

Hab. in foliis vivis Cerastii, probabiliter parasitica *Septoriæ Cerastii* prope Abellinum Ital. merid. Apr. 1904.

2. **Titæa Rotula** v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, p. 58. — Inconspicua, 5380

tota hyalina; hyphis repentibus, irregulariter ramosis, hinc inde brevissime denticulatis; conidiis ex articulis 4 constantibus; articulis singulis curvatis, 20-40 ≈ 2-3, continuis vel uni-septatis, in polo centrali crassioribus, rotundatis, cum hoc fere ut in rotulam connexis, in polo exteriore sensim attenuatis et in caudam filiformem, plus minus elongatam, plerumque unilateraliter curvatam productis.

Hab. in foliis emortuis Myosotidis alpestris prope Tumpen in valle dicta Oetzthal Tiroliæ.

Sect. 5. Hyalodictyæ.

STEMPHYLIOPSIS Annie L. Smith, in Journ. R. Micr. Soc. 1901, pag. 617 (Etym. *Stemphylium* et *opsis* aspectus). — Hyphæ intricato-ramosæ, septatæ, hyalinæ. Conidia in parte terminali hyphæ inserta, elliptica vel subglobosa, 2-pluri-septata et muriformia, hyalina. Est *Stemphylium* hyalosporum; an *Synthetosporæ* Morg. affine genus?

1. **Stemphyliopsis heterospora** Annie L. Smith l. c. tab. XIII, f. 4. 5381
— Cæspitulis hyalinis 2 mm. altis; hyphis filiformibus, breve ramosis, hyalinis; conidiis magnitudine et altitudine variis, ellipticis 12 ≈ 8 ad 25 ≈ 15, vel subglobosis 12-15 μ. d., transverse septatis, 2-pluri-cellularibus, muriformibus, hyalinis, verrucosis.

Hab. in seminibus germinantibus Trifolii et Brassicæ in Britannia.

Sect. 6. Scolecosporæ.

CERCOSPORELLA Sacc. — Syll. IV p. 218, X p. 564, XI p. 606, XIV p. 1065, XVI p. 1046.

1. **Cercosporella peronosporioides** Speg. in Ann. Soc. Cient. Arg. 5382
1899, p. 273. — Maculis amphigenis, indeterminatis, subflavescentibus 2-5 mm. diam.; cæspitulis hypophyllis, Peronosporarum more dense constipatis, plagulas albo-cinereas angulosas efficientibus; hyphis ellipticis v. cylindraceis, gibbosis v. geniculatis, 10-25 ≈ 5-6 hyalinis; conidiis acro-pleurogenis, ellipticis, cylindraceis v. clavatis 10-60 ≈ 5-7, continuis vel 1-3-septatis, ad septa non vel vix constrictis, levibus, hyalinis, sæpius multiguttulatis.

Hab. ad folia languida Jatrophæ anisophyllæ, pr. Córdoba Argentinæ. — *C. pseudoidio* Speg. affinis, sed satis riteque distincta.

2. **Cercosporella Crotonis** P. Henn. Hedw. 1904, p. 94. — Maculis 5383
fuscidulis, marginalibus recurvatis vel effusis nervos sequentibus; hyphis fasciculatis septatis, hyalinis ca. 40-80 × 5; conidiis fusoideis, utrinque obtusiusculis vel acutis, hyalinis, 20-40 × 3,5-5, 3-5-septatis.

Hab. in foliis Crotonis, Itabininha, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

3. **Cercosporella compacta** Trav. Hedw. 1904, pag. 422, c. icon. — 5384
Maculis amphigenis sed in epiphyllo magis distinctis, plus minusve regulariter circularibus, 3-8 mm. diam., haud raro confluentibus, castaneo-umbrinis, centro vix pallidioribus; conidiophoris in cæspitulos amphigenos compactos copiosissimos albidos dense stipatis, cylindraceis, brevibus, 20-30 × 3-3,5 apice attenuato-truncatis e basi pseudostromatica orientibus; conidiis acrogenis, cylindraceo-bacillaribus, apice rotundato-obtusis, primo continuis, dein 1-5-guttulatis v. septatis, longitudine maxime varia 30-85 × 3.

Hab. in foliis vivis Acanthi spinosi, formæ ad A. spinosissimum vergentis, quibus maxime nocet in horto bot. Patavino Ital. bor. (A. Pigal). — Videretur st. conidicus *Septoriæ acanthinæ* Sacc. et Magn.

4. **Cercosporella Nicolai** Bubák, Pilzfl. Montenegro, 1903, p. 20. — 5385
Maculis irregulariter rotundatis vel oblongis, alutaceis, brunneo-marginatis, centro albidis, utrinque conspicuis, sæpe confluentibus; conidiophoris amphigenis cæspitulosis, niveis, 10-25 × 2-2,5, leniter curvis, edentatis v. supra 1-dentatis; conidiis longe filiformibus, 60-150 × 2, sursum cuspidatis, rectis curvulisve, 5-7-septatis, hyalinis.

Hab. in foliis Menyanthis trifoliatæ pr. Pasina Voda Montenegro.

5. **Cercosporella aronicicola** Volkart, Berichte d. deutsch. bot. Gesell. 5386
1903, p. 481, t. XXV, f. III (absque diagnosi). — Maculis rufo-brunneis, internerviis; hyphis fasciculatis, cæspitulosis, erumpentibus, continus v. 1-septatis, hyalinis, apice obtusis incrassatulis, 3 p. cr.; conidiis cylindricis utrinque obtusis, 1-2-3-septatis, 35-75 × 3-4, hyalinis, rectiusculis.

Hab. in foliis vivis Aronici scorpioidis, Grünnerhorn in Safien Helvetiæ, — Cæspituli ex stomatibus exsiliunt.

6. **Cercosporella ulmicola** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, 5387
p. 60. — Maculis paucis amphigenis, cinereo-brunneis, atro-marginatis, subrotundis, 5–10 mm. latis; cæspitulis inconspicuis, cinereis, epiphyllis; hyphis fertilibus sparsis, per epidermidem erumpentibus, brevibus, continuis, hyalinis, crassis, 20 × 10-12, in apice noduloso 1-3 conidia gerentibus; conidiis obclavato-filiformibus, 100-230 × 6-10, hyalinis, 15–20-septatis, in filum longissimum sensim attenuatis.

Hab. in foliis vivis Ulmi in ditione Weidlingau prope Vindobonam Austriæ.

7. **Cercosporella Narcissi** Boud. in Bull. Soc. botan. Franc. 1901, 5388
XLVIII, p. 110, pl. III, fig. 1. — Alba aut albida, 100-150 μ. alta, effusa, fasciculata, amphigena, in partibus foliorum necatis ochraceis aut ochraceo-fuscis parasitans; conidiis elongatis, inverse cylindrico-clavatis; hyphis conidiferis fasciculatis, brevibus 20 μ. circ. longis, 2-3 μ. cr., hyalinis, continuis, intus granulosis, cylindricis sed ad apicem nudulosis et vix attenuatis; conidiis majoribus 50-130 μ. long., 4-5 μ. latis, 3-8-septatis, hyalinis, intus granulosis præcipue ad basim, sæpius ad apicem attenuatis, sed interdum brevioribus, cylindricis.

Hab. in foliis Narcissi poetici culti quæ necat, Montmorency et Peronnas prope Bourg (Ain) Galliæ.

8. **Cercosporella inconspicua** (Wint.) v. Höhn. Ann. Mycol. 1903, p. 413. Ita dicendum est, teste v. Höhn., *Cylindrosporium inconspicuum* Wint. a quo non differt *Cercosporella hungarica* Bäuml. Cfr. Syll. X, p. 505.

Fam. 2. Dematiaceæ Fr.

Subfam. 1. **Homochromæ** Sacc. — Syll. XIV p. 48.

Sect. 1. Phæosporæ.

CONIOSPORIUM Link — Syll. IV p. 238, X p. 569, XI pag. 610, XIV p. 1068, XVI p. 1050.

1. **Coniosporium Vuillemini** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pays-Bas 5389
XVIII, p. 769. — Amphigenum sed præcipue hypophyllum; maculis circularibus brunneo-nigris, 1–5 mm. diam.; acervulis minimis, solitariis v. confluentibus, brunneolis; conidiis globosis v. ob-

ovatis, pallide brunneolis, luce refracta violascentibus, in extremitate angustiore 1-guttulatis, 24-26 × 20-22; basidiis brevibus, hyalinis.

Hab. in foliis Quercus rubræ, Bussum Hollandiæ.

2. **Coniosporium Piri** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4, 1903, p. 913. — Glomerulis epiphyllis; conidiis globulosis vel obovato-truncatis, olivaceis, continuis, breve pedicellatis, levibus, 16–18 × 16-18 vel 19 × 16. 5390

Hab. in foliis Piri communis, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

3. **Coniosporium radicicolum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 126, fig. 265–267. — Flocculosum, lineare, pulverulentum; hyphis intermixtis, hyalinis, brevibus, septatis, ramosis vel dichotomis, variabiliter incrassatis, usque ad 7 $^1/_2$ µ. cr.; conidiis terminalibus, botryoideis, globosis vel subglobosis vel irregularibus, brunneis, levibus, crasse, tunicatis 15–19 µ. diam. ex apice hypharum ortis. 5391

Hab. in radicibus Pruni Armeniacæ, Ardmona, Victoria Australiæ.

4. **Coniosporium hysterinum** Bubák, Oesterr. Bot. Zeitschr. 1904, p. 186. — Cæspitulis initio epidermide tumidula velatis, satis confertis, gregariis, late matricem occupantibus, oblongo-linearibus, 1–2 × 0,5-0,7 mm. rarius confluentibus, demum hysterioideo-erumpentibus et conidiorum massam atram effundentibus; conidiis variis plus minus lenticularibus, ambitu circularibus v. oblongulis v. angulosis, 7-13 × 6,5-9, e latere 5-7 cr. olivaceo-brunneis, margine pellucidis, eguttulatis, ex hypostromate tenuissimo radioso oriundis. 5392

Hab. in culmis Bambusæ vetustis prope Meran Tiroliæ. — A *Con. Arundinis* diversum videtur.

5. **Coniosporium atro-effusum** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (87). — Acervulis late effusis, aterrimis, pulverulentis; conidiis subglobosis, atris, 8-12 µ. diam., stipite brevi ex subhyalino fuscidulo. 5393

Hab. in ramis emortuis pr. flum. Barron, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

6. **Coniosporium asterinum** Annie L. Smith, Journ. Linn. Soc. XXXV, p. 12, tab. I, fig. 11-12 (extr.) — Syll. XVI, p. 1157 (nomen). — — Acervulis superficialibus in lineas radiantes circa 2 mm. longas dispositis; conidiis triangularibus, sublenticularibus, atro-fuscis, 5 µ. diam. 5394

Hab. ad cortices, in insula Dominica Indiæ occid.

7. **Coniosporium Lecanoræ** Jaap ap. Lindau, Abh. Bot. Ver. Brand. 5395

1905, p. 71. — Cæspitulis nigris, in apotheciis *Lecanoræ* nascentibus et ea crispa et contorta efficientibus; conidiis globosis, atro-brunneis, 3-3,5 μ. diam., solitariis vel compluribus conglomeratis vel in catenulas ramulosas breves digestis.

Hab. in apotheciis Lecanoræ subfuscæ ad Sorbum Aucupariam prope Triglitz Germaniæ (Jaap).

TORULA Pers. em. Sacc. — Syll. IV p. 247, X p. 572, XI p. 610, XIV p. 1069, XVI p. 1051.

1. **Torula heteromorpha** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 244, Ic. fung. Jav. t. LXVIII, f. 4. — Effusa, velutina, fusco-olivacea; catenulis ex hyphis repentibus septatis oriundis, simplicibus v. ramulosis, articulis olivaceo-fuligineis, subrotundis, 5-6 μ. d., summis (conidiis propriis) ternis-septenis, in series proprias, tereti-fusoideas, 16-35 × 7-8 diu connexis, demum solutis 7-8 μ. d., globulosis, atro-fuligineis, levibus. 5396

Hab. in caulibus majoribus putridis, udis, Tjibodas, in insula Java. — Ob conidia in series sporomorphas varias diu connexa facile distinguitur et a generis typo paululum recedit.

2. **Torula glomerulosa** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 24, Ic. fung. Jav. t. LXVIII, f. 3. — Effusa, velutina, olivaceo-fuliginea; catenulis ex hypothallo minute celluloso, ochraceo oriundis, brevibus, fasciculatis, sursum ramulosis; articulis globulosis, olivaceo-fuligineis, 5-7 μ. diam., summis (conidiis propriis) paullo majoribus, 8-9 μ. diam., saturate fuligineis, omnibus levibus. 5397

Hab. in culmis graminum putrescentibus, Tjibodas, in insula Java. — Ramuli cum conidiis facile secedentibus, glomerulum formant, qua nota species a generis typo desciscit.

3. **Torula brachyata** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 176. — Cæspitulis nigris velutinis; hyphis filiformibus 200-300 μ. long., circ. 3 μ. cr., diu obscure septatis, dein moniliformibus, superne late ramosis; conidiis subglobosis, 3-4 μ. diam. 5398

Hab. in ramulis emortuis Symphoricarpi occidentalis, Steambrat Springs, Colorado Amer. bor. (E. Bethel).

4. **Torula ligniperda** (Willk.) Sacc. *Xenodochus ligniperda* Willk. Die mikrosk. Feinde des Waldes, p. 82, tab. I-IV (1866). — Hyphis sterilibus et fertilibus intra lignum vage reptantibus, filiformibus, parce ramosis, subcontinuis, fuligineis; conidiis hinc inde in apice hypharum nascentibus, globulosis v. ellipsoideis 6-12 in catenulas 5399

longiusculas rectas intracellulares digestis, fuligineis, sæpe 1-guttulatis, levibus, 8-10 μ. diam.

Hab. in ligno putrescenti Pini, quod rubellum reddit, in Germania. — Teste auctore cum *Rhynchomycete violaceo* Willk. metagenetice connexa. Singulare quod de his duobus fungillis nulli phytopathologi, Hartig, Sorauer, Frank, Tubeuf etc. mentionem faciant.

5. **Torula sepulta** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 177. 5400
— Cæspitulis olivaceo-nigris, sphæroideis circ. 500 μ. diam., dense sparsis vel subconfluentibus; conidiis cylindraceis 2-5-septatis, ad septa constrictis, 10-22 × 4-5, 4-5-catenulatis, ex hyphis repentibus directe orientibus.

Hab. in ligno pineo antiquo, Pockport, Kansas Amer. bor. — A *T. binali* C. et E. et a *T. sparsa* B. et C. conidiis majoribus differt.

6. **Torula lucifuga** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine etc, in Archives 5401
Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 294, tab. XXXVI, fig. 1-4. — Cæspitulis orbicularibus, primo stramineis, mox, nebularum saturatius tinctarum apparitione, supra versicoloribus, infra conidiorum olivaceorum ortum quasi nigris; hyphis repentibus hyalinis, continuis, varie flexuosis et curvatis, ramosis, in gelatina submersis, tandem et quidem versus fundum cæspitis nutrientis, septis nunc singulis, nunc binis approximatis v. pluribus, paris intervallis inter se distantibus, in loculamenta (conidia) divisis; conidiis globulosis, ellipticis v. oblongis, dilutius vel saturatius tinctis, liquore vulgo vesiculifero repletis, 10-22 × 8-10.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ. — Loculamenta mox colorata et in cellulas olivaceas mutata, ob germinandi aptitudinem, tanquam conidia, imo conidiorum catenulas considerare licet.

TORULINA Sacc. et D. Sacc. *Torulopsis* Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 ser. II, 4, 1903, p. 917, nec Berl. (1894). (Etym. a *Torula* cui affinis). — Hyphæ fertiles perfecte hyalinæ. Conidia olivaceo-fuliginea. — A gen. *Torula* tantum hyphis hyalinis recedit.

1. **Torulina Serotinæ** (Oud.) Sacc. et D. Sacc. *Torulopsis Serotinæ* 5402
Oud. l. c. — Amphigena; hyphis sterilibus repentibus, ramulosis, septatis, hyalinis, 1,5-2 μ. crassis; fertilibus erectis, cylindraceis, summo incrassatis, in massa hyalinis, 30 μ. altis, 1,5-2 μ. crassis;

conidiis catenulatis, globulosis, olivaceo-ferrugineis 3,5-4 μ. diam., dein secedentibus.

Hab. in foliis putrescentibus Pruni serotinæ, Bussum Hollandiæ (C. J. Koning).

THIELAVIOPSIS Went — Syll. XI p. 612.

1. **Thielaviopsis Podocarpi** Petri, in N. Giorn. bot. Ital. 1903, vol. X, n. 4. — Hyphis sterilibus, repentibus, subhyalinis, septatis, ramosis; fertilibus erectis, brevibus, furcatis, septatis; macroconidiis catenulatis, globosis, cuboideis, fuscis, 8,5 × 5-2; microconidiis cylindraceis, hyalinis, utrinque truncatis, bi-guttulatis, 8,5-9 × 2-2,5, ex hyphis fusoideis, septatis, simplicibus vel furcatis, olivaceis, supra pallidioribus 160-180 × 4-5 generatis. 5403

   Hab. in radicibus et in tuberculis radicalibus Podocarpi, Firenze Italiæ centr.

2. **Thielaviopsis paradoxa** (de Seyn.) v. Höhn. Hedw. 1904, p. 295. Ita vocandum est *Sporoschisma paradoxum* de Seyn. seu *Chalara paradoxa* (de Seyn.) Sacc. — Syll. X, p. 595 — quacum, teste v. Höhn., perfecte congruit *Thielav. ethaceticа* Went — Syll. XI, p. 612. — In albumine putri Cocoes nuciferæ, in Austria legit v. Höhnel.

HORMISCIUM Kunze — Syll. IV p. 263, X p. 575, XIV p. 1070.

1. **Hormiscium punctiforme** v. Höhn., Oesterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 14. — Cæspitulis punctiformibus, vix 120 μ. diam., nigris; catenulis copiosis, laxe subparallele fasciculatis, rectis rarius curvulis, cyaneo-cinereis, ca. 40 × 4-4,5, moniliformibus; articulis (conidiis) paullo crassioribus quam altis, e globoso utrinque truncatis, levibus, tenui-tunicatis, superne ægre secedentibus. 5404

   Hab. in ligno salicino putri pr. Tulln Austriæ.

2. **Hormiscium undulatum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees Melbourne 1902, p. 106, fig. 125, 126. — Cæspitulis nigricantibus in margine foliorum; hyphis brevibus, simplicibus, septatis, olivaceo-brunneis, 7,5 μ. crassis; catenulis conidiorum longis, sinuosis, irregularibus vel parce ramosis, basi 8 μ. diam. apice 12 μ. et circ. 500 μ. longis; conidiis fortiter connatis, intense olivaceo-brunneis, cuboideis vel cylindraceo-cuboideis, transverse septatis, interdum longitudinaliter 1-septatis et isodiametricis, 11-15 × 10-12. 5405

   Hab. in foliis Pruni Armeniacæ, Nuriootpa, South Au-

stralia. — Ob conidia interdum septata, ad *Septonema* et *Sirodesmium* nutat.

3. **Hormiscium aurantiacum** Lindau, Abh. Bot. Ver. Brand. 1905, p. 72. — Cæspitutis late effusis, versiformibus, atro-aurantiacis, sublanuginosis; mycelio subhyalino, septato 3,5 μ. diam., ramoso; ramis in catenulas conidiorum abeuntibus; catenulis varie longis, simplicibus vel rarius ramosis, rubentibus e conidiis plurimis vel paucis formatis; conidiis initio angulosis, crasse tunicatis, 3-3,5 μ. alt., denique subrotundis 3,5-5 μ. diam. et facile secedentibus. 5406

Hab. in tapetis udis, socia *Torula chartarum,* prope Posen Germaniæ.

HETEROBOTRYS Sacc. — Syll. IV, p. 267.

1. **Heterobotrys paradoxa** Sacc. — Syll. IV, p. 267. — subsp. **chilensis** Sacc. et Syd. Ann. Myc. 1904, pag. 172. — A typo differt acervulis minoribus, conidiis utriusque formæ paullo minoribus, nempe aliis hyalinis 5 $^1/_2$-7 μ. diam. parcius catenulatis, aliis olivaceo-atris, vix 4-4 $^1/_2$ μ. diam., in sphærulas 14-16 μ. d. conglobatis. 5407

Hab. in foliis vivis Mayteni magellanici, in Andibus pr. Villarica, Chile (F. W. Neger).

PERICONIA (Tode) Bon. — Syll. IV p. 270, X p. 578, XI p. 612, XIV p. 1071, XVI p. 1157.

1. **Periconia Coffeæ** Zimm. in Centr. f. Bakter. Paras. II Abt. 1901, n. 4, p. 144. — Hyphis fertilibus cylindraceis, 2-3-septatis basim versus fere nigris, sursum sensim pallidioribus et leviter tenuatis, 800-900 × 17; apice summo simplici leviter inflato; conidiis globulosis, verruculosis, brunneis, 13 μ. diam. 5408

Hab. in ramis Coffeæ arabicæ in Java. — Eadem videtur ac species anonyme descripta a cl. Göldi (Arch. Mus. Nacion. 1887, t. II, f. 37-39) et forte non diversa a *P. byssoide* (teste Zimmermann).

2. **Periconia Citharexyli** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 116. — Hypophylla; hyphis sterilibus repentibus fuscis v. obsoletis; hyphis fertilibus simplicibus, erectis, cylindraceis, basi incrassatis, septatis, cinnamomeis, 120-300, altis, 15-20 μ. cr., apice capitulo subgloboso 30-50 μ. diam.; conidiophoris subhemisphæricis applanatis v. hamatis, ca. 5-7 μ. longis; conidiis subglobosis, læte brunneis, granulato-verrucosis, 10-14 μ. diam. 5409

Hab. in foliis Citharexyli Pœppigii prope S. Paulo Brasilia.

3. **Periconia Palmeri** Earle in New York Bot. Gard. 1902, p. 335. 5410
— Matrice non nigrificata; hyphis fertilibus sparsis, nigro-brunneis, opacis, continus vel 1-2 obscure septatis, superne fere conicis, 150-300 μ. alt., 18 μ. crass. ad basim; capitulo lato, horizontaliter applanato 80-100 × 60-70; conidiis globosis, brunneis, tuberculatis, 16-18 μ. diam.

Hab. in ramulis foliisque emortuis Juniperi virginianæ, Stanford Univ. Amer. bor.

4. **Periconia Commonsii** Earle in N. York Bot. Gard. 1902, p. 333. — 5411
Maculis latis nigricantibus; hyphis fertilibus dense gregariis, obscure 1-3-septatis, superne rugosulis, brunneis 150-300 μ. longis, basi 14 μ. cr., apice 7 μ. cr.; capitulo globoso 35-40 μ. diam.; conidiis globulosis, pallide brunneis, minute echinulatis, 6-7 μ. diam.

Hab. in ligno emortuo decorticato Mori, Delaware Amer. bor.

5. **Periconia circinata** (Mang.) Sacc. *Aspergillus circinatus* L. Mang. 5412
Contr. à l'étude de quelq. paras. du Blé., Copenh. 1899, in Bull. Acad. Sc. et Lett. de Danem., p. 254, t. I, f. 5-6-7. — Conidiophoris fuligineis gregariis, filiformibus, septatis, erectis, 200-300 μ. long., sursum curvato-circinatis, apice obtuse 1-2-lobis; conidiis breve catenulatis in capitulum congestis, inferioribus minoribus levibus, conidio summo (seniore) pariter sphærico, multo majore, 16-18 μ. diam., minute crebro muriculato, fuligineo, muriculis 0,5 μ. longis.

Hab. in culmis languidis v. emortuis Tritici sativi in Gallia. — *Periconiæ pycnosporæ* affinis.

6. **Periconia Langloisii** Earle in New York Bot. Gard. 1902, p. 335. 5413
— Maculis latis, nigricantibus; hyphis fertilibus dense gregariis, cæspitosis, subfiliformibus, raro septatis, subpellucidis, pallide brunneis, 100 × 2,5; capitulo globoso, luteo-brunneo, deciduo ex compluribus conidiis dense congestis, composito, 12-20 μ. diam.; conidiis globosis, pallide brunneis, translucentibus, 2 μ. diam.

Hab. in culmis Andropogonis, Louisiana Amer. borealis (Langlois).

7. **Periconia epiphylla** Schw.?, Earle in New York Bot. Gard. 1902, pag. (334), — cfr. Syll. IV, 608 sub *Sporocybe*. — Matrice non nigrificata; conidiophoris sparsis, subcylindraceis vel sursum fere conicis, sæpe flexiusculis, 2-4-septatis, brunneis, 400-500 × 14; capi-

tulo subsphærico 40 μ. diam.; conidiis globosis, brunneis, echinulatis, circ. 10-14 μ. diam.

Hab. in foliis Smilacis et Ailanthi, New Jersey, Amer. bor. — Cl. Earle ducit suam speciem ad typum Schweinitzianum, qui tamen ex descriptione dubius manet et cum Schweinitz tribuat suæ speciei « sporodochium » potius *Sporocyben* intellexit, ubi ipse locavi.

STACHYBOTRYELLA Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 177 (Etym. a *Stachybotrys,* cui affinis). — Hyphæ steriles repentes, subcontinuæ, pallidiores; rami fertiles ascendentes, apice subincrassati sed basidiis carentes. Conidia globoso-ovoidea, brunnea, continua, in apice ramorum compacte capitata.

1. **Stachybotryella repens** Ell. et Barth. l. c. — Hypophylla; hyphis 5414
sterilibus repentibus luteo-brunneis et subcontinuis, 20-35 × 3, ramis erectis fertilibus simplicibus, apice subincrassatis et rugosulis; conidiis ovato-globosis, 4-5 × 3, brunneis, sessilibus, in apice hypharum massam compactam 15-20 μ. diam. efformantibus.

Hab. in foliis vivis Verbesinæ virginicæ, Austin, Texas, Amer. bor. (W. H. Long).

DICYMA Em. Boul. Rev. gén. Bot. 1897, p. 25, t. III (Etym. *dis* bis et *cyma* ob partitionem hypharum) — Syll. XIV, p. 491. — *Sporodiniopsis* v. Höhn. Ann. Mycol. 1903, pag. 529. — Hyphæ steriles repentes, septatæ, pallidæ, fertiles erectæ repetito dichotome ramosæ, dilute coloratæ, ramulis, ultimis dilutius coloratis, subclavatis. Conidia globulosa v. ellipsoidea, continua, brunneola v. pallida, in apice ramulorum dense capitata, basidiis nullis. — Status conidiophorus *Ascotrichæ* v. *Chætomii.*

1. **Dicyma ampullifera** Boul. l. c. — Syll. XIV, p. 491. — Conidia 5415
globoso-ovoidea, brunnea, echinulata 7,5 × 4,5. St. conid. *Chætomii Zopfii* Boulanger.

2. **Dicyma chartarum** Sacc. Cfr. Winter Deutschl. Fl. Pilze, II, p. 157 5416
cum iconibus. Conidia globulosa vel ellipsoidea, pallide colorata, levia, 2,5 μ. diam. (ut videtur ex proportione sporidiorum) St. conid. *Ascotrichæ* (Chætomii) *chartarum* Berk.

3. **Dicyma dichotoma** (v. Höhn.) Sacc. et D. Sacc. *Sporodiniopsis di-* 5417
chotoma v. Höhn. Ann. Mycol. 1903, p. 529. — Hyphis sterilibus repentibus, longis, sæpe fasciculatis, c. 10 μ. crassis, tenuiter tunicatis, dilute brunneolis; hyphis fertilibus erectis, 1-2 mm.

longis, 6–10 μ. crass., sursum hyalinis, deorsum pallidis, remote septatis, strictis, repetito 5-6-dichotome ramosis, ramis ramulisque divaricatis, ultimis subtilibus, ca. 2 μ. cr. apice obtusis et leviter rotundato-incrassatis; conidiis numerosis, hyalinis, continuis, ellipsoideis v. oblongis 2,5-4 × 1,5-2, in capitulum sphæroideum 18-24 μ. crassum aggregatis et muco conglutinatis.

Hab. in stercore humano putrido in silvis prope Pressbaum Austriæ inf.

TRICHOBOTRYS Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 245, Ic. fung. Jav. LXIX, f. 2 (Etym. a *thrix, trichos*, capillus, hypha et *botrys* racemus). — Hyphæ confertæ cæspitosæ, filiformes, indivisæ, parce septatæ, fuligineæ, hinc inde sed remotissime glomerulos conidiorum brevissime stipitatos exerentes. Conidia globulosa, continua, fuliginea. — Ob habitum et ob conidiorum dispositionem (statum conidicum *Ascotrichæ* simulantem) verisimiliter etiam genus hoc ad *Ascotrichæ* v. *Chætomii* cujusdam cyclum pertinet. A gen. *Dicyma* hyphis fertilibus simplicibus mox dignoscitur.

1. **Trichobotrys pannosa** Penz. et Sacc. l. c. Icon. fung. Jav. t. LXIX, f. 2. — Effusa, velutino-pannosa, ex olivaceo nigricans; hyphis filiformibus confertis, intricatis 300-500 × 3-4, indivisis; glomerulis paucissimis, subglobosis; conidiis globulosis 1-guttulatis, fuligineis, 4 μ. diam. 5418

Hab. in foliis Palmarum? putridis, Tjibodas Javæ.

NIGROSPORA Zimm. Centralbl. f. Bakter. 1902, II Abt. p. 220 (Etym. *niger* et *spora*). — Mycelium in parenchymate foliorum parasiticum. Conidiophora ex stomatibus exsilientia, brevia, apice monospora. Conidia aterrima, globosa, 1-cellularia, membranâ hyalinâ laxâ obvoluta; membrana infra conidiophori apicem amplexante, supra tegmen diaphanum conidii formante.

1. **Nigrospora Panici** Zimm. l. c. p. 220, fig. 7. — Characteres generis: conidiophoro simplici infra conidium inflato, subhyalino, brevissimo; conidiis subglobosis, majusculis, aterrimis, 25-30 × 22-25. 5419

Hab in foliis emortuis Panici amphibii copiosum et noxium Buitenzorg Javæ.

HADROTRICHUM Fuck. — Syll. IV p. 301, IX p. 613, X p. 588, XVI p. 1053.

1. **Hadrotrichum virescens** Sacc. et Roum. — Syll. IV, p. 301. — 5420
var. **Poæ** Sacc. Ann. Mycol. 1904, p. 529. — Differt hyphis clavulatis, 30-35 × 6-8, 1-2-septatis; conidiis globulosis 10-12 μ. diam., intus granulosis, olivaceo-fuligineis.

Hab. in foliis vivis Poæ sp. Zehlendorf prope Berolinum. — Forte status conidiophorus *Phyllachoræ Poæ*.

CONIOSCYPHA v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, pag. 58 (Etym. *conia* pulvis et *scypha*). — Hyphæ subtiles, hyalinæ v. subhyalinæ, ramosæ, matrici arcte adnatæ, vesiculas hyalinas breve stipitatas gerentes. Vesiculæ conidia solitaria continua, fuliginea, demumque ex earum apice exsilientia includentes. — Teste auctore genus prope *Acremoniellam, Sporoglenam* et *Allescheriellam* locandum. An analogum *Cladotrichi?*

1. **Conioscypha lignicola** v. Höhn. l. c. — Cæspitulis effusis, tenui- 5421
bus, pulverulentis; hyphis subtilibus brevibus, inconspicuis, hyalinis v. subhyalinis, ramosis, matrici arcte adnatis in ramulis brevissimis erectis v. suberectis vesiculas hyalinas infra crassiuscule (usque 3-4 μ.), supra tenuiter tunicatas, dense stipatas gerentibus; conidiis solitariis, primo in vesicula inclusis, demum ex apice ejus exsilientibus, continuis, atro-violaceo-brunneis, fere impellucidis, globosis, ovoideis vel subpiriformibus, 12-16 μ. diam. v. 15-17 × 12, tenuiter tunicatis, tunica levi v. sæpius subtiliter reticulata.

Hab. in ligno dejecto Carpini ad M. Gelber Berg, Wienerwald Austriæ inf., Sept. 1903.

RHINOCLADIUM Sacc. et March. — Syll. IV p. 295, X p. 585, XIV p. 1073, XVI p. 1053.

1. **Rhinocladium corticolum** Massee in Kew Bull. 1901, p. 153. — 5122
Cæspitulis orbicularibus vel irregularibus, 2-3 cm. diam., effuso-superficialibus, velutinis, nigro-olivaceis; hyphis sterilibus repentibus, dense intricato-ramosis, septatis, olivaceis, 5-7 μ. crassis, hinc inde hyphas fertiles gerentibus, fertilibus erectis, concoloribus, apices versus pallescentibus; conidiis apicalibus, globosis, olivaceis, episporio densissime et minutissime tuberculato, 15-18 μ. diam.

Hab. in corticibus Mangiferæ indicæ, Poona prov. Bombay Indiæ britannicæ (Woodrow).

TRICHOSPORIUM Fr. — Syll. IV p. 288, X p. 583, XI p. 613, XIV p. 1073, XVI p. 1052.

1. **Trichosporium arborescens** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 245, Ic. fung. Jav. t. LXIX, f. 3. — Cæspitosum, latum, brunneo-griseum; hyphis filiformibus prælongis, 5 μ. cr., liberis v. fasciculato-connexis, atro-fuligineis, sursum iterato et crebro ramosis, paniculam amplam formantibus, ramis ultimis pallidioribus attenuatis, conspicue tortuosis denticulatisque; conidiis sphæricis, diu minutis pallidis, dein fuligineis 9,5-10 μ. diam., levibus, ex denticulis orientibus. 5423

   Hab. in foliis marcescentibus, in horto Bogoriensi Javæ. — Pulcra species ad *Streptotrichem* et *Botrytidem* accedens et ob hyphas sæpe densiuscule fasciculatas etiam ad *Graphium* nutans. — A *T. fusco* differt ramis crebrioribus, conidiis sphæricis, etc.

2. **Trichosporium umbrinum** (Pers.) Lindau, Abh. Bot. Ver. 1905, pag. 72, *Isaria umbrina* Pers. (1801), Sacc. S. IV, pag. 590. — Cæspitulis nunc effusis nunc limitatis pulvinato-hemisphæricis circ. 0,7 mm. alt, firmis, pulveraceis, brunneis vel griseo-brunneis; conidiophoris confertim fasciculatis, rectis 0,5 mm. longis, dendroideo-ramosis; ramis subregularibus brunneis 4-5 μ. cr.; ramulis ultimis subhyalinis 3,5 μ. cr.; conidiis acrogenis, solitariis, ovoideis, utrinque rotundatis, vel basi sæpius acutatis, 7,5-11,5 × 5-6, ex hyalino læte brunneis, intus granulosis.

   Hab. in ramis putridis Salicis prope Triglitz Germaniæ (Jaap).

3. **Trichosporium fuscidulum** Bres. Fungi Lusitanici in Broteria 1903, vol. II, p. 91. — Hyphis in cæspitulos pulvinatos dense gregariis vel confluentibus, fuscis 0,5-0,8 mm. cr. intertextis, repetito-ramosis vel potius repetito-dichotomis, fuscidulis, apice pallidis, septatis 2,5-3,5 crassis; conidiis acro-pleurogenis, hyalinis vel dilutissime fuligineis 4,5-5,5 × 3-3,5. 5424

   Hab. ad caules mucidos Brassicæ oleraceæ, in Lusitania. — Habitus *Trichosporii fusci* cui affinis species.

4. **Trichosporium tomentosum** (B. et C.) Pat. Bull. Soc. Myc. X, 1894, p. 79., tab. III, f. 3, *Hymenochæte tomentosa* B. et C. — Syll. VI, p. 602. — Effusum, fuscum, velutinum; hyphis decumbentibus, laxe contextis, simplicibus vel parce ramosis, fuscis, 8-10 μ. cr., septatis; conidiis acro-pleurogenis, ovoideis, fuscis, levibus, 15-20 × 10-12. — var. **ochroleucum** Pat. in Duss Enum. Champ. 5425

Guadel. 1903, pag. 92. — A typo differt colore ochroleuco seu stramineo.

Hab. in silvis Bains-Jaunes Guadalupæ (Duss). — Typus in corticibus Albizziæ, Guazumæ, Ingæ in Guadalupa (Duss).

5. **Trichosporium insigne** Mass. et Salm. Coproph. fungi, II, p. 85, fig. 33. — Cæspitulis minutis, atris; hyphis vage ramosis, intertextis, septatis, hyalinis 4-5 μ. crassis; conidiis in apice ramulorum oriundis, perfecte globosis, verrucosis, ex hyalino aterrimis, opacis 25-35 μ. diam. 5426

Hab. in fimo Columbarum, Kew Britanniæ. — A *T. sphærico* Sacc. hyphis hyalinis et conidiis verruculosis differt.

6. **Trichosporium Linkii** Lindau Abh. Bot. Ver. Brand. 1905, p. 72. — Ita vocandum est *Trichosp. umbrinum* (Link) Sacc. — Syll. IV, p. 291 et X, p. 585 - nec Pers. (1801), quia posterius (1824).

CAMPSOTRICHUM Ehremb. — Syll. IV p. 295, X p. 586, XI p. 613, XIV p. 1074.

1. **Campsotrichum elegans** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 244, Ic. fung. Jav. t. LXIX, f. 1. — Effusum, velutino-pannosum, ex olivaceo fuligineum; hyphis sterilibus repentibus parum evolutis; fertilibus ascendentibus, dense confertis, 800-1000 × 8-10, septatis, fuligineis, sursum iterato ramosis, ramis eximie circinatis pallidioribus, 4-6 μ. cr.; conidiis in apice ramulorum sæpe inflatulo capitulatis, globulosis, levibus, dilute olivaceo-fuligineis, 3 μ. diam., initio breve catenulatis. 5427

Hab. in culmis putridis, præcipue Bambusæ, Tjibodas Javæ. — Sine dubio valde affine *C. unicolori* Ehrenb. in Nees, Hor. phys. berol. p. 83, t. XVII, f. 2 (sub nom. *C. atri*) quod ob conidia subovalia et habitationem diversam certe differt. — Observandum quod plures *Campsotrichi* species Auctorum ob ramulos rectos a typo Ehrenbergii recedere et potius ad *Trichosporium* accedere. — Icon apud Lindau, Hyphom. in Pflanzenfam. p. 463 f. 2 non refert *Campsotrichum* sed evidentissime *Cladotrichum polysporum*.

ZYGODESMUS Corda — Syll. IV p. 283, X p. 581, XI p. 612, XIV p. 1072, XVI p. 1051.

1. **Zygodesmus umbrinus** Annie L. Smith, Journ. Linn. Soc. XXXV, p. 12, tab. II, fig. 1-4 (extr.) — Syll. XVI, p. 1157 (nomen). — Effusus, velutinus, 1-2 mm. altus, carneus vel umbrinus; hyphis 5428

superioribus laxe contextis, hyalinis, spinulis conidiophoris conspersis; septis zygodesmoideis raris; conidiis globoso-ovatis, levibus, 5-6 ≈ 4 vel 5 ≈ 5, umbrinis

Hab. in truncis, in insula Dominica Indiæ occid.

Sect. 2. Phæodidymæ.

CLADOTRICHUM Corda — Syll. IV p. 370, XIV p. 1082, XVI p. 1059.

1. **Cladotrichum mitratum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 246, 5429
Ic. fung. Jav. t. LXIX, f. 4. — Hinc inde cæspitulosum, atro-olivaceum; hyphis filiformibus, subsimplicibus 85-110 ≈ 5,5 fuligineis, basi sæpe bulbillosis, in fasciculos laxe junctis; conidiis acrogenis obclavato-mitriformibus, h. e. basi truncatis, sursum dilatatis apiceque acutis 22 ≈ 8,5-9,5 inæqualiter bilocularibus, loculo superiori maximo, fuligineo, imo minuto pallidiore

Hab. in foliis plantæ Monocotyledoneæ putrescentibus, Buitenzorg, in insula Java. — Forma peculiari conidiorum mox dignoscitur.

CLADOSPORIUM Link. — Syll. IV p. 350, X p. 601, XI p. 619, XIV p. 1079, XVI p. 1057.

1. **Cladosporium prunicolum** Mc Alpine, Fungus diseases Stone-fr. trees 5430
Melbourne 1902, p. 100, fig. 89,90. — Cæspitulis minutis, intense brunneis; hyphis sterilibus repentibus, olivaceo-brunneis, irregularibus, flexuosis, septatis, ad septa constrictis 9-10 μ. cr.; hyphis fertilibus erectis, concoloribus, simplicibus, 2-3-septatis, basi incrassatis, 50 ≈ 6; conidiis oblongo-ellipticis, conidiophoris concoloribus, initio continuis, granulosis, dein 3-septatis, septo mediano paullo constrictis, echinulatis, catenulatis, 16-21 ≈ 8-9.

Hab. in foliis Pruni Armeniacæ, Armadale prope Melbourne Australiæ.

2. **Cladosporium phyllophilum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees 5431
Melbourne 1902, p. 100, fig. 87,88. — Late effusum, amphigenum, nigro-olivaceum; hyphis fuligineo-brunneis, septatis, parce ramosis, circ. 4 μ. cr., raro nodulosis; conidiis forma variabilibus, pallide viridulis, pellucidis, continuis vel 1-3-septatis, subrotundis, ovalibus vel elongatis, 5,5 μ. diam. vel 19-20 ≈ 4-5,5.

Hab. in foliis Pruni Persicæ et Pr. Armeniacæ in Vi-

ctoria Australiæ. — Secundum auctorem probabiliter stat. conid. *Exoasci deformantis* Fuck. An recte?

3. **Cladosporium Magnoliæ** Lindau, Abh. Bot. Ver. Brand. 1905, p. 74. — Maculis suborbicularibus, arescentibus, vix marginatis; conidiophoris fasciculatis ex stomatibus exeuntibus, hypophyllis copiosioribus atro-brunneis, hinc inde flexis, rectis vel subprostratis, sursum pluries nodulosis, et angulatis 75-150 × 4-8, indivisis vix vel non septatis; conidiis oblongo-ellipsoideis 1-rarius-2-septatis, utrinque nonnihil rotundatis vel acutulis, 11,5-16 × 6-7, brunneolis, solitariis, facile deciduis, membrana tenuiter granulosa. 5432

Hab. in foliis Magnoliæ Soulangeanæ, Tampsel, prope Berlin Germaniæ (Vogel).

4. **Cladosporium Tabaci** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 16. — Hyphis cæspitosis, erectis, divergentibus, simplicibus, flexuosis, subnodosis, septatis, avellaneis; conidiis acrogenis, ellipticis 8 × 5-4, primo hyalinis, denique avellaneis, 1-septatis. 5433

Hab. in foliis Nicotianæ Tabaci putrescentibus, Bussum Hollandiæ.

5. **Cladosporium Nicotianæ** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 1902, ser. II, pag. 769. — Cæspitulis subdensis; hyphis simplicibus, flexuosis, avellaneis, 150-170 × 20; conidiis acrogenis, ellipticis, 8 × 4-5, initio hyalinis, dein avellaneis, fere semper 1-septatis. 5434

Hab. in foliis putrescentibus Nicotianæ Tabaci, Aneerongen Hollandiæ.

6. **Cladosporium sycophilum** Farn. Le volatiche e l'atrof. d. fico p. 5, t. XVI, f. 25-32 (Atti Ist. bot. Pav. 1903). — Cæspitulis solitariis, sparsis, minutis, inæqualibus, brunneis; hyphis geniculatis v. assurgentibus, simplicibus, septatis, ad septa constrictis, brunneis, in acervulum torulosum (?) aggregatis, 35-80 × 4,5; conidiis acrogenis, oblongis, 1-septatis, dilute fuscescentibus, diaphanis, 5-10 × 4. 5435

Hab. in fructibus vivis Fici Caricæ in hortis Pavia It. bor. — Species fructus deturpans, quasi *volaticas* inducens, non tamen necans.

7. **Cladosporium microstictum** Sacc. et D. Sacc. Mycoth. ital. n. 589 (1899). — Cæspitulis biogenis, hypophyllis, dense gregariis, late effusis, punctiformibus, atro-fuligineis, $^1/_6$ mm. diam., confluendo amplioribus; hyphis ascendentibus, filiformibus, subsimplicibus, nodulosis, versiformibus, 30-60 × 2,5-5, dilute olivaceis, e cellulis subglobosis, 10-12 × 8-10, acervatis, sporomorphis, hypostroma formantibus, fuligineo-rufis orientibus; conidiis acrogenis, ovato- 5436

oblongis, basi apiculatis, 8-12 × 5-7, maturis constricto-1-septatis, olivaceis.

Hab. in pag. inf. foliorum vivorum Ulmi campestris, Vittorio (Treviso), oct. 1899.

8. **Cladosporium Fagi** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 16. — Cæ- 5437
spitibus præcipue hypophyllis, vage distributis, absque macularum vel perforationum vestigio; hyphis numerosissimis, e glomerulo parvicelluloso divergentibus, dilute olivaceis, flexuosis, septatis, subinde nodosis, altis ad 0,5 mm., latis, 4,5, sursum racemoso-ramosis; ramis brevibus, summo sæpe 2 ad 3-furcatis, ramulis inæquialtis; conidiis ramulorum apice solitariis v. breve catenulatis, ellipticis vel oblongis 7-20 × 4-5,5, utrinque rotundatis, non constrictis, cum hyphis concoloribus, junioribus continuis, tenuiobus 1-3-septatis, levibus.

Hab. in foliis siccis delapsis Fagi silvaticæ, Bussum Hollandiæ.

9. **Cladosporium rectum** Preuss — Sacc. Syll. III, pag. 354 et in Ann. Mycol. 1905, p. 234, Syd. Myc. Germ. n 349.

Hab. in cortice interiore pineo in Germania. — Satis congruit habitu, loco et characteribus cum specie Preussiana (Sturm, Deutschl. Kr. Fl. t. 15). Cæspituli nigricanti-olivacei longitrorsum parallele dispositi, sublineares, creberrimi; conidiophora erecta, simplicia, recta v. leviter tortuosa cum conidiis olivaceo-fuliginea; conidia oblonga, recta, utrinque rotundata 1-denique 3-septata, non constricta, levia, 14-20 × 6-8.

10. **Cladosporium fasciculatum** Corda — Syll. IV, p. 366. — forma 5438
amerotrichum Trav. Malp. 1905, p. 149. — A typo differt conidiophoris omnino continuis nec septatis.

Hab. in foliis languidis Gladioli sp. Villa Stroppa, Tradate (Como). Ital. bor. — Conidiophora 65-85 × 7-9; conidia 16-23 × 6-8.

11. **Cladosporium graminum** Corda — Syll. IV, p. 365. — var. **Moli-** 5439
niæ Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 169. — Cæspitulis amphigenis variis nunc minutis, nunc longitudinaliter expansis, olivaceo-nigricantibus, velutinis; hyphis fertilibus fasciculatis, assurgentibus, septatis, filiformibus, nodulosis, 200-250 × 4,5-5, olivaceo-fuligineis; conidiis variis, initio ellipsoideis, maturis tereti-oblongis, 9-12 × 6, 1-3-septatis, levibus, olivaceis e nodulis hypharum oriundis.

Hab. in foliis nondum omnino emortuis Moliniæ cæruleæ, socia *Sphærella montellica*, Montello (Treviso) Ital. bor.

12. **Cladosporium** (Dematium) **Chodati** Nechitsch, Inst. bot. Univ. Ge- 5440

nève, 1904, fasc. V, p. 22, c. iconibus (absque diagn.) — Cæspitulis subcircularibus, depressis, albis; hyphis mycelicis effusis, septatis 4 μ. diam.; conidiophoris pleurogenis copiosis, clavato-oblongis, brevibus apice et lateraliter conidia globulosa breve catenulata hyalina gerentibus; cellulis saccharomycetoideis ellipsoideis uno apice vel circumcirca germinantibus.

Hab. in fermento Oryzæ ex Khasia Indiæ. — Affine *Dem. pullulanti* sed, ut videtur, totum album et hinc vix ex ordine *Dematiearum* et potius *Oosporæ* magis proximum. — Cellulæ saccharomycetoideæ in musto vini, fermentationem vividam excitant.

PSEUDOBELTRANIA P. Henn. in Hedw. 1902, p. 310 (Etym. a *Beltrania,* cujus est analogum genus). — Hyphæ erectæ, ramosæ, pluries septatæ, inflatæ, fuscidulæ. Conidia acrogena, solitaria v. complura, rhomboidea haud rostrata, medio 1-septata, fuliginea. — A *Beltrania* præsertim conidiis erostribus dignoscitur.

1. **Pseudobeltrania Cedrelæ** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 310. — Maculis fuscis, rotundatis; cæspitulis hypophyllis, gregariis, pulvinato-depressis 0,2-0,3 mm. diam., interdum confluentibus, olivaceo-subviridulis; hyphis erectis, repetite ramosis, septatis, inflatis, 4-7 μ. crassis, fuscidulis; conidiis 1-2 acrogenis, rhomboideis, utrinque acutis, haud rostratis, medio late 1-septatis, fuscidulis, 15-23 × 8-10. 5441

Hab. in foliis Cedrelæ fissilis, in horto publico, S. Paulo Brasiliæ.

PASSALORA Fr. et Mont. — Syll. IV p. 344, X p. 597, XI p. 617.

1. **Passalora? melioloides** Tracy et Earle in Bull. of the Torr. Bot. Club. 1901, p. 187. — Maculis latis confluentibusque, cæspitulis 2-3 mm. diam. orbicularibus, nigris, velutinis, epiphyllis; hyphis sterilibus superficialibus permultis, erectis, rigidis, sparsis, fuscis 3 μ. diam., septatis; hyphis fertilibus erectis, rigidis, simplicibus, intense fuscis, opacis, circ. 150-200 × 6, septatis; conidiis solitariis, acrogenis, nitide fuscis, anguste ovalibus, 1-septatis, ad septa parce constrictis, circ. 25 × 6. 5442

Hab. in foliis vivis Quercus virginianæ, Clearwater, Fla. Amer. bor.

2. **Passalora fasciculata** (Cooke et Ell.) Earle in Torreya 1902, II, p. 160. — Ita vocandum *Fusicladium fasciculatum* Cooke et Ell. — Syll. IV, pag. 347 — seu *Scolecotrichum Euphorbiæ* Tr. et Earle — Syll. XIV p. 1078 — seu *Piricularia Euphorbiæ* Atk.,

seu *Cercosporidium Euphorbiæ* Earle, — seu *Scolecotrichum fasciculatum* Shear.

FUSICLADIUM Bon. — Syll. IV p. 345, X p. 597, XI p. 617, XIV p. 1077, XVI p. 1056.

1. **Fusicladium dendriticum** (Wallr.) Fuck. — Syll. IV, p. 345. — 5443
var. **sorbinum** Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 170. — Maculis hypophyllis, dilute olivaceis, irregularibus 2–6 mm. lat. tenuissimis, ambitu vix dendriticis; hyphis in pilis foliorum parasiticis, fertilibus erectis paliformibus, tenuiter 1-2-septatis, guttulatis, 30 × 3–4, apice monosporis; conidiis obclavato-piriformibus, 16-17 × 6, basi truncatulis, sursum acutis, pluriguttulatis, continuis (jugiter?), dilute olivaceis.

Hab. in pag. inf. foliorum vivorum Sorbi domesticæ in silva Montello Ital. bor. — Var. **Eriobotryæ** Scalia, Int. una nuova forma di Fusicl. dendr. in Bull. Acc. Gioenia di Sc. Nat. Catania 1901, pag. 5. — Maculis olivaceis, velutinis, in foliis rotundatis, in ramulis fructibusque effusis; hyphis erectis, non raro subundulatis, fasciculatis, 34–50 × 6–7; conidiis fusoideo-oblongis, basi rotundatis, sæpeque truncatis, initio hyalinis et continuis, dein olivaceis 1-septatis, non v. parum constrictis, 17-24 × 8,5–10. — In foliis, ramulis, fructibusque Eriobotryæ japonicæ in Sicilia. — A *F. Eriobotryæ* Cav. et Br. basidiis majoribus neque inflatis, conidiis crassioribus; a *F. dendritico* (Wallr.) Fuck. typico hyphis brevioribus, conidiis crassioribus recedit. Ad *F. pirinum* (Lib.) Fuck. f. *Eriobotryæ* Pegl., basidiis apice indistincte denticulatis transit.

2. **Fusicladium Cratægi** Aderh. Ber. Deut. bot. Gesell. 1902, p. 200, 5444
tab. IX, Ann. Myc. 1903, p. 521. — Hyphis fertilibus ex pseudostromate atro-brunneo orientibus continuis, rarius 1-septatis, castaneo-brunneis, 35-40 × 4,5, cylindraceis, tortuosis, sursum nodulosodenticulatis; conidiis fusiformibus utrinque acutiusculis, medio constricto 1-septatis, 13-25 × 4,5-5,5, concoloribus.

Hab. in maculis nigris fructuum Cratægi Oxyacanthæ, Erfurt Germaniæ. — Stat. conidicus Venturiæ Cratægi Aderh.

3. **Fusicladium Robiniæ** Shear in Bull. of the Torr. Bot. Club. 1902, 5445
pag. 452. — Hypophyllum vel interdum amphigenum; maculis rubro-brunneis, numerosis, sparsis 0,5–1,5 mm. diam.; linea intense concolori marginatis; cæspitulis parvulis, congestis; hyphis

pallide brunneis, flexuosis, raro septatis, 100-130 × 2-3,5; conidiis clavato-fusiformibus, brunneolis, 1-septatis leviter constrictis, 20-30 × 4-5.

Hab. in foliis dejectis Robiniæ Pseudacaciæ, Glen Sligo prope Takoma Park, Columbia dep. Amer. bor.

4. **Fusicladium Chanousii** Ferraris in Malpighia 1903, p. 34 (extr.). 5446
— Cæspitulis, minutis, velutinis, effusis, olivaceis, hyphis fuscis, erectis, simplicibus, non vel 1-septatis, apice subdenticulatis, 35-50 × 4,5-6; conidiis olivaceis, ellipticis, continuis, dein 1-septatis non constrictis, 14-19 × 6-7.

Hab. in antheris siccis Gentianæ luteæ, Piccolo S. Bernardo Italiæ bor.

5. **Fusicladium Caricæ** (Speg.) Sacc. in Atti Congr. bot. Palermo 1902, p. 58. — Ita potius appelanda est *Cercospora? Caricæ* Speg.

Hab. quoque in foliis Caricæ Papayæ Paraguay (Balansa).

6. **Fusicladium transversum** Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 170. — Cæ- 5447
spitulis in dimidia parte superiore foliorum utrinque flavescenti transverse seriatis diu epidermide tumidula velatis et in lineis diu viridibus dein atratis insidentibus, tandem erumpentibus, punctiformibus, nigricantibus, 100-200 μ. diam., subinde seriatim confluentibus, amphigenis sed distinctius epiphyllis; conidiophoris densissime stipatis, paliformibus, e basi proligera minute cellulosa atro-fuliginea orientibus, cylindraceis, vix vel non sinuosis, continuis, 40-50 × 6-6,5, olivaceis apice vix apiculatis pallidioribus; conidiis acrogenis, ovato-ellipsoideis, rectis, utrinque rotundatis, initio continuis, subhyalinis, dein 1-septatis, haud constrictis, 15-17 × 8-9, dilute olivaceis, intus minutissime granulosis.

Hab. in foliis quæ a medio ad apicem arescunt et flavescunt, Ophiopogonis japonici in horto bot. Patavino, martio 1905. — Ob positionem transversam cæspitulorum species prædistincta. A *Scolecotricho phomoide* et hac nota et basidiis continuis et conidiis triplo majoribus olivaceis mox distinguitur, nisi species anglica ad specimina immatura sint imperfecte descripta.

7. **Fusicladium Vanillæ** A. Zimm. Centralbl. f. Bakter. II Abt. 1902, 5448
VIII, pag. 480, fig. 10. — Hyphis sterilibus foliorum superficiei adpressis, rarius liberis, brunneolis; conidiophoris erectis, rectiusculis, apice acutis, continuis, brunneolis, 25-30 μ. longis; conidiis ovato-oblongis, basi acutiusculis, apice rotundatis, bicellularibus, 8 × 4.

Hab. in foliis viventibus Vanillæ, Buitenzorg Javæ.

SCOLECOTRICHUM Kunze et Schm. — Syll. IV p. 347, X p. 599, XI p. 618, XIV p. 1078, XVI p. 1057.

1. **Scolecotrichum Musæ** A. Zimm in Centralbl. f. Bakter. II Abt. 1902, VIII, p. 220, fig. 8. — Maculis griseo-brunneis, obscurius marginatis, amphigenis; conidiophoris filiformibus, basi incrassatis et paullo supra 1-septatis, dein septo altero auctis, nigricantibus, 50-70 × 10 (basi), sursum 6 μ. cr., postremo ad altitud. 160 μ. excrescentibus; conidiis apice et sub apice hyphæ congestis, obovatis, 1-septatis, non constrictis, apice rotundatis, basi acutatis, 20 × 8-10, griseo-fuscis. 5449

Hab. sporadice in foliis Musæ sapientum pr. Buitenzorg Javæ.

HORMODENDRUM Bon. — Syll. IV p. 310, X p. 591, XIV p. 1076.

1. **Hormodendrum pallidum** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine, etc., in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, pag. 293, tab. XXXIV, fig. 1-3. — Cæspitulis orbicularibus, griseis, minutis, manifeste zonatis; hyphis repentibus articulatis, partim tenuioribus, liquore homogeneo, partim robustioribus, liquore spumoso repletis; erectis dilutissime griseis, sursum dendroideo-ramosis, ramis nempe primariis, item secundariis, omnibus decussatis, sursum sensim longitudine diminuentibus; ramorum ramulorumque articulis omnibus utrinque contractis, itaque ad septum strangulatis, eoque ipso facillime a se invicem et a sustentaculo dilabentibus; articulis ultimis, quam ceteris minoribus (forsan quoque aliis præcedentibus) conidia in ultimo casu catenatim juncta constituentibus, magnitudine varia, 12-20 × 5-8. 5450

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ. — Ab affinibus *H. viridi* (Fr.) Sacc. et *H. chlorino* (Fr.) Sacc. differt non tantum colore, sed etiam, ut videtur, ramorum distributione, conidiorum catenulis minus conspicuis, conidiis, imo minimis, multo majoribus 12 × 6 contra 7-8 μ.

Sect. 3. Phæophragmiæ.

STIGMINA Sacc. — Syll. IV p. 394, XI p. 622, XIV p. 1083, XVI p. 1061.

1. **Stigmina Briosiana** Farneti in Atti Ist. bot. Pavia VII, 1902, p. 23, cum tab. — Cæspitulis sparsis, superficialibus, fuligineis; 5451

conidiis e strato proligero celluloso fuligineo oriundis, oblongo-obovoideis, utrinque obtusiusculis, 1-3-septatis, postremo ad septa constrictis, aliquantum muriformibus, 28-42 × 13-16; basidiis brevissimis e mycelio repenti oriundis, simplicibus, brunneis, conidio paullo longioribus.

Hab. in fructibus submaturis et maturis Armeniacæ, Pavia Ital. bor. et Meaux Galliæ. — Morbum eczematicum fructibus affert.

SPOROSCHISMA Berk. et Br. — Syll. IV p. 486.

1. **Sporoschisma Tracyi** Earle in New York Bot. Gard. 1902, p. 339. 5452
— Cæspitulis cecidiformibus, crassis, 1 cm. diam.; hyphis nigro-brunneis, intense luteis sub lente, dense floccosis v. subfasciculatis, suberectis v. flexilibus, 300-400 × 15; conidiis e summitate lacerata hypharum ortis intense luteis, cylindraceis, apice rotundatis, initio 2-septatis, dein pluri-septatis, 35-40 × 14.

Hab. in ramulis emortuis Ilicis spec., in insula Sanibel, Florida Amer. bor.

2. **Sporoschisma juvenile** Boud. Icon. fung. Ser. I. — Maculis velu- 5453
tinis longe lateque expansis ex hyphis sterilibus et conidiophoris formatis; fertilibus atro-fuligineis, 400-800 μ. long., basi septatis, loculo supero inferne inflato et hic 20-25 μ. cr. cavis; conidiis endogenis hyalinis concatenatis cylindricis, mature pallide fuligineis, triseptatis, utrinque rotundatis, 30-45 × 10-12, ex apice conidiophori exsilientibus.

Hab. ad basim caulium emortuorum Angelicæ silvestris, in silva Montmorency Galliæ.

CLASTEROSPORIUM Schw. — Syll. IV p. 382, X p. 606, XI p. 621, XIV p. 1082, XVI p. 1060.

1. **Clasterosporium tamaricinum** R. Maire in Bull. soc. bot. de France 5454
1901, tab. I, p. 195. — Acervulis atris, punctiformibus, superficialibus; hyphis hyalinis tenuissimis 1,5-2 μ. latis; pedicellis hyalinis usque ad 3 μ. latis, valde deciduis; conidiis oblongo-cylindraceis vel leguminiformibus, phragmidicideis, utrinque obtusis, tri-septatis, ad septa haud constrictis, levibus, brunneis, 21-31 × 10-12, loculis singulis 1-guttulatis.

Hab. in ramis emortuis Tamaricis africanæ, in paludibus maritimis prope Bastia Corsicæ. — Ad subgen. *Brachydesmium* spectat.

2. **Clasterosporium tenuissimum** (Nees) Sacc. — Syll. IV, p. 393 et Ann. Mycol. 1904, p. 18, tab. III, fig. VI.

Hab. in corollis Dianthi Caryophylli culti, cui morbum letalem attulit æstate 1903, in horto Herb. Neapoli (Antonius Pezzato). — Hyphæ steriles repentes septatæ, dilute olivaceæ, 4-5 μ. cr., hinc inde ramulos conidiophoros simplices v. furcatos breves emittente; conidia obclavata, 60-70 × 9-11, sursum conspicue tenuata, pallidiora, basi rotundata, 4–5- raro usque 7-septata, non constricta, olivacea. — Affines species sunt *Clasterosporium putrefaciens* (Fuck.) Sacc. et *Polydesmus exitiosus* Kühn valde quoque noxiæ.

CERATOPHORUM Sacc. — Syll. IV p. 395, X p. 608, XI p. 622.

1. **Ceratophorum setosum** Kirchn. — Syll. XI, p. 622. — Cfr. ejus illustrationem ap. Rostr. Mykol. Meddel. IX p. 312 cum iconibus (Bot. Tidsskr. 1905).

CRYPTOCORYNEUM Fuck. — Syll. IV p. 395, X p. 608, XI p. 622, XVI p. 1062. — Teste cl. v. Höhnel, Fragm. zur Mykol. 1902, p. 47, *Crypt. fasciculatum* Fuck. esset idem ac *Torula hysterioides* Corda et verum *Exosporium,* hinc *Ex. hysterioides* (Corda) v. Höhn. vocandum; tamen *Exosporii* typus (*Ex. Tiliæ*) ab hoc satis recedit.

SEPTONEMA Corda. — Syll. IV p. 397, X p. 609, XI p. 622, XIV p. 1084, XVI p. 1062.

1. **Septonema isthmium** Pound et Clem. Bot. Surv. Nebr. 1901, p. 5. 5455
— Cæspitulis minutis, late effusis, nigris; hyphis conidiophoris obsoletis; catenulis conidiorum simplicibus 90-150 μ. longis; conidiis fuligineo-brunneis, clavato-cylindraceis, erectis, raro curvulis, 3-7-septatis, ad septa constrictis, guttulatis, 35-70 × 10, conidio ultimo 1-2 septato, subhyalino.

Hab. in ramis emortuis Smilacis asperæ, Nebraska Amer. borealis.

SPONDYLOCLADIUM Martius — Syll. IV p. 482, X p. 661.

1. **Spondylocladium atro-virens** Harz — Syll. IV, p. 483. — Huc, testibus cll. O. Appel et R. Laubert, in Bericht. Deut. Bot. Gesell. XXXIII, 1905, pag. 218, spectat ut status sterilis *Phellomyces sclerotiophorus* a cl. Frank in Berichte iisdem, XVI, p. 273, de-

scriptus tamquam Solani tuberosi vexator. Dignosi Harzianæ addatur quod hyphæ fertiles plerumque sint fasciculatæ et basi in contextum sclerotiaceum parvum intertextæ.

ACROTHECIUM Preuss — Syll. IV p. 483, X p. 662, XIV p. 1089.

1. **Acrothecium Anixiæ** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, 5456
p. 4. — Hyphis sterilibus repentibus, brunneis; hyphis fertilibus erectis simplicibus, subpellucidis, fere nigris, apice autem dilutioribus, septatis 200-300 × 6; conidiis late ellipsoideis, 15-18 × 9-10 dilute brunneis, utroque polo autem pallidioribus, in hypharum fertilium apice 2-3 capitatim congestis, breve et subtiliter stipitatis.

Hab. in ligno quercino putrido Frauenwart-Berg, prope Purkersdorf Austriæ infer. — Teste v. Höhn stat. conid. *Anixiæ Bresadolæ* v. Hoehnel.

2. **Acrothecium apicale** (B. et Br.) v. Höhn. — Ita nuncupandum est *Helminthosporium* (Brachysporium) *apicale* B. et Br., teste cl. v. Höhn. Hedw. 1904, p. 297.

ATRACTINA v. Höhn. Hedw. 1904, pag. 298 (Etym. *Atractium* ad quod conidiis accedit). — Hyphæ steriles brunneolæ, tenues, repentes; fertiles atræ, simplices, apice breviter, parallele (*Penicillii* ad instar) ramosæ. Rami semel v. bis partiti, apice conidia solitaria, oblonga, 2-pluriseptata in capitulum mucosum conjuncta ferentes.

1. **Atractina biseptata** v. Höhn. l. c. — Hyphis sterilibus 1,5-2 μ. 5457
cr.; fertilibus 210-280 × 10, apice 6 μ. cr., ramulis fertilibus, 3-4, 16-32 × 4-5, basi 1-septatis; conidiis fusoideis, rectis curvulisve, hyalinis, demum dilute brunneolis, tenuiter tunicatis, 2-septatis, 24-28 × 7-8, articulo medio extimis 2-3-plo longiore.

Hab. ad truncum dejectum putrescentem Abietis pectinatæ, Wiener Wald pr. Vindobonam Austriæ.

RHYNCHOMYCES Willk. Die mikroskop. Feinde des Waldes (1866) p. 87, t. IV (Etym. *rhynchos* rostrum et *myces* ob conidiophora sursum cuspidato-rostrata), non Sacc. et March. (1885), modo *Mycorhynchus* vocandus. — Hyphæ (atro-violaceæ) steriles repentes, septatæ, ramosæ, endophyticæ, fertiles (conidiophora) ascendentes, infra angustæ, sub medio incrassatæ et sensim apicem versus tenuato-rostratæ (subfusiformes), rostro rectiusculo. Conidia circa medium conidiophorum subverticillata et capitulum laxum for-

mantia, obovoidea, 3-septata, colorata (atro-violacea). — Accedit ad *Acrothecium* a quo differt conidiophoris apice nudis cuspidatis et conidiis prope eorum medium orientibus.

1. **Rhynchomyces violaceus** Willk. Die mikroskopisch. Feinde des 5458
Waldes (1866) p. 87, t. IV, f. 34-36. — Totus cyaneo-violaceus, effusus; hyphis sterilibus intra lignum repentibus vage ramosis, filiformibus, septatis; conidiophoris ascendentibus simplicibus 6-7 μ. cr., septatis, deorsum tenuatis infra medium incrassatulis et hinc usque ad apicem sensim cuspidatis; conidiis prope medium conidiophori subverticillatis, obovatis, apice rotundatis, triseptatis non constrictis, atro-cyaneo-violaceis, 28-30 × 20.

Hab. in ligno putrescenti Pini, quod rubescens reddit in Germania.

CAMPOSPORIUM Harkn. — Syll. IV p. 482.

1. **Camposporium foliicolum** Baccarini N. Giorn. bot. ital. 1904, p. 422, 5459
t. IV, f. 6. — Foliicolum, cæspitulos epiphyllos nigros in maculis exaridis, amplis, irregulariter polygonalibus efformans; hyphis fructigenis hyalinis, parce ramosis, subflexuosis; conidiis conico-piriformibus brunneis 4-septatis, 19-28 × 7,5-8; pedicello pallidiore breve suffultis; articulo extremo hyalino rotundato, apice tribus setulis conidium æquantibus, ornato.

Hab. in foliis languidis Cephaëlis Ipecachuanæ in calidariis horti botanici florentini. Ob hyphas hyalinas a typo *Camposporii* recedit et ad *Pestalozziam* nutat.

HETEROSPORIUM Klotzsch — Syll. IV p. 480, X p. 657, XI p. 630, XIV p. 1088, XVI p. 1064.

1. **Heterosporium Robiniæ** Kab. et Bub. Bot. Zeitschr. 1904, p. 421. 5460
— Maculis amphigenis, minutis, rotundatis v. angulosis, leviter elevatis, initio viridibus dein brunneis v. atro-brunneis, immarginatis, rarius deficientibus; cæspitulis minutis, amphigenis, sparsis, subinde 2-pluribus confluentibus, atro-olivaceis; hyphis fertilibus fasciculatis, rectis v. curvulis, nodulosis, denticulatisque 60-220 × 5-8, brunneo-olivascentibus, sursum pallidioribus; conidiis primo 1-cellularibus, maturis ovoideis, oblongis, subcylindraceis, utrinque rotundatis, 1-6-septatis, non v. vix constrictis, 20-42 × 7-13, minute spinuloso-verruculosis, olivaceis v. olivaceo-brunneis.

Hab. in foliis dilabentibus Robiniæ Pseudacaciæ, socio *Epicocco purpurascenti,* pr. Turnau Bohemiæ.

2. **Heterosporium Calandriniæ** Massee, in Kew Bull. 1901, p. 168. — 5461
Acervulis effusis, amphigenis, maculas pulvinatas irregulares pallido-olivascentes formantibus; hyphis repentibus intricato-ramosis, laxe remoteque septatis, sursum suberectis, simplicibus, dilute olivaceis; conidiis elongato-ellipticis, utrinque rotundatis, apice sæpe papillatis, episporio asperulatis 1-3-septatis, dilute olivaceis, 15-25 × 7-10.

Hab. in inflorescentia Calandrinæ potentilloidis, Puente del Juca, prope Mendoza Argentinæ.

3. **Heterosporium Chamæropis** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 17. 5462
— Amphigenum; cæspitulis orbicularibus v. oblongis, variæ dimensionis, atro-violaceis, velutinis; hyphis fasciculatis, simplicibus, valde flexuosis, nodulosis, septatis 180-240 × 4-5, pallide olivaceis; conidiis ellipsoideis v. oblongis, utrinque rotundatis 2 ad 6-septatis, non constrictis, pallide olivaceis, minutissime granulatis, adultis 21-25 × 5-7.

Hab. in foliis Chamæropis excelsæ. Nunspeet Hollandiæ. — Ab *Het. minutulo* Cooke conidii eptatis, non rugosis, sed granulatis differt.

4. **Heterosporium Ornithogali** Klotzsch — Sacc. Syll. fung. IV, p. 480 5463
— var. **minus** Bäuml. in Zahlbr. Sched. ad Crypt. exs. cent. III, p. 81. — Hyphis fertilibus copiose nodulosis, fuscis, 50-80 × 10, apicem versus attenuatis et pallidioribus; conidiis 20-30, raro 40 × 8-10, bis ter septatis, utrinque rotundatis v. alternatim rotundatis et paullum acuminatis, minute aculeatis.

Hab. in foliis vivis Ornithogali nutantis, Posonii (Pressburg) Hungariæ in hortis.

5. **Heterosporium montenegrinum** Bubák, Pilzfl. Montenegro, 1903, 5464
p. 21. — Maculis minutis, ellipticis, non distincte limitatis, purpureo-brunneo-marginatis, medio demum arescentibus; conidiophoris fasciculatis, pluries nodosis flexuosis, pluriseptatis, 60-130 × 6-11, læte olivaceis, sursum pallidioribus; conidiis cylindraceo-ellipsoideis, rarius oblongo-ovoideis, 22-50 × 8,8-17,6, utrinque rotundatis, læte brunneis, 1-4-cellularibus, extus minute granulosis.

Hab. in foliis Iridis gramineæ supra Crkvica Montenegro. — Affine *Het. gracili* sed multo minus et dilutius.

6. **Heterosporium Magnusianum** Jaap, in Schrift. Naturw. Vereins 5465
Schlesw. Holst. XII, 1902, p. 31. — Conidiophoris fasciculatis, simplicibus, gracilibus, 250 × 6,5, hinc inde flexis, rarius leviter geniculatis, fusco-brunneis; conidiis cylindraceis, rarius subclava-

tis, utrinque rotundatis, 3-5- rarius 2- v. 6-cellularibus, 18-32 × 7-9, non v. vix constrictis, rectiusculis, minute asperulis, fusco-brunneis.

Hab. in foliis Narthecii ossifragi pr. Twismark Frisiæ borealis.

7. **Heterosporium Hordei** Bubák, Pilzfl. Montenegro, 1903, p. 20. — 5466
Maculis rhombeis vel elliptico-oblongis, alutaceis, atro-purpureo-marginatis sæpe confluentibus; conidiophoris amphigenis, in cæspitulos olivaceos junctis, 80-120 × 4,5-6,5, noduloso-flexuosis, rigidulis; conidiis oblongis vel oblongo-cylindraceis, 15-33 × 4,5-9, læte castaneis, utrinque rotundatis, rarius acutulis, 1-4-cellularibus, extus minute granulosis.

Hab. in foliis Hordei distichi pr. Savniki Montenegro.

8. **Heterosporium graminis** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. New S. Wales, 5467
1904, p. 122. — Cæspitulis minutis, distinctis, gregariis, fusco-olivaceis, in areis exsiccatis foliorum et culmorum; hyphis fertilibus erectis, simplicibus, nodulosis, rarius septatis, leviter flexuosis, atro-olivaceis, in apicem abrupte tenuatis disculoque (pro conidii insertione) terminatis, 40-70 × 5-7, subinde ad 9-10 μ. incrassatis, disculo 2-2,5 μ. diam., subinde binis; conidiis oblongo-ellipsoideis, alte echinulatis, continuis vel 1-4-septatis, haud constrictis, 20-30 × 11-14, laxe catenulatis, olivaceis.

Hab. in foliis culmisque Ammophilæ arundinaceæ, St. Kilda Vict. Australiæ. — *Het. Avenæ* et *H. cercosporioidi* affine, sed bene distinctum.

9. **Heterosporium Proteus** Starb. — Syll. XIV, p. 1088.

Hab. etiam parasitice ad Phylloxeram coccineam, quam occidit, in foliis Quercus Roboris pr. Berolinum — Cfr. Sacc. in Ann. mycol. 1904, p. 530.

HELMINTHOSPORIUM Link — Syll. IV p. 402, X p. 610, XI p. 623, XIV p. 1084, XVI p. 1062.

1. **Helminthosporium Brassicæ** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in 5468
Hedw. 1902, p. 117. — Maculis amphigenis, fuscidulo-pallescentibus exaridis, rotundato-effusis; cæspitulis diffusis, atris, subvelutinis; hyphis brevibus, fasciculatis, erectis, fuscis, septatis, 4-6 μ. cr.; conidiis cylindraceis v. clavatis, apice obtuse rotundatis, atro-fuscis 3-7-septatis, dein constrictis, 20-50 × 7-10.

Hab. in foliis Brassicæ oleraceæ in horto bot. S. Paulo Brasiliæ.

2. **Helminthosporium Sclerolobii** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, pag. 394. — Maculis mycelii hypophyllis rotundatis vel effusis; subolivaceo-ochraceis; hyphis castaneo- vel brunneo-fuscis, septatis ramosis, 3-8 μ. crassis; conidiis fusoideis, aureo-brunneis, 4-guttulatis, apiculatis, 3-septatis, septis rufo-brunneis, vix constrictis, 50-60 × 14-18, stipite 3-4 μ. crasso. 5469

Hab. in foliis Sclerolobii paniculati, Tarapoto Perù.

3. **Helminthosporium Bonducellæ** P. Henn. Hedw. 1904, pag. 95. — Maculis fuscidulis indeterminatis; cæspitulis hypophyllis, ferrugineis, hyphis septatis, fuscis 3-4 μ. crassis; conidiis cylindraceis, obtusis, fuscis, 20-70 × 5-6, 2-5-septatis haud constrictis. 5470

Hab. in foliis Cæsalpiniæ Bonducellæ, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

4. **Helminthosporium Dolichi** Syd. Ann. Mycol. 1904, p. 173. — Cæspitulis hypophyllis, sparsis v. hinc inde subaggregatis, interdum per totam folii superficiem æque distributis, minutis, punctiformibus, atris; hyphis cæspitulosis, erectis, pluriseptatis, olivaceo-brunneis, non ramosis, ca. 250-300 × 4-6; conidiis solitarie ad apicem hypharum ortis, oblongis v. subfusoideis, rectis v. leniter curvulis, utrinque obtuse attenuatis, 2-3-septatis, non constrictis, olivaceo-brunneis, 27-38 × 5 $^1/_2$-8, loculis duobus mediis guttula majuscula præditis. 5471

Hab. in foliis vivis Dolichi euryphylli, inter Kulei et Kutsi Africæ austr. (leg. Baum, in Kunene-Sambesi Exped.).

5. **Helminthosporium accedens** Syd. Ann. Myc. 1904, p. 173. — Cæspitulis hypophyllis, sparsis v. hinc inde aggregatis, minutis, punctiformibus, atris; hyphis cæspitulosis, erectis, pluriseptatis, olivaceo-brunneis, non ramosis, ca. 250-300 × 5-9; conidiis solitarie ad apicem hypharum ortis, oblongo-fusoideis v. fusoideis, plerumque leniter curvulis, utrinque attenuatis, 3-6-septatis, non v. vix constrictis, olivaceis, 35-54 × 6 $^1/_2$-9, loculis duobus extimis præcipue basali elongatis quam ceteris multo longioribus pallidioribusque. 5472

Hab. in foliis vivis Dolichi Baumii Mouonge Africæ austr. (leg. Baum, in Kunene-Sambesi Exped.). — Affine *H. Dolichi*, a quo conidiis majoribus et crebrius septatis dignoscitur.

6. **Helminthosporium asterinoides** Sacc. et Syd. in Atti congr. bot. Palermo 1902, pag. 58. — Hypophyllum, adpressum, reticulato-maculiforme, atrum, asterinoideum; hyphis repentibus, dichotomis, septulatis, fuligineis 5-7 μ crassis, interjectis filamentis rhizoideis fasciculatis subochraceis, 2 μ. cr.; conidiis fusoideis, rectis curvu- 5473

lisve, 3-septatis, haud constrictis, 22-24 × 5-6, fuligineis, loculis binis extimis subhyalinis, imo subinde breviter cuspidato.

Hab. in foliis adhuc vivis Eugeniæ spec. in Brasilia (E. Ule). — E typo *H. dorycarpi.*

7. **Helminthosporium naviculare** Syd. in Hedw. 1903, p. (106). — Late effusum, hypophyllum, velutinum, sæpe concentrice dispositum, fulvo-ferrugineum, tandem fusco-atrum, depressum; hyphis fertilibus varie intertextis, septatis, fulvis 6-8 μ. cr., ramis sæpe incurvatis, fertilibus assurgentibus; conidiis naviculiformibus, rectis, utrinque leniter attenuatis, sed obtusis, 2-septatis, non constrictis, initio continuis hyalinis, tandem pallidissime brunneolis, 50-84 × 11-16. 5474

Hab. in foliis Euphorbiaceæ cujusdam, Tubarao St. Catharina Brasiliæ (E. Ule).

8. **Helminthosporium Huræ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 394. — Maculis mycelii hypophyllis rotundatis vel confluentibus, fusco-ferrugineis, margine radiatis; hyphis repentibus, ramosis, septatis fusco-brunneis, 3-8 μ. crassis; conidiis oblongis vel clavatis, apice rotundatis, 2-septatis vix constrictis, flavido-brunneis, 60-80 × 20-25. 5475

Hab. in foliis Huræ crepitantis, Bom Fim Rio Juruá Amazoniæ.

9. **Helminthosporium Prestoniæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, pag. 394. — Maculis mycelii epiphyllis gregariis, rotundatis vel confluentibus, atro-fuscis, hyphis repentibus, atro-fuscis, 4–7 μ. crassis, septatis, ramosis, hyphopodiis alternis, subgloboso-depressis; conidiis innumeris, fusoideis, rectis curvulisve, subsigmoideis, apice oblique rostratis vel subpapillatis pallidioribus, 3-septatis, paulo constrictis, primo pallide fuscidulis, dein atro-fuscis, 50-65 × 10-13, stipite brevi. 5476

Hab. in foliis Prestoniæ sp. Yurimaguas Perù. — Verisimiliter status conidicus *Dimerosporii* speciei.

10. **Helminthosporium solaninum** Sacc. et Syd. in Atti congr. bot. Palermo 1902, p. 58. — Epiphyllum, melioloideum, maculiforme, atrum, facile secedens; mycelio sterili adpresse repente filamentoso, ramoso-reticulato; hyphis fertilibus, rigidulis, longis, ascendentibus, 5 μ. crassis, indivisis, obsolete septatis, fuligineis; conidiis cylindraceis, utrinque subrotundatis, 3-septatis, vix constrictis, brunneis, 18–22 × 4-4,5, plerumque 4-guttulatis, solitarie acrogenis. 5477

Hab. in foliis subvivis Solani argentei, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule). — Affine *Helm. dorycarpo.*

11. **Helminthosporium socium** E. et Ev. New Alabama Fungi in Journ. of Mycol. 1902, p. 62. — Conidiis elongato-ellipticis, 3-septatis, pallide luteolis, 30-50 × 12-15. 5478

Hab. in caulibus emortuis Daturæ Stramonii in Alabama.

12. **Helminthosporium Coffeæ** Massee in Kew Bull. 1901, p. 167. — Maculis nullis; hyphis epiphyllis, velutinis, plagas effusas, nigro-olivaceas efficientibus; fertilibus densissime congestis, basi connatis, erectis, cylindraceis, rectis vel flexuosulis, septatis, sursum nodulosis, olivaceo-brunneis, 300-400 × 7-8; conidiis obovatis, 3-5-septatis, non constrictis, pallidis, 45-55 × 8-10. 5479

Hab. in foliis Coffeæ libericæ, in horto botanico Aburi, Gold Coast Africæ occident. — *H. paraguayensi* Speg. affine.

13. **Helminthosporium Chrysophylli** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 56. — Maculis atro-fuscis, rotundatis, hypophyllis; cæspitulis gregariis, aterrimis, hyphis sterilibus repentibus, septatis, ramosis 3,5-5 μ. cr., hyphis fertilibus erectis, simplicibus, septatis 300-350 × 6-8; conidiis acrogenis, fusoideis vel oblonge clavatis v. lanceolatis, 3-5-septatis, atris, apice obtusis vel acutiusculis, 35-50 × 10-13. 5480

Hab. in foliis Chrysophylli, Ost Usambara Africæ orient. (Engler).

14. **Helminthosporium cinerescens** Syd. in Hedw. 1903, p. (106). — Cæspitulis hypophyllis, maculas cinereas plus minusve extensas efformantibus, parvis, gregariis, laxis, fumoso-atris; hyphis ramosis, septatis, obscure brunneis, ca. 8 μ. cr.; conidiis ovato-oblongis, apice rotundatis, basi leniter attenuatis, semper 3-septatis, non constrictis, 40-54 × 17-22, obscure olivaceo-brunneis. 5481

Hab. in foliis vivis Piptocarphæ, Blumenau Brasiliæ (E. Ule).

15. **Helminthosporium Ficuum** Rostr. in Bot. Tidsskrift Copenhagen 1902, vol. 24, p. 213. — Maculis amphigenis, cinereis, distincte limitatis, fusco-marginatis; hyphis cæspitosis, longis, fuscis, nodulosis, septatis; conidiis cylindraceis 3-septatis, rufo-fuscis, 18-20 × 5-6. 5482

Hab. in foliis Fici retusæ, Siam Asiæ merid.

16. **Helminthosporium gigasporum** B. et Br. — Syll. IV, p. 418. — 5483

* **H. javanicum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 247, Ic. fung. Jav. t. LXX, f. 4. — Effusum, atrum, velutino-hirtellum, demum

sub-pulverulentum; hyphis fasciculatis, simplicibus, aterrimis 500-700 × 16-20, septatis; conidiis obclavatis, fuligineis, 8-11-septatis, non constrictis, 120-145 × 18-24, sursum longiuscule tenuatis, pallidioribus.

Hab. in lignis et corticibus putridis, Tjibodas, in insula Java. — *H. gigasporum* B. et Br. videtur vere affine, sed est nimis imperfecte cognitum.

17. **Helminthosporium bogoriense** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, 5484
p. 247, Ic fung. Jav. t. LXX, f. 3. — Effusum, velutino-pulveraceum, nigricans; hyphis sterilibus paucis repentibus; fertilibus erectis, cylindraceis, simplicibus 2-3-septatis, non constrictis, 70–100 × 6, fuligineis, apice pallidioribus; conidiis obclavatis, fuligineis, sursum longiuscule tenuatis, pallidioribus, 8-10-septatis, non constrictis, 45-55 × 12, rectiusculis.

Hab. in fragmentis ligneis et herbarum majorum? in horto Bogoriensi Javæ. — Videtur medium inter *H. leptosporum* Sacc. et *H. obclavatum* Sacc.

18. **Helminthosporium nodipes** Penz. et Sacc. in Malp. 1901, p. 246, 5485
Ic. fung. Jav. t. LXX, f. 2. — Effusum, aterrimum, pannoso-grumosum 0,5-0,7 mm. cr.; hypothallo tenui submembranaceo hyalino, hyphis pallide ochraceis, ramosis percurso; hyphis fertilibus ascendentibus, simplicibus, filiformibus, rectiusculis, 90-120 × 5 aterrimis, omnino impellucidis, 5-7-septatis, inter septa exquisite nodoso-incrassatis; conidiis apicalibus, obclavatis, 50–60 × 6, rectis v. curvulis, 14–17-septatis, non constrictis, atro-fuligineis, sursum obtuse attenuatis pallidioribus.

Hab. in petiolis Palmarum putrescentibus, in horto Bogoriensi Javæ. — Prædistincta species.

19. **Helminthosporium Tritici** P. Henn. Notizbl. bot. Gart. Berlin, 5486
1903, p. 242. — Cæspitulis oblonge pulvinatis, dein crustaceo-effusis, atro-olivaceis; hyphis fasciculatis, erectis, septatis interdum ramosis, nodulosis, fuscis, $3\,^1/_2$–5 μ. crassis; conidiis acrogenis, subcylindraceo-oblongis, clavatis vel fusoideis, obtusis, 2-4-septatis, constrictis, fuscis, 12-25 × 4–7.

Hab. in spicis Tritici vulgaris, Aruscha Afr. orient. (Zimmermann). — Species valde noxia, subinde folia et culmos pervadens.

20. **Helminthosporium crustaceum** P. Henn. F. Javanici novi, in 5487
Hedw. 1902, p. 147. — Cæspitulis effusis, crustaceis, atris; hyphis ramosis, atris, septatis 4-7 μ. cr.; conidiis oblonge clavatis

v. fusoideis, utrinque obtusis, rectis vel curvulis, 40–60 × 12-16, fuscis 3-5-septatis, haud constrictis.

Hab. in inflorescentia Sporoboli, Buitenzorg Javæ.

21. **Helminthosporium filicicola** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 1905, p. 71. — Maculis fuscis, effusis; cæspitulis sparsis vel gregariis amphigenis, pulvinato-fasciculatis, atris, velutinis; hyphis rigidulis, erectis, filiformibus, simplicibus, subæqualibus, septatis, atris, usque ad 400 μ. longis, 3–5 μ. crassis; conidiis acrogenis cylindraceo-fusoideis vel clavatis, utrinque obtusis, 3-5-septatis, 30-40 × 6-10, atro-fuscis. 5488

Hab. in foliis Lygodii spec. et Selaginellæ spec., Tarapoto, Perù.

22. **Helminthosporium Euchlænæ** Zimm. Berichte üb. Land- und Forstwirth. Deutsch-Ostafrika, 1904, pag. 18, tab. I, f. 7. — Maculis elongatis variis, læte brunneis, zona atro-brunnea marginatis, 20–25 mm. longis, 2 mm. latis; conidiophoris ex ostiolis 1-3 fasciculatim junctis erumpentibus, simplicibus, deorsum paullo incrassatis, 150 × 5-7, septatis; conidiis acrogenis, cylindraceis rectis vel curvulis, 7-septatis, brunneolis, 50-60 × 13-15. 5489

Hab. in foliis Euchlænæ mexicanæ, Amani Africæ orient.

BRACHYSPORIUM Sacc. — Syll. IV p. 423, X p. 617, XI p. 624.

1. **Brachysporium excorians** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 122, fig. 243, 244. — Acervulis oblongis vel rotundatis, nigris, irregularibus, hyphis repentibus, nigro-brunneis, sinuosis, septatis, ad septa non constrictis, ramosis 4,5 μ. cr.; hyphis fertilibus pallide brunneis rigidis, simplicibus vel ramosis, septatis, ad septa constrictis, 4,5 μ. crassis; conidiis 1-2-septatis sæpe ad septa constrictis, oblongo-ellipticis, pallide brunneis, 11–15 × 4-5,5. 5490

Hab. in ramis Pruni Persicæ, Armadale Australiæ.

2. **Brachysporium Faureæ** P. Henn. in Ergebn. de Kunene Sambesi Expedit. p. 169 (1902). — Cæspitulis hypophyllis effusis, atris, ex hyphis fasciculatis, brevibus, flexuosis, subtorulosis ca. 3-5 μ. cr., fuscis; conidiis ovoideis v. subclavatis apice obtuse rotundatis 1-4-septatis, haud constrictis, 15–30 × 10-15, atro-fuscis. 5491

Hab. in foliis Faureæ speciosæ, Kutsi Afr. austr.

3. **Brachysporium Crepini** (West.) Sacc. — Syll. IV, p. 430. — Huc ducendum *Helminthosporium Diedickei* P. Magn. Hedw. 1903, p. 223, tab. X, pariter lectum in foliis Ophioglossi vulgati 5492

prope Erfurt Germaniæ (H. Diedicke). Conidia breviter oblongo-clavata, 28 × 12 apice rotundata, sæpe curvato-gibba, 3-septata, constricta, brunnea.

DENDRYPHIUM Wallr. — Syll. IV p. 487, X p. 662, XI p. 631, XIV p. 1089.

1. **Dendryphium botryoides** A. L. Smith in Journ. of botany 1903, p. 258, tab. 454, fig. 6-10, sub *Brachycladium*. — Hyphis sterilibus cæspitulosis; fertilibus erectis, flexuosis 1 mm. crassis, summo incrassato-nodulosis, vel divaricatis, septatis; conidiis in ramulorum apice insertis irregulariter dispositis, cylindraceis, fusoideis leniter curvulis v. rectis, utrinque rotundatis, 2-5-septatis, pallide fuligineis, 45 × 10. 5493

   Hab. in seminibus putridis, Norwood Britanniæ.

2. **Dendryphium effusum** Massee in Kew Bull. 1901, p. 167. — Maculis amphigenis, pannoso-effusis, olivaceo-atris; hyphis repentibus, intricato-ramosis, sursum suberectis, dilute olivaceis, sparse septatis, 7-8 μ. crassis; conidiis ex apicibus hypharum productis, elongato-clavatis, episporio levi, 11-19-septatis, 150-200 × 9-12, dilute olivaceis. 5494

   Hab. in ramis emortuis in horto botanico Aburi, Gold Coast, Africæ occident. — *D. toruloidi* Sacc. affine.

NEOMICHELIA Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 246, Ic. fung. Jav. t. LXX, f. 1 (Etym. ab. ill. patricio veneto Petro Antonio Michiel (1510-1576) herbarum peritissimo et auctori eximii codicis herbarii Venetiis asservati). — Bicolor; hyphæ cæspitosæ, simplices v. ramosæ, subcontinuæ, asperulo-denticulatæ, læte coloratæ. Conidia nigricantia, elliptico-oblonga 3-pluriseptata, denticulis inserta. — Hyphis læte coloratis, conidiis vero nigricantibus septatis genus mox dignoscendum.

1. **Neomichelia melaxantha** Penz. et Sacc. Ic. fung. Jav. t. LXX, f. 1. — Effusa v. maculiformis, velutina, compactiuscula, superficialis, flavo-aurantia, intus ob conidia copiosissima nigricans hinc bicolor; hyphis sterilibus repentibus, fertilibus assurgentibus, simplicibus v. sæpius furcatis, cylindraceis, 40-60 × 3-4, leviter sinuosis, a medio ad apicem aspero-denticulatis, continuis, flavidis; conidiis ellipsoideo-oblongis, utrinque rotundatis 3- rarius 5-septatis; ad septa leviter constrictis, 30-36 × 18-22, fuligineis, coacervatis, nigricantibus. 5495

Hab. in petiolis putridis Palmarum, in horto bot. Bogor., in insula Java.

NAPICLADIUM Thuem. — Syll. IV p. 481, X p. 660, XI p. 631, XVI p. 1065.

1. **Napicladium Stuckertii** Speg. Myc. argent. ser. II, 1902, p. 87. 5496
— Superficiale, late effusum, olivaceum; hyphis repentibus matrici arctiuscule adnatis, araneosulis, dense ramuloso-intricatis atque anastomosantibus, torulosis, articulis e globoso subcuboideis 5–10 μ. diam. olivaceis; hyphis fertilibus hinc inde erectis gracilibus, simplicibus 3-5-septatis, 50-200 × 5-6, olivascentibus, apicem versus pallidioribus, parce septulatis, superne noduloso-geniculatis; conidiis cylindraceis, clavulatis v. subfusoideis, continuis v. 1-3-septatis, levibus 15-30 × 5–6, acro-pleurogenis, chlorinis.

Hab. in cladodiis vivis Baccharidis trimeræ, prope Córdoba Argentinæ.

2. **Napicladium Ossifragi** Rostrup Fungi in Bot. of the Faeroës 1901, 5497
part. I, pag. 316. — Cæspitulis dense aggregatis, fuscis; conidiis oblongis v. clavatis, dilute luteis, 1-3-septatis, 20-28 × 7-8.

Hab. in foliis Narthecii ossifragi, Viderö, Viderejde et Osterö, Svinaa, in insulis Faeroës Daniæ.

3. **Napicladium Andropogonis** A. Zimm. in Centralbl. f. Bakter. 1902, 5498
II Abt. VIII, p. 219, f. 6. — Maculis majusculis, purpureis, dein griseo-brunneis; conidiophoris amphigenis tam ex stomatibus quam ex aliis interstitiis exsilientibus, solitariis v. 2-3-fasciculatis, simplicibus raro furcatis, basi incrassatulis pauciseptatis, griseo-brunneis 200-250 × 6; conidiis obovato-oblongis, inæquilateris, 4-cellularibus, non v. vix constrictis, griseo-brunneis, 40 × 20, apice obtusatis, cellula ima acutiuscula pallidiore.

Hab. in foliis Andropogonis citrati, A. Schœnanthi etc. valde frequens et vere noxium, Buitenzorg Javæ. — A *Nap. Janseano* Racib. mox dignoscitur conidiis multo majoribus et forma diversis.

CERCOSPORIDIUM Earle in Muhlenbergia 1901, p. 16 (Etym. dimin. *Cercosporæ*). — Hyphæ fertiles longæ, molliusculæ, pannosæ, fasciculatæ. Conidia acrogena vel pleurogena, oblonga, ovata vel subovoidea, denique 3-pluri-septata. — A *Cercospora* differt sporophoris longissimis et conidiis latioribus et brevioribus; a *Passalora* conidiis denique 3-pluriseptatis.

1. **Cercosporidium Helleri** Earle, Muhlenbergia, 1901, p. 16, *Passalora Helleri* Earle Torreya, 1902, II, p. 160. — Hypophylla, effusa; cæspitulis nigris velutinis in maculis indeterminatis insidentibus; hyphis longis, intricatis, intense olivaceis, raro septatis, superne flexuosis contortisque 200-400 × 4-5; conidiis acro-pleurogenis obovatis, obtusis, 3-septatis, granulosis, 20-30 × 8-10. 5499

Hab. in foliis vivis Sphenocleæ zeylanicæ, prope Anasco, in insula Porto Rico Amer. centr.

Sect. 4. Scolecosporæ.

CERCOSPORA Fres. — Syll. IV p. 431, X p. 618, XI p. 625, XIV p. 1099, XVI p. 1066.

1. **Cercospora Isopyri** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie, 1903, p. 65. — Cæspitulis effusis, caules petiolos foliaque invadentibus et enecantibus; partibus invasis plantæ brunneo-nigrescentibus; hyphis sterilibus intramatricalibus; hyphis fertilibus per epidermidem erumpentibus, plerumque fasciculatis, dilute brunneis, 40-100 × 6 9, 4-6-septatis, hinc inde nodulosis, conidia 1-3, acropleurogena gerentibus; conidiis dilute brunneis, 4-12-(plerumque 6-7-) septatis, infra 6-16 μ crassis, sursum sensim usque ad 5-6 μ. attenuatis, 70-140, plerumque 60-75 μ. longis, basi rotundatis, apice obtusis. 5500

Hab. in foliis, petiolis, caulibusque Isopyri thalictroidis prope Purkersdorf Austriæ inferioris.

2. **Cercospora Bizzozzeriana** Sacc. et Berl. — Syll. X, pag. 618. — var. **Drabæ** S. Cam. in d'Almeida Contrib. à la Mycoflora du Portugal 1903, p. 48. — Hyphis fasciculatis, simplicibus, erectis, sursum leviter nodulosis, pallide citrinis, brevibus, 33-36 × 4-5; conidiis vermicularibus, obclavatis, subhyalinis, parce septatis 105-125 × 4,5-6. 5501

Hab. in foliis vivis Lepidii (Cardariæ) Drabæ, in horto Inst. Agriculturæ Lisboa Lusitaniæ (Souza da Camara).

3. **Cercospora Sesami** Zimm. Berichte üb. Land- und Forstwirth. Deutsch-Ostafrika, 1904, p. 28. — Maculis flavido-albis, copiosis, atro-marginatis, 1-2 mm. lat.; conidiophoris ex stomatibus 5-10 fasciculatim erumpentibus, epiphyllis, sursum noduloso-incrassatulis 1-3-septatis, brunneis, 40-60 × 4; conidiis cylindraceis, sursum cuspidatis, hyalinis, vulgo 7-10-septatis, 90-135 × 3-4. 5502

Hab. in foliis Sesami indici in horto Amani Africæ orient.

4. **Cercospora conspicua** Earle, Bull. of the New York Bot. Gard. 1904, p. 312. — Amphigena, areas foliorum 3-6 mm. diam. dense occupans, olivaceo-grisea, tomentosa, subinde confluendo per folium fere totum effusa; conidiophoris dense aggregatis, olivaceis, subtorulosis et irregularibus, interdum septatis 30-40 × 3-4; conidiis angustis, clavatis, subhyalinis, continuis vel demum tenuiter septatis, 40-60 × 2-3. 5503

Hab. in foliis vivis Cleomes pentaphyllæ, Portorico Amer. centr. (Heller).

5. **Cercospora Montiæ** Rostrup, Fungi in Bot. of the Faeroës 1901, part. 1, p. 315. — Amphigena, folia nigrificata omnino occupans; hyphis repentibus, pauci-septatis, tortuosis, brunneis; conidiis sursum attenuatis, 60-100 × 10-12, sursum 3-4 μ. diam., fuscis, apice hyalinis. 5504

Hab. in foliis Montiæ minoris, Syderö Trangisvaag et Videro, Viderejde in insulis Faeroës Daniæ.

6. **Cercospora Sedi** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 72. — Maculis effusis, amphigenis, nigricantibus; hyphis fasciculatis, continuis v. parce septatis, sinuosis 15-25 × 4; conidiis guttulatis 30-110 × 2,5-3, rectis, pallide brunneis. 5505

Hab. in foliis vivis Sedi spec. in Alabama, Amer. bor.

7. **Cercospora Dioscoreophylli** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 56. — Maculis atro-fuscis, rotundatis, sparsis; cæspitulis hypophyllis, cinereo-subolivaceis; hyphis fasciculatis, erectis, repetito breve ramosis, 80-120 × 3,5-4,5 fuscidulis; conidiis cylindraceo-fusoideis, 20-50 × 3,5-4,5, 1-3-5-septatis, hyalino-fuscidulis. 5506

Hab. in foliis Dioscoreophylli Volkensii, Ost-Usambara, Africæ or. (Engler).

8. **Cercospora Geranii-sanguinei** P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904, p. 33 (Nyt. Magaz.). — Maculis fuscis in apicibus foliorum; hyphis fasciculatis, septatis, fuscis, 30-50 × 3-5; conidiis subcylindraceis v. clavatis, rectis, apice obtusis, medio 1-septatis, hyalinis, 20-40 × 4-5,5. 5507

Hab. in foliis Geranii sanguinei pr. Christianiam Norvegiæ. — Tam a *C. Geranii*, quam a *Cercosporella Magnusiana* diversa.

9. **Cercospora Hibisci-Manihotis** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 146. — Maculis rotundatis vel effusis, fuscis; cæspitulis hypophyllis maculiformibus, fusco-ferrugineis; hyphis fasciculatis, septatis, con- 5508

strictis, fuscidulis, 60-100 × 3-5; conidiis cylindraceis, obtusis, curvulis, 20-60 × 4, 3-5-septatis.

Hab. in foliis Hibisci Manihotis, Tokyo, Nishiarai Japoniæ (Nambu).

10. **Cercospora Kellermani** Bubák, Journ. of Mycol. 1903, pag. 3. — 5509
Maculis amphigenis irregularibus, angulosis, nervis foliorum limitatis, olivaceo-brunneis, indistincte griseo-cinctis, sæpe confluentibus, 1 cm. lat.; hyphis conidiophoris amphigenis, fasciculatis, gracilibus, leniter curvis, 120-150 × 4-5, a tertio inf. ad apicem usque 6-denticulatis, 3-5-septatis, olivaceo-brunneis, sursum subinde dilutioribus; conidiis acicularibus, 50-150 × 4-5, rectis, curvulisve, hyalinis, 5-15-septatis, apicem versus sensim tenuatis.

Hab. in foliis Althææ roseæ, Columbus Ohio Amer. bor. (Kellerman). — Ab affinibus *C. Malvacearum* et *C. althœina* præsertim septis conidiorum numerosioribus dignoscitur.

11. **Cercospora polymorpha** Bubák, Pilzfl. Montenegro, 1903, p. 21. 5510
— Maculis amphigenis versiformibus subrotundis, oblongis angulatisque, vulgo confluentibus, acute limitatis, anguste atro-brunneo-limitatis, centro alutaceis, 2-4 mm. diam.; conidiophoris amphigenis, cæspitulos griseos formantibus, brevibus, 25-40 × 4,5, dilute olivaceo-brunneis, rigidulis, sursum 2-3-denticulatis; conidiis breve cylindraceis vel cylindraceo-clavatis, 30-60 × 4,5, 3-5-septatis, utrinque obtusulis, v. filiformibus, 60-150 × 3-5, sursum cuspidatis, rectis curvulisve, 5-15-septatis.

Hab. in foliis Malvæ silvestris pr. Savniki Montenegro. — A ceteris speciebus malvi-althæi-colis distincta.

12. **Cercospora Melochiæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 395. 5511
— Cæspitulis hypophyllis, sparse gregariis confluentibusque, rotundato-angulatis, cinereo-fuscis; hyphis fasciculatis, septatis, ramosis, fuscidulis; conidiis longe fusoideis, subacutis, 3-7-septatis, interdum subconstrictis, 30-70 × 3-3 1/2 fuscidulis.

Hab. in foliis Melochiæ melissifoliæ, Manáos, Rio Negro Amazoniæ.

13. **Cercospora Polygalæ** P. Henn. Hedw. 1904, p. 95. — Cæspitulis 5512
hypophyllis, pulvinatis, sparsis vel aggregatis, ferrugineis; hyphis fuscis, fasciculatis, septatis, subramosis ca. 4 μ. crassis; conidiis longe fusoideis, utrinque obtusis, 5-septatis, 40-50 × 2,5-3, fuscidulis.

Hab. in foliis Polygalæ paniculatæ, Gavea, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

14. **Cercospora Melonis** Cooke, Gard. Chron. XX ser. 3 (1896), p. 271- 5513
272 et Journ. Board of Agric. 1902, p. 196-198, pl. 1. — Maculis pustuliformibus, griseis, 12-50 mm. long.; hyphis epiphyllis, longissimis, rectis, ascendentibus, angustis, vix 3 μ. cr., atro-olivaceis, septatis, septis vero ob opacitatem hyphæ subinconspicuis; conidiis cylindraceis, 80 × 8, hic tenuatis, illinc rotundatis, multinucleatis, denique multiseptatis, hyalinis.

Hab. in foliis Cucumeris Melonis, quem valde vexat, Kew Britanniæ.

15. **Cercospora cucurbiticola** P. Henn. in Hedw. 1904, pag. 95. — 5514
Maculis subfuscis subinflatis rotundatis; cæspitulis hypophyllis rotundatis, ferrugineis; hyphis fasciculatis, septatis, fuscis ca. 4 μ. crassis; conidiis longe clavatis vel fusoideis, apice rotundatis, basi angustatis 30-65 × 3,5-4, fusidulis, 3-5-septatis.

Hab. in foliis Cucurbitæ, Gavea, Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

16. **Cercospora Theæ** v. Breda de Haan, Bull. Inst. bot. Buitenz. VI, p. 12-13.

Hab. in foliis Theæ sp. cultæ in ins. Java. — Diagnosin non vidi. Conidia prælonga et angusta, 100-140 × 2,5-3, 4-5-septata.

17. **Cercospora Catappæ** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 56. 5515
Maculis rotundatis, sparsis, atro-fuscis, medio pallescentibus exaridis, zona subcarnea cingulatis, 2-4 mm. diam., cæspitulis hypophyllis, pallide fuscidulis; hyphis erectis, basi fasciculatis, brevibus, subclavatis, 3-4 μ. crassis, fuscidulis; conidiis oblonge cylindraceis, obtusis, flexuosis, pluriguttulatis vel 10-pluriseptatis, 40-80 × 3-4, hyalino fuscidulis.

Hab. in foliis Terminaliæ Catappæ, Dar-es-Salam Zanzibar Africæ orient. (Stuhlmann).

18. **Cercospora æsculina** Ell. et Kellerm. Journ. of Myc. 1903, p. 105, 5516
fig. 1. — Hypophylla, sparsa; cæspitulis sphæriæformibus maculis exiguis albis epiphyllis contrapositis: hyphis cæspitosis, pallide brunneis, rectiusculis, 2-3-septatis, apice leviter denticulatis; conidiis obclavatis, 1-4-septatis, interdum ad septum unum constrictis, deorsum incrassatis, sursum longe tenuatis, 60-70 × 5-6, concoloribus.

Hab. in foliis Æsculi octandræ, Marlinton W. Va Amer. bor. (Kellerman).

19. **Cercospora brachypus** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, 5517
p. 71. — Cæspitulis effusis, hypophyllis, brunneis, lanuginosis in

maculis exsiccatis exsurgentibus; hyphis brunneis, apice conicis, ex basi sphæriformi oriundis; conidiis curvulis, parce nucleatis, fere hyalinis, utrinque acutis, 50-70 × 2,5-3.

Hab. in foliis Vitis rotundifoliæ, Alabama, Amer. bor.

20. **Cercospora Mucunæ** Syd. in Hedw. 1903, p. (106). — Maculis 5518
nullis v. obsoletis; cæspitulis hypophyllis, plerumque sparsis, minutis 0,3-1 mm. diam., atro-olivaceis; hyphis fasciculatis, elongatis, ca. 300 μ. longis, 4-5,5 μ. crassis, erectis, multiseptatis, simplicibus, olivaceo-brunneis; conidiis cylindraceo-clavulatis, sursum attenuatis, 2-3-septatis, non constrictis, chlorinis, 50-74 × 5-6,5.

Hab. in foliis Mucunæ spec., in Brasilia (E. Ule).

21. **Cercospora Munduleæ** Sacc. et Syd. Ann. Mycol. 1904, p. 173. 5519
— Cæspitulis hypophyllis, punctiformibus, sine maculis, sparsis vel densiusculis, brunneis; hyphis fasciculatis, filiformibus, sursum noduloso-denticulatis, 70 × 5-5,5 olivaceis, subcontinuis; conidiis tereti-obclavatis, typice 2-septatis, dilute olivaceis, 35-40 × 5-6.

Hab. in foliis vivis et non maculatis Munduleæ suberosæ, Togo, Sokode-Basari (Kersting).

22. **Cercospora simulans** Ell. et Kellerm. in Journ. of Mycol. 1902, 5520
vol. 8, p. 14. — Hypophylla; hyphis liberis, parce septatis, brunneis, 75-100 × 3-4, cæspitulos rubro-brunneos 2-3 mm. diam. formantibus, in maculis albidis v. rufulis, subangularibus, subindefinite, limitatis; conidiis clavato-oblongis 1-4-(generaliter 3)-septatis, 20-40 × 4-6.

Hab. in foliis Amphicarpæ (Falcata) comosæ, Gauley in Amer. bor. (W. A. Kellerman).

23. **Cercospora Anagyridis** Patouill. in Bull. Soc. Myc. de France 5521
1903, fasc. 3, p. 261. — Maculis amphigenis, sparsis, orbicularibus vel angulosis, 3-8 mm. latis, cinerescentibus vel brunneis, nigro-cinctis; cæspitulis 35-120 μ. latis, præcipue epiphyllis, ex hyphis dense approximatis, basi inflatis, olivaceis 36-40 μ. altis, 6-8 μ. cr., continuis vel septatis; conidiis apicalibus, hyalinis, rectis vel leniter curvatis, simplicibus vel 1-septatis, 60-75 × 6.

Hab. in foliis vivis Anagyridis fœtidæ in Algeria.

24. **Cercospora Stuhlmanni** P. Henn. Fungi Africæ orient. II, in 5522
Bot. Jahrb. XXVIII, p 40. — Maculis fuscis exaridis, irregularibus; cæspitulis hypophyllis, fuscis, punctiformibus; hyphis fasciculatis, erectis, clavatis, fuligineis, 80-140 × 5-7; conidiis cylindraceo-subclavatis vel fusoideis, utrinque obtusis vel acutiusculis 3-5-septatis, haud constrictis, fuscidulis, 40-65 × 6-8.

Hab. in foliis Phaseoli vulgaris, Usambara (Stuhlmann).

25. **Cercospora Thermopsidis** Earle, Bull. New York Bot. Gard. 1902, p. 348. — Maculis pallide luteolis, non marginatis, irregularibus, angularibus, venis limitatis 3-4 mm. lat., vel confluentibus majoribusque; cæspitulis hypophyllis, raro amphigenis, dense fasciculatis, subglobosis, sparsis vel dense gregariis olivaceis vel nigris; hyphis olivaceis, continuis, 25-35 × 3; conidiis subhyalinis, subcylindraceis plus minusve curvatis, utrinque rotundatis, minute guttulatis, continuis vel parce 1-2-septatis, 75-90 × 5. 5523

Hab. in foliis Thermopsidis arenariæ, Glen Rocks, Montana Amer. bor.

26. **Cercospora Traversiana** Sacc. Ann. Myc. 1904, pag. 7 et in D. Sacc. Myc. ital. n. 1390. — Maculis amphigenis, rotundatis vel semicircularibus, usque 1 cm. latis, umbrino-fulvis, immarginatis; cæspitulis amphigenis, in pag. sup. ut plurimum copiosioribus, compactis, minutis; hyphis conidiophoris brevibus, 30-40 × 3,5-4,5 vix denticulatis, simplicibus, continuis, luteo-fuligineis, sursum subhyalinis; conidiis acrogenis, acicularibus, sursum attenuatis, rectis curvulisve, primo continuis, dein 3-5-septatis, 80-125 × 3, hyalinis. 5524

Hab. in foliis vivis Trigonellæ Foeni-græci cultæ in horto botanico Patavino, Junio 1903. — A *C. helvola* Sacc. differt maculis majoribus, cæspitulis plerumque epiphyllis, hyphis non septatis etc.

27. **Cercospora Arachidis** P. Henn. Fungi paraenses II, in Hedw. 1902, p. 18. — Maculis rotundatis bullatis, fuscis 2-5 mm. diam.; cæspitulis hypophyllis, punctiformibus, atro-castaneis, interdum confluentibus; hyphis fasciculatis, erectis, septatis, fuscis 4-7 μ. cr.; conidiis oblonge cylindraceis vel clavatis, apice obtusis, 3-6-septatis, fuscis 20-35 × 5-6. 5525

Hab. in foliis Arachidis hypogææ, Pará Amer. austr. — A *C. personata* (B. et C.) Ell. differt maculis pallidioribus, hyphis septatis etc.

28. **Cercospora Cajani** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 309. — Maculis epiphyllis, sparsis, rotundato-angulatis, fuscis; cæspitulis hypophyllis, sparsis, minutis, fusco-ferrugineis; hyphis fasciculatis, brevibus, fuscidulis, septatis; conidiis fusoideis v. subclavatis, fuscidulis, 20-30 × 4-6, 1-3-septatis. 5526

Hab. in foliis Cajani indici, in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

29. **Cercospora Ceratoniæ** Patouill. et Trabut in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, pag. 260. — Maculis exaridis, amphigenis, orbicularibus vel angulosis, 3-6 mm. latis; cæspitulis circiter 100 μ. altis, præcipue epiphyllis, in centro macularum sitis, ex hyphis erectis, chlorino-fuliginosis, dense congestis constitutis; conidiis hyalinis, linearibus, uno fine attenuatis, rectis vel curvatis, continuis vel 1-2-septatis, 40-60 × 3. 5527

Hab. in foliis languentibus Ceratoniæ, Alger Algeriæ.

30. **Cercospora Garbiniana** C. Mass. Novit. Fl. Myc. Ver. 1902, p. 71, Tab. X, fig. XXXI. — Maculis foliicolis exaridis, demum centro expallentibus et areola fusco-vinosa limitatis; cæspitulis epiphyllis punctiformibus, nigris, laxe gregariis; hyphis fertilibus rubiginosis continuis, fasciculatis 28-50 × 2-3,5; conidiis bacillaribus, sursum attenuatis, subhyalinis, obscure 2-3-septatis, 32-40 × 2-3. 5528

Hab. ad folia languentia Rubi fruticosi prope Veronam Italiæ bor. — A. *C. rubicola* Thüm. hyphis conidiophoris rubiginosis atque conidiorum magnitudine recedit; a *C. Rubi* Sacc., colore macularum nec non characteribus conidiorum distinguitur.

31. **Cercospora Cydoniæ** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 72. — Maculis amphigenis, irregulariter marginatis, 1-3 mm. diam., subconfluentibus, nigro-brunneis, in pag. sup. fere nigris; cæspitulis epiphyllis cinereo-albidis; hyphis, subgeniculatis sub lente luteo-pallidis, 20 × 2,5-3, continuis; conidiis curvulis, subcylindraceis ex hyalino luteolis 30-45 × 2,5, nucleolatis, 1-3-septatis. 5529

Hab. in foliis Cydoniæ japonicæ, Alabama, Amer. bor. — Teste v. Höhn. *Exosporium Rosæ* Fuck. — Syll. IV, pag. 476 — gen. *Cercosporæ* est potius accensendum.

32. **Cercospora Litseæ** P. Henn. F. japonici IV, in Bot. Jahrbücher vol. XXXI, 1902, p. 742. — Maculis rotundatis, fuscis; cæspitulis hypophyllis minutis, confluentibus, fuscis; hyphis fasciculatis, erectis, hyalino-fuscidulis 3-6 μ. cr.; conidiis fusoideis 1-3-septatis, subhyalino-fuscidulis, 25-30 × 8-10. 5530

Hab. in foliis Litseæ glaucæ, Tokyo Japoniæ.

33. **Cercospora manaoensis** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 395. — Cæspitulis hypophyllis, rotundatis, fuscis, ca. 1-1 $^1/_2$ mm. diam.; hyphis fasciculatis, septatis, fuscis ca. 100 × 3-5; conidiis fusoideis vel subclavatis, 3-septatis, obtusis vel subacutiusculis, fuscis, 25-50 × 3 $^1/_2$-4 $^1/_2$. 5531

Hab. in foliis Crotonis sp. Manáos Rio Negro, Amazonia. — A *Cerc. Crotonis* et *crotonifolia* omnino diversa.

34. **Cercospora crotonicola** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 177. — Maculis indefinitis amphigenis sæpe in pag. sup. intense coloratis; cæspitulis hypophyllis, olivaceis 1-1,5 mm. diam.; hyphis fertilibus hyalinis, filiformibus, fasciculatis, superne ramosis 100-150 μ. longis; conidiis oblongo-cylindraceis vel clavato-oblongis, olivaceis, 1-3 septatis, 30-40 × 6-7. 5532

Hab. in foliis Crotonis fruticulosi, Austin, Texas Amer. bor. (W. H. Long). — Ab aff. *C. crotonifolia* Cooke et *C. Crotonis* Ellis et Ever. differt cæspitulis hypophyllis, maculisque indefinitis.

35. **Cercospora Manihotis** P. Henn. Fungi paraenses II, in Hedw. 1902, p. 18. — Maculis rotundatis, pallescentibus, exaridis, fusco cingulatis; cæspitulis hypophyllis, minutis, fuscis; hyphis fasciculatis, erectis, fuscidulis; conidiis fusoideo-clavatis, pallide fuscidulis, 1-, dein 3-5-septatis, haud constrictis, 30-40 × 4-5. 5533

Hab. in foliis vivis Manihotis spec., Pará Amer. austr. — A *C. Henningsii* Allesch. omnino differt.

36. **Cercospora Chærophylli** v. Höhn. in Ann. Mycol. 1903, p. 531, *Cerc. Scandicearum* Krieg. Fg. sax. exs. n. 940, nec. Magn. — Hyphis conidiophoris brunneis; conidiis solitariis, 27-66 × 4-5, plerumque 1-septatis, raro 2-3-septatis, vulgo curvulis, apice acutatis. 5534

Hab. in foliis Chærophylli temuli in Saxonia.

37. **Cercospora Apii** Fres. — Syll. IV, p. 442 — var. **Angelicæ** Saccardo et Scalia, Harrim. Alaska Exped. Crypt. pag. 16. — Hyphis brevioribus, sursum obsolete tortuosis, 20 × 4, demum fuscidulis; conidiis bacillari-obclavatis, usque 80-90 × 3,5-5, obsolete septatis, hyalinis. 5535

Hab. in foliis Angelicæ (?) St. Paul Island, Bering Sea Alaska (Trelease). — Ab hac var. forte non differt *C. Polytæniæ* Ell. et Everh. — Var. **Selini-Gmelini** Sacc. et Scalia, l. c. p. 16: hyphis 34-42 × 5-8, fuscidulis, apice leviter tortuoso-torulosis; conidiis bacillari-obclavatis, 1-3-septatis, 52-70 × 6,5-7, hyalinis. In foliis Selini Gmelini, Cape Phipps, Yakutat Bay (Funston).

38. **Cercospora Araliæ** P. Henn. F. japonici IV, in Bot. Jahrbücher vol. XXXI, 1902, p. 742. — Cæspitulis late effusis confluentibusque, hypophyllis, fuscis, velutinis; hyphis elongatis, fusco-brunneis, septatis, ca. 4-5 μ. cr.; conidiis cylindraceis v. oblonge clavatis, fuscis pluri-guttulatis vel 3-9-septatis, 30-70 × 4,5-5,5. 5536

Hab. in foliis Araliæ spinosæ, Tosa Japoniæ.

39. **Cercospora Hydrangeæ** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, 5537

p. 71. — Maculis amphigenis, subangularibus, plus minusve confluentibus ferrugineo-brunneis dein brunneo-nigris; hyphis nodulosis et geniculatis, brunneis, simplicibus, continuis vel basi 1-2-septatis, apice subdenticulatis, 40-60 × 3,5-4; conidiis tenuiter obclavatis, hyalinis, sursum parce septatis, 60-80 × 3,5-4.

Hab. in foliis Hydrangeæ spec., Alabama Americæ bor.

40. **Cercospora taurica** Tranzsch. Enum. fung. in Tauria a. 1901, lecti, 1902, p. 28 et in Travaux du Musée Botan de l'Acad. Imp. des Sciences de St. Petersbourg. livr. I, 1902, p. 77 (rossice). — Maculas majusculas griseas, margine flavescentes efficiens; fasciculis conidiophororum amphigenis; conidiophoris rectis, cinereo-fuscis, plerumque non septatis, usque ad 78 μ. long., 5-6 μ. crass.; conidiis in apice vel etiam in dente parvo sub apice conidiophori insertis, rectis, leniter obclavatis, subcylindraceis, 1-6-septatis, subachrois, 37-78 × 4,5-6. 5538

Hab. in foliis Heliotropii europæi var. Steveniani in Tauria.

41. **Cercospora Heliotropii-Bocconii** Scalia Fungi Sicil. orient. ser. III, 1902, p. 16. — Maculis amphigenis, primitus sparsis, suborbicularibus, denique confluentibus irregularibusque, in epiphyllo primum sordide flavidis, postea griseo-murinis, in hypophyllo dilute griseolis; cæspitulis amphigenis, sparsis; hyphis e basi tuberculari minuta ortis, raro solitariis, valde elongatis, 70-150 μ. et ultra longis, 5-6 μ. cr., flexuosis, dilute fuligineis, sursum pallidioribus ac sæpius subgeniculatis, septulatis, ad septa non constrictis; conidiis longissime obclavatis v. fere cylindraceis, sursum attenuatis, basique truncatis, pluriseptatis, non constrictis, hyalinis, 80-160 × 5-6,5 (basi), apice usque ad 1 μ. cr., rectis curvulisve. 5539

Hab. in foliis vivis et languidis Heliotropii Bocconii, Mascalucia Siciliæ.

42. **Cercospora plumbaginea** Sacc. et D. Sacc. Atti Ist. Ven. Sc. Let. ed Arti, tomo LXI, Venetiis. 1902, p. 723. — Maculis amphigenis, subcircularibus, initio olivascentibus, dein isabellinis, anguste vinoso-marginatis; cæspitulis plerumque hypophyllis, punctiformibus; hyphis fasciculatis, subsimplicibus, septulatis, 90-100 × 5-6, brunneis, sursum pallidioribus, parceque nodulosis; conidiis acicularibus, sæpe curvulis, 60-70 × 4, hyalinis, 6-8-septulatis. 5540

Hab. in foliis languentibus Plumbaginis europææ, Bisceglie Italiæ Austr. (A. Fiori) et in horto botanico Patavino (P. A. Saccardo). — In exempl. patavinis maculæ brunneæ circumcirca

flavicantes, non vinoso-marginatæ; hyphæ fuligineo-olivaceæ, 65-80 × 5-6; conidia 3-5-septata 65-75 × 4-5, hyalina.

43. **Cercospora Toreniæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 395. 5541
— Cæspitulis hyphyllis effusis, totam paginam occupantibus, subolivaceo-ferrugineis; hyphis fasciculatis, septatis, fuscis, 3-4 μ. crassis; conidiis subcylindraceo-fusoideis, rectis vel subcurvulis, 3-8-septatis, interdum constrictis, flavido-fuscis, 40-70 × 3-4.

Hab. in foliis Toreniæ sp? Juruá-Miry Rio-Juruá Amazoniæ.

44. **Cercospora capreolata** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, 5542
p. 70. — Maculis rubro-brunneis, intense rufo-purpureo-marginatis 0,5-1 cm. diam.; hyphis hypophyllis in parte centrali macularum insidentibus, in cæspitulos crassiusculos collectis, 15-20 × 3, continuis, pallide brunneis; conidiis tenuibus, obclavatis, continuis, brunneis leviter curvulis, 60-80 × 3.

Hab. in foliis Bignoniæ capreolatæ, Alabama Americæ bor. — Notis datis a *C. bignoniicola* Speg. differt.

45. **Cercospora tosensis** P. Henn. Bot. Jahrb. 1904, p. 605. — Ma- 5543
culis rotundatis vel confluentibus, fuscis; cæspitulis hypophyllis fusco-olivaceis, hyphis fasciculatis, septatis, 20-30 × 3-4; conidiis fusoideis v. clavatis, obtusis v. subacutiusculis, fuscidulis, 30-65 × 3,5-4,5, 3-8-septatis, haud v. vix constrictis.

Hab. in foliis Solani nigri, Tosa Japoniæ (Yoshinaga).

46. **Cercospora heterosperma** Bres. Fungi Polonici, in Ann. Mycol. 5544
1903, p. 129. — Hypophylla, maculis nullis; cæspitulis griseo-sublilacinis; hyphis repentibus, hyalinis, 2-3 μ. crassis; hyphis erectis conidiophoris, pallide olivaceis, fasciculatis, septatis, apice subdenticulatis, 34-45 × 4-5; conidiis hyalinis, forma variis, oblongis, fusoideis vel clavatis, 1-5-septatis, 24-60 × 3-6.

Hab. ad folia Solani tuberosi, in Polonia.

47. **Cercospora Gratiolæ** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 71. 5545
— Cæspitulis effusis, olivaceis, hypophyllis, in maculis sitis vel non; hyphis cæspitosis 25-30 × 3, continuis, brunneis, superne parce denticulatis; conidiis cylindraceis, olivaceis, nucleatis, dein 3-5-septatis, 60-75 × 3,5-4.

Hab. in foliis Gratiolæ pilosæ in Alabama Americæ bor.

48. **Cercospora Acanthi** Pass. - Syll. IV, p. 448 - Traverso in Hedw. 5546
XLIII, 1904, p. 424, cum ic. (diagnosis plenior). — Amphigena in maculis exaridis late fusco-limitatis; conidiophoris in cæspitulos plus minusve densos collectis, simplicibus, continuis v. basim versus septatis, fuscidulis, apice vero hyalinis, rectis v. superne gibbis,

45-60 × 6-7; conidiis bacillaribus, apicem versus attenuatis, typice pluriseptatis, hyalinis, 30-90 × 4.

Hab. in foliis Acanthi mollis, Ac. nigri Ac. spinulosi et Ac. spinosissimi, Parma, Padova Ital. bor. et Algeria Afr. — Forte status conidicus *Septoriæ Acanthi.*

49. **Cercospora Convolvuli** Tracy et Earle in Bull. of the Torr. bot. Club., 1901, p. 187. — Maculis latis, olivaceis, definitis; cæspitulis amphigenis, effusis; hyphis fertilibus cæspitosis, divergentibus, basi non tuberculatis, brunneis, initio continuis, dein pluri-septatis contortis, superne truncatis, 40-50 × 5; conidiis hyalinis, clavatis vel subcylindraceis, curvulis, continuis dein obscure septatis, 60-100 × 3-4. 5547

Hab. in foliis Convolvuli acetosæfolii, in insula Breton, La, Amer. bor.

50. **Cercospora Batatæ** Zimm. Berichte üb. Land. und Forstwirth. Deutsch-Ostafrika, 1904, p. 28. — Maculis irregularibus, atro-brunneis, centro pallidioribus, nervulis sæpe limitatis, 4-8 mm. diam.; conidiophoris amphigenis, ex stomatibus fasciculatim erumpentibus, plerumque 2-septatis, pallide brunneis, 35-45 × 4-5; conidiis cylindricis, sursum leviter tenuatis, vulgo curvatis, hyalinis v. dilutissime flavido-brunneis, 4-6-septatis, 60–100 × 3–4. 5548

Hab. in foliis Ipomœæ Batatæ in horto Amani Africæ orient.

51. **Cercospora Trichostematis** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 56. — Maculis pallidis, irregularibus; cæspitulis hypophyllis, cinereo-fuscidulis, sparse gregariis; hyphis erectis, septatis, breve ramosis, ca. 60 × 3,5; conidiis cylindraceis vel oblonge clavatis, pallide fuscidulis, 2-3-septatis, 15-25 × 4. 5549

Hab. in foliis Trichostematis Volkensii, Usambara occ. Africæ orient. (Engler).

52. **Cercospora torta** Tracy et Earle in Bull. of the Torr. bot. Club., 1901, p. 187. — Maculis indefinitis; cæspitulis effusis hypophyllis; hyphis fertilibus sparsis, non fasciculatis, erectiusculis, pluriseptatis, in sicco compressis, contortis, 60 × 4; conidiis tenuibus, subcylindraceis pluriseptatis, 80 × 3. 5550

Hab. in foliis Cynoctoni (Mitreola) petiolati, Ocean Springs, Miss. Amer. bor.

53. **Cercospora Diervillæ** Ell. et Ev. in Ricker Prelim. List Maine fungi, Orono 1902, p. 22. — Maculis circularibus, sparsis, minutis, 2-3 mm. diam., sordide albis, rubro-marginatis; hyphis in 5551

cæspitulos amphigenos, sparsos collectis, olivaceo-brunneis, continuis v. parce septatis, 80-110 × 4-5; conidiis obclavatis, olivaceo-brunneis, 2-4-septatis, 50-60 × 5-6.

Hab. in foliis Diervillæ trifidæ, Orono Amer. bor. — Cæspituli valde compacti, perithecioidei.

54. **Cercospora depazeoides** (Desm.) Sacc. — Syll. IV, p. 469 — var. **amphigena** S. Cam. in Revista Agronom. de Portugal 1903, n. 2, p. 59, tab. VIII, fig. 4. — A typo hyphis fertilibus amphigenis, conidiis majoribus, 75-90 × 5-6, plerumque 3-septatis, utrinque rotundatis, dilute olivaceis differt. 5552

Hab. in foliis Sambuci nigræ pr. Chaves Lusitaniæ.

55. **Cercospora Puttemansii** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 117. — Maculis explanatis, fuscis; cæspitulis hypophyllis, fusco-brunneis, brevibus, hyphis fasciculatis simplicibus, erectis, septatis, 4-6 μ. cr.; conidiis elongato-clavatis, 7-10-septatis, 30-70 × 3,5-4, subhyalinis. 5553

Hab. in foliis Nyctanthis arboris-tristis, San Paulo Brasiliæ.

56. **Cercospora Oxydendri** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 71. — Maculis rubris indefinitis, irregularibus, confluentibusque, indefinite brunneo-marginatis 1-v. plura cm. latis; hyphis brevibus, cæspitosis, epiphyllis, nigrescentibus, hypophyllis, pallidioribus; conidiis tenuibus obclavato-cylindraceis, 3-5-septatis, subolivaceis 50-75 × 3-4, curvulis. 5554

Hab. in foliis Oxydendri arborei, Alabama Americæ bor.

57. **Cercospora Herrerana** Farneti in Atti Ist. Bot. di Pavia 1904, IX, p. 13. — Hypophylla, raro amphigena; maculis amphigenis, orbicularibus, castaneis, purpureo-nigro-cinctis, demum in centro expallescentibus; hyphis fasciculatis, flexuosis, varicosis, castaneis, circa 80 × 6,5; conidiis hyalinis, vermicularibus, sursum longe attenuatis, 5-pluriseptatis, 65-90 × 4-4,5. 5555

Hab. in foliis et fructibus vivis Coffeæ arabicæ, Cuicatlan, Oaxaca Mexico. — A *Cercospora coffeicola* B. et C. bene distincta.

58. **Cercospora Coffeæ** Zimm. Berichte üb. Land. und Forstwirth. Deutsch-Ostafrika, 1904, pag. 35, tab. III, f. 19 et IV, f. 13. — Maculis atro brunneis, (eas *Cerc. coffeicolæ* æmulantibus), subrotundatis, centro albicantibus, 3-8 mm. lat.; conidiophoris copiosis (usque ad 20) fasciculatis, e stomatibus hypophylli erumpentibus, rarius epiphyllis, plerumque simplicibus, rarius semel ramosis, pluri-6-8-septatis, flexuoso-nodosis, 200 × 5, pallidioribus; conidiis bacil- 5556

laribus, sursum sensim tenuatis, sæpe curvulis, pluri-18-septatis, 50-200 μ. longis, basi 3-5 μ. cr., perfecte hyalinis.

Hab. in foliis Coffeæ arabicæ, C. laurinæ, C. robustæ, C. stenophyllæ in horto Amani Africæ orient — Coffeæ culturæ morbum gravem affert

59. **Cercospora Carveriana** Sacc. et D. Sacc. *Cercospora Richardsoniæ* Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, 30, Jan. p. 72. — Cæspitulis effusis, totum folium fere occupantibus, olivascentibus; hyphis amphigenis, subundulatis, superne parce denticulatis, continuis v. parce septatis, 20-40 × 3-3,5; conidiis filiformibus, superne gradatim attenuatis, minute 3-5-septatis, 75-90 × 3, pallide chlorinis. 5557

Hab. in foliis Richardsoniæ glabræ in Alabama Amer. bor. (G. W. Carver).

60. **Cercospora Richardsoniæ** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, 23, Jun. p. 117. — Maculis rotundato-effusis, fuscis, exaridis; cæspitulis minutis, sparsis vel gregariis, atris; hyphis fasciculatis, erectis, septatis, fuscis, 3-4,5 μ. cr.; conidiis oblonge cylindraceis v. clavatis, apice obtusis, 4-11-septatis haud constrictis, 30-60 × 3,5-4, fuscis. 5558

Hab. in foliis Richardsoniæ spec. in horto bot. S. Paulo Brasilia.

61. **Cercospora longissima** (Cug. in herb.) Traverso Micromiceti prov. di Modena in Malpighia 1903, p. (57) fig. XII. — Maculis amphigenis, eximie determinatis, rotundatis vel obscure angulosis, sæpe confluentibus, 24 mm. latis, albicantibus, rufo-cinctis, margine plus minusve elevato; hyphis plerumque epiphyllis in cæspitulos minutos gregarios congestis, continuis, rectis vel torulosis, distincte fumosis, 40-90 μ. longis; conidiis acrogenis, sæpe longissimis, acicularibus vel flagelliformibus, postice rotundatis, crebro septatis, luteolis, 53-220 μ. longis, 3 μ. latis. 5559

Hab. in foliis vivis Lactucæ sativæ, Vaciglio prope Mutinam Italiæ superioris.

62. **Cercospora Lactucæ** P. Henn. F. japonici IV, in Bot. Jahrbücher vol. XXXI, 1902, p. 742. — Cæspitulis explanatis, paginam inferiorem folii tegentibus, atro-fuscis, velutinis; hyphis ramosis, septatis, inflatis, 3-4 μ. cr., fuscis; conidiis subclavatis vel fusoideis, falcatis vel rectis, fuscis, 20-30 × 3-4, uni- v. tri-septatis. 5560

Hab. in foliis Lactucæ Raddeanæ, Tosa Japoniæ.

63. **Cercospora Hieracii** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1901, p. 70. 5561

— Initio in maculis indefinitis pallide luteis insita, epiphylla, dein totum folium occupans, stratoque subtili griseo obducens; hyphis cæspitosis 15-20 × 3, subnodulosis, continuis vel parce septatis, apice obtusis, subolivaceis; conidiis tenuibus, obclavatis subolivaceis, curvulis, 50-80 × 2,5-3, leviter 3-5-septatis.

Hab. in foliis Hieracii venosi, Alabama Americæ bor.

64. **Cercospora Ratibidæ** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 177. — Maculis isabellino-brunneis, centro albis, 2-4 mm. lat., amphigenis; cæspitulis minutis, punctiformibus; hyphis sparsis, subundulatis, continuis, luteo-brunneis, 30-40 × 4-4,5 (basi), superne angustatis; conidiis diu cylindraceis vel subcurvis dein elongatis, superne tenuatis, 4-8-septatis, 30-40 × 3,5-4. 5562

Hab. in foliis Ratibidæ columnaris, Rooks Co., Kansas Amer. bor.

65. **Cercospora tageticola** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 72. — Hyphis liberis, geniculatis, septatis, 200-300 × 4; conidiis subæquilongis, deorsum 6-8-septatis, ad septa constrictis, 5-6 μ. crass. 5563

Hab. in foliis Tagetis patulæ, Alabama in Amer. bor. — Species valde noxia; a *C. canescenti* E. et M. longitudine conidiorum satis differt.

66. **Cercospora Centaureæ** Diedicke, Ann. Mycol. 1904, p. 514. — Maculis amphigenis, irregulariter angulosis, nervis atratis limitatis, cinereo-albidis, mox diaphanis; conidiophoris ex stomatibus exsilientibus, hypophyllis, fasciculatis, hinc inde leniter flexis, 30-50 × 2-3, sursum acutatis; conidiis cylindraceis, 20-39 × 3-5, utrinque abrupte acutatis, 1-2-cellularibus, cellula altera paullo crassiore. 5564

Hab. in foliis viventibus et morientibus Centaureæ phrygiæ, Erfurt Thuringiæ (E. Steiger).

67. **Cercospora guttulata** Ell. et Kellerm. in Journ. of Mycol. 1903, vol. 9, pag. 105, fig. 2. — Maculis amphigenis, suborbicularibus, isabellino-griseis, nigro-marginatis, 0,5-1 cm. diam.; hyphis brevibus, amphigenis 15-20 × 3-4, in pagina inferiore numerosis, dense stipatis, cylindraceis, erectis vel subundulatis, simplicibus, apice obtusis, hyalinis; conidiis cylindraceis, utrinque acutiusculis, curvulis, pluriguttulatis, dein multiseptatis, 45-80 × 4-5, fere hyalinis. 5565

Hab. in foliis Aristolochiæ macrophyllæ, Marlinton Amer. bor. — A *C. serpentaria* E. et E. et a *C. olivacea* Sacc. hyphis multo brevioribus conidiisque curvatis differt.

68. **Cercospora Patouillardi** Sacc. et D. Sacc. *C. microsora* Pat. in 5566

Duss Enum. Champ. Guadel. 1903, p. 91, non Sacc. — Cæspitulis brunneis, 30-40 μ. altis; conidiis cylindraceis, rectis, fuligineis, 1-5-septatis, 30-60 × 5-6.

Hab. in foliis languidis Calotropidis proceræ, Baillis Guadalupæ (Duss).

69. **Cercospora Vincetoxici** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 73. — Maculis subcircularibus 4-10 mm. diam., rubro-brunneis, margine concoloribus; cæspitulis effusis, nigro-plumbeis, in centro macularum exsurgentibus; hyphis fertilibus amphigenis, simplicibus, erectis, continuis, 15-20 × 3, brunneolis, dense intricatis, superne minime denticulatis; conidiis oblongis 20-30 μ. long. vel longioribus, 30-60 × 3, ex hyalino chlorinis, continuis. 5567

Hab. in foliis Vincetoxici hirsuti, Alabama Amer. bor.

70. **Cercospora Asclepiadis** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 309. — Maculis hypophyllis rotundatis, gregariis; cæspitulis in villo nidulantibus, fuscidulis, hyphis fasciculatis, septatis 3,5-4,5 μ. fuscis; conidiis cylindraceo-fusoideis vel subclavulatis, apice obtusis v. acutiusculis, 40-60 × 3-4, 5-7-septatis. 5568

Hab. in foliis vivis Asclepiadis spec., in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

71. **Cercospora portoricensis** Earle in Muhlenbergia 1901, p. 15. — Hypophylla; cæspitulis effusis, griseo-nigris in maculis irregularibus sparsis; hyphis sparsis vel fasciculatis, olivaceis, septatis, sæpe irregulariter constrictis, 30-60 × 3-6; conidiis subcylindraceis, subclavatisque, olivaceis, rectis, initio continuis, dein pluri-septatis, 60-80 × 4. 5569

Hab. in foliis vivis Piperis adunci, prope Mayaguez in insula Porto Rico Amer. centr. — *Cerc. Piperis* Pat. affinis.

72. **Cercospora Loranthi** Mc Alp. Proc. of the Linn. Soc. of N. S. Wales 1903, p. 96. — Cæspitulis amphigenis, minutis, nigris, gregariis; maculis orbicularibus, brunneo-marginatis, 1-2 mm. diam., raro confluentibus; hyphis erectis vel raro subflexuosis, simplicibus, intense olivaceis, 1-pluri-septatis, 35-40 × 4,5-5; conidiis erectis v. curvis, pallide olivaceis, utrinque rotundatis basi incrassatis, 5-8-septatis, hinc inde ad septa constrictis, 60-105 × 4-4,5. 5570

Hab. in foliis vivis Loranthi penduli, Dandenong Creek in Victoria Australiæ.

73. **Cercospora Elasticæ** Zimm. in Bull. de l'Inst. bot. de Buitenz. 1901, pag. 17. — Maculis brunneo-griseis, epiphyllis; cæspitulis parvulis, nigris, raro e stromate nigrescente oriundis; hyphis in- 5571

tense brunneis, raro 1-2-septatis, 60-70 × 4; conidiis longis, rectis vel sinuosulis, 6-9-septatis, 100 μ. longis, basi 6 μ. crassis, maturitate intense brunneis.

Hab. in pag. sup. foliorum Fici elasticæ, Buitenzorg in insula Java.

74. **Cercospora Fatouæ** P. Henn. in Engl. Jahrb. XXXII, 1902, p. 45, Hedw. 1904, p. 146. — Maculis effusis, fuscidulis; cæspitulis effusis, hypophyllis, paginam inferiorem sæpe omnino occupantibus, atro-ferrugineis; hyphis ramosis, septatis, subtorulosis, fuscis 3,5-4 μ.; conidiis elongato-fusoideis, 90-120 × 3-4, fuscidulis 10-12-septatis, haud constrictis. 5572

Hab. in foliis Fatouæ pilosæ var. subcordatæ, Tokyo, Maguro Japoniæ (N. Nambu).

75. **Cercospora Macluræ** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 72. — Cæspitulis hypophyllis 2-4 mm. diam., irregularibus, chlorino-olivaceis, in maculis indeterminatis insidentibus; hyphis cæspitosis, brevibus, fere hyalinis, 8-10 × 5, continuis; conidiis obclavatis, 5-7-septatis, parum ad septa constrictis, parte basilari lata, olivaceo-brunnea, superiori contracta, cylindracea curvo-rostrata, subhyalina. 5573

Hab. in foliis vivis Macluræ aurantiacæ in Alabama Amer. borealis.

76. **Cercospora Urostigmatis** P. Henn. Fungi San Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 117. — Maculis angulato-rotundatis, inerassatis fuscis; cæspitulis hypophyllis, effusis; hyphis septatis, fuscis 4-7 μ. cr.; conidiis fusoideis vel clavatis, 1-dein 3-septatis haud constrictis, hyalinis, dein fusoideis, 15-22 × 4-5. 5574

Hab. in foliis Urostigmatis spec. prope S. Paulo, Brasilia.

77. **Cercospora reducta** Syd. Ann. Mycol. 1903, pag. 178, *C. sessilis* Ellis et Everh. Journ. Mycol. 1902, pag. 71, nec. Sorok. — Epiphylla in matrice nigrificata; conidiis fasciculatis, sessilibus vel fere, basi tenui sphæroidea insidentibus, curvatis v. undulatis 20-60 × 3, olivaceis, guttulatis, 3 vel pluri-septatis. 5575

Hab. in foliis Populi moniliferæ, Beloit, Alabama Americæ bor. — *C. populinæ* Ell. et Ev. valde affinis.

78. **Cercospora Musæ** A. Zimm. Centr. f. Bakter. 1902, VIII, p. 219. — Maculis brunneolis, fusco-marginatis, secus folii costam plerumque dispositis; conidiophoris plerumque epiphyllis, rarius et hypophyllis, ex stomatibus exsilientibus, læte brunneis; conidiis concoloribus, vulgo curvulis, 5-6-cellularibus, 60-80 × 4. 5576

Hab. in foliis Musæ sapientum sat frequens pr. Buitenzorg Javæ.

79. **Cercospora Cordylines** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, p. 117. — Maculis fusco-pallescentibus, linea atro-brunnea circumdatis, rotundatis; cæspitulis hypophyllis, sparse gregariis, minutis, atro-brunneis, velutinis; hyphis fasciculatis, erectis, septatis, fuscis 3-5 μ. cr.; conidiis cylindraceo-clavatis v. fusoideis, 3-5-septatis, fusco-brunneis, 30-60 × 4-5. 5577

Hab. in foliis Cordylines dracænoidis, in horto botanico, S. Paulo Brasilia.

80. **Cercospora calamicola** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (88). — Maculis atris, subrotundatis; hyphis fasciculatis v. sparsis, septatis 4-5 μ cr.; conidiis clavatis, apice obtusis, fuscis, 5-7-septatis, haud constrictis, 40-80 × 4-8. 5578

Hab. in foliis Calami caryotoidis in silvis, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

81. **Cercospora Amorphophalli** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, p. 147. — Maculis sparsis, rotundatis, fuscidulis dein pallescentibus exaridis; cæspitulis hypophyllis; hyphis fasciculatis, simplicibus, septatis, fuscis, 4-5 μ. cr.; conidiis oblonge cylindraceis, rectis vel curvulis, utrinque obtusiusculis vel acutiusculis, hyalinis, pluri-guttulatis vel 1-5-septatis, 40-65 × 2,5-3. 5579

Hab. in foliis Amorphophalli, Buitenzorg Javæ.

82. **Cercospora acerosa** Dickh. et Arendsen-Hein in Arch. Java Suikerindustrie 1901, p. 1009. — Diagnosis desideratur. 5580

Hab. in foliis, quæ basi atro-maculantur, Sorghi saccharati? in Java.

83. **Cercospora Filicum** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 310. — Maculis indeterminatis, plerumque marginalibus, fuscidulis; cæspitulis explanatis, velutinis, fuscis; hyphis subrepentibus, interdum ramosis, septatis, fuscis, 3,5-4,5 μ. crassis; conidiis cylindraceo-vermicularibus, obtusis, 30-60 × 5, fuscis, 3-10-septatis. 5581

Hab. in foliis Nephrodii spec?, in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

84. **Cercospora Ononidis** (Auersw.) v. Höhn. Ann. Mycol. 1905, p. 190. Ita teste auct., est vocendum *Exosporium Ononidis* Auersw. — Syll. IV, p. 757 (nomen).

Sect. 5. Phæodictyæ.

STIGMELLA Lév. — Syll. IV p. 507, X p. 667, XI p. 633, XIV p. 1091, XVI p. 1076.

1. **Stigmella Uleana** Sacc. et Syd. in Atti congr. bot. Palermo 1902, 5582
p. 57. — Conidiis in pag. inf. foliorum vivorum æqualiter laxe gregariis, solitariis, punctiformibus, nigris, ellipsoideo-piriformibus, utrinque rotundatis, 24–32 × 17–22, tri-septatis, septoque unico longitudinali divisis, non v. vix constrictis, atro-brunneis, opacis; hypha conidiophora simplici, erecta, cylindrica, 1-2-septata, 80–90 × 4-5 e hyalino fuscella, 1-2-septulata.

Hab. in pag. inf. foliorum Citharexyli in Brasilia. — Conidiis solitariis, mycelio vix ullo a typo generis recedit.

2. **Stigmella Atriplicis** Oudem. Contr. XX Mycol Pays-Bas, 1904, 5583
p. 1127 (Ned. Kruidk. Arch.). — Cæspitulis hinc inde gregariis punctiformibus nigris; conidiis polymorphis, globulosis, ellipsoideis, oblongis v. irregularibus, septis 1-4 transversis singuloque longitudinali divisis, 20-30 × 12-18, pallide brunneis.

Hab. in foliis dealbatis et hinc inde bullatis Atriplicis hortensis, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

SPEIRA Corda — Syll. IV p. 514, X p. 671, XI p. 634.

1. **Speira toruloides** Corda — Syll. IV, pag. 514. — Species italica l. c. descripta et in Fung. ital. t. 904 adumbrata, observante cl. v. Höhnel, Fragm. zur Myk. 1902, p. 49, non esset homonyma Cordæana, quæ conidiorum catenulis in planum seu laminam stratu unico dispositis prædita est articulisque minoribus, nempe 4–6 μ. diam., utitur. Species mea certe collidit cum *Cattanea heptaspora* Garov. (Arch. Lab. critt. Pavia, 1879, II p. 368, t. I f. 5) et tunc *Speira heptaspora* (Garov.) Sacc. dicenda est. Plures aliæ species *Speiræ* catenulas fasciculatas nec unistratas præbent et antequam hujus generis reformatio fiat, genera *Speira, Dictyosporium* et *Cattanea* iterum et plenius inquirenda sunt. Cfr. quoque cl. Guéguen in Bull. Soc. Mycol. 1905, p. 99, t. VIII-IX.

XENOSPORIUM Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 248, Ic. fung. Jav. t. LXXI f. 3 (Etym. *xenos* peregrinus, inusitatus et *spora*). — Hyphæ steriles repentes, septatæ, fuligineæ, hinc inde sporo-

phora brevia exserentes. Conidia magna, subreniformia, distincte compressa, atro-nitida, duriuscula, clathrato-septata, latere concavo inæqualiter sinuosa, latere convexo levia. E superficie conidiorum exeruntur conidiola secundi ordinis globosa, continua, fuliginea. Genus omnino mirificum et cum nullo noto comparandum. Sub vitro fortiori conidia videntur disculi verticales atro-nitidi, valde approximati. Quid conidiola fungantur, in vivo inquirendum.

1. **Xenosporium mirabile** Penz. et Sacc. l. c. Ic. fung. Jav. t. LXXI, 5584
f. 3. — Pulveraceum, atro-nitens, hinc inde maculiforme; conidiis approximatis, violaceo-nigris, dein impellucidis, e fronte 100–110 × 60-70 e latere 18-20 μ. cr., sporophoris cylindraceis 20 × 8-10, sæpe 1-septatis, fuligineis, suffultis; conidiolis secundi ordinis globosis 5-6 μ. diam., levibus, fuligineis.

Hab. in foliis putridis Elettariæ, in horto bot. Bogoriensi in insula Java.

CONIOTHECIUM Corda — Syll. IV p. 508, X p. 668, XI p. 633, XIV p. 1091, XVI p. 1076.

1. **Coniothecium Cerasi** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, 5585
Melbourne 1902, pag. 117, fig. 203. — Acervulis nigrescentibus; hyphis luteo-viridulis 5–10 μ.; conidiis continuis, hyalinis, ellipticis, minutis, 4–6 × 2-2,5.

Hab. in ramis emortuis Pruni Persicæ, in superficie gummis, Campbell's Creek, Victoria Australiæ.

2. **Coniothecium olivaceum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, 5586
Melbourne 1902, p. 117, fig. 204. — Effusum, olivaceum; glomerulis e cellulis polygonalibus compositis; conidiis intense olivaceis, sessilibus, oblongis, varie septatis, conglomeratis, irregularibus, 13-17 × 9-12.

Hab. in ramulis emortuis Pruni Persicæ, Adelaide Australiæ.

3. **Coniothecium sociale** Peck, Rep. of the State Bot. 1900, p. 156. 5587
— Cæspitulis minute sparsis vel confluentibus, erumpentibus vel superficialibus, interdum effusis, crustam nigram efformantibus; conidiis subglobosis, oblongis vel irregularibus 400-1000 μ. longis, paulo vel pluri-septatis, e cellulis 7,5-15 μ. latis compositis.

Hab. in petiolis et in fructibus sclerotisatis Pruni, Geneva (F. C. Stewart) et Menands Amer. bor. — *Moniliæ fructigenæ* socium.

4. **Coniothecium Celtidis** Peck, Rep. of the State bot. 1900, p. 157. — 5588
Cæspitulis immersis, ex cortice longitudinaliter hysteriiforme erum-

pentibus, fœdantibus, nigris; conidiis subglobosis vel ellipsoideis 20-40 μ. latis e cellulis 7,5-12,5 μ. latis efformatis.

Hab. in ramis Celtidis, Saugerties Amer. bor.

5. **Coniothecium Heraclei** Oud. Beih Bot. Centr. 1902, pag. 16. — 5589
Foliis utrinque albo- v. griseo-maculatis; maculis 1-3 mm. latis, numerosissimis, sæpe coalescentibus. In quavis macula offenditur conglomeratio cellularum fuscarum crassiuscule tunicatarum subsphæricarum vel angulosarum, 8-10 μ. diam., ipsi folio arcto applicatarum. Conglomerationibus singulis 4-12-cellulosis.

Hab. in foliis Heraclei Sphondylii, Arnhemi Hollandiæ. — Maculæ ætate provectiore colore fuscum induunt.

6. **Coniothecium Kabatii** Bres. apud Vestergren in Bot. Notis 1902, 5590
p. 119. — Cæspitulis dense gregariis v. interdum confluentibus, punctiformibus, atris, erumpenti-subsuperficialibus; conidiis fuscis, sarciniformibus, 3-4-glomerularis, cruciatim septatis, singulis 15-18 × 11-15.

Hab. ad caules Ballotæ nigræ, Welwarn Bohemiæ (J. E. Kabat).

7. **Coniothecium erumpens** Sacc. et Syd Ann. Mycol. 1904, p. 173. — 5591
Breviter et varie effusum, initio epidermide dein fissa velatum, demum nudum, atrum; conidiis sarciniformibus, cellulis globosis vel subglobosis et plus minusve irregulariter adhærentibus, 9-15 μ. diam, levibus, sæpe grosse 1-guttatis, obscure olivaceo-brunneis.

Hab. in caulibus Menodoræ scopariæ, S. Felice, S. Diego Co., South California (W. F. Parish). — *Coniothecio epidermidis* Cda. affine.

8. **Coniothecium Acanthophylli** Massee in Kew Bull. 1901, p. 150. 5592
— Cæspitulis primo epidermide tectis, dein erumpenti-superficialibus, effusis, sæpe totam matricem obtegentibus, nigerrimis, e globoso subhemisphæricis, minutis, 300-400 μ. diam.; conidiis subglobosis, trigonis vel e mutua pressione difformibus, 2-5-septatis, ad septa non v. parce constrictis, flavo-brunneis, episporio glabro 40-60 μ. diam.

Hab. in caulibus et in foliis Acanthophylli spinosi prope Merv Rossiæ Asiat. (Regel).

SARCINOMYCES Lindner, Mikr. Betriebscontr. 1901, pag. 300-302, cum iconibus (Etym. *sarcina* et *myces*). — Hujus generis species prima (*S. crustaceus* Lindn. l. c.) conidiis atris sarciniformibus vel polymorphis, 7-10 μ. diam ad *Coniothecium* accedit; altera

(*S. albus* Lindner l. c. p. 301-302) conidiis æque sarciniformibus et polymorphis, sed hyalinis utitur et tunc nostro systemate ad diversam seriem spectat; utraque vero formas gemmaceas aliorum fungorum sistere videtur. Repertæ sunt et cultæ in musto gelatinoso.

SPORODESMIUM Link. — Syll. IV p. 497, X p. 665, XI p. 632, XIV p. 1090, XVI p. 1075.

1. **Sporodesmium tenellum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 248 5593
Ic. fung. Jav. t. LXXI, f. 2. — Effusum, nigrum, velutinum, superficiale; hyphis sterilibus obsoletis; conidiis dense stipatis, ellipsoideis, utrinque rotundatis, atro-brunneis, 14-16,5 × 8-9, triseptatis, longitrorsum parce divisis, ad septa vix constrictis; basidiis brevibus, cylindraceis, 6-7 × 2,5, hyalinis.

Hab. in lignis prope Buitenzorg, in insula Java.

2. **Sporodesmium subcuticulare** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. 5594
trees, Melbourne 1902, p. 116, fig. 201, 202. — Cæspitulis minutis, nigris, subcuticularibus; hyphis parcis, repentibus, pallide olivaceis, ramosis, septatis 3 μ. crassis; conidiis fuligineo-brunneis elliptico-oblongis, 1-3-septatis, parce constrictis, muriformibus 11-14 × 8-9.

Hab. in ramulis emortuis Pruni Armeniacæ, Armadale, prope Melbourne Australiæ.

3. **Sporodesmium moriforme** Peck — Syll. IV, pag. 498. — var. 5595
ampelinum Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 170. — Cæspitulis pulvinatis, compactiusculis, aterrimis, superficie minute verruculosis, 250-300 μ. diam., gregariis v. seriatim confluentibus; conidiis ovoideo-oblongis, minute clathrato-cellulosis, superficie leviter bullosis, brunneis dein opacis, basi pallidioribus, part. color. 25-32 × 16-19, cellula basilari inflato-subglobosa, hyalina, 16 × 14-15, deorsum sæpius in pedicellum hyalinum v. fuscum, 4-6 × 3-4 abrupte tenuata munitis.

Hab. in cortice emortuo Vitis viniferæ, Selva, Treviso Italiæ bor. — *Sporod. Rauii* Ell. et Harkn. et *Sporod. suffultum* P. et Cl. sunt species certe paraffines.

4. **Sporodesmium Campanulæ** Oudem. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 5596
1904, p. 1127 (Ned. Kruidk. Arch.). — Cæspitulis minutis orbicularibus, lanceolatis v. linearibus, nigris, subcutaneo-erumpentibus; conidiis fuligineo-pallidis, 25-35 × 16-18, elliptico-oblongis v.

clavulatis, breviter pedicellatis, 2-5-septatis, loculis plurimis longitudinaliter 1-seriatim partitis, extus plus minus colliculosis.

Hab. in caulibus emortuis Campanulæ rotundifoliæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

5. **Sporodesmium Solani-varians** J. Vanha in Mitteil. Landes-Versuchst. f. Pflanzenk. Brünn. II, 1904 (extr. p. 8) t. I-VI. — Maculis minutis, atro-brunneis, dein ampliatis totum fere folium occupantibus, primo anguloso-rotundatis acute limitatis; hyphis sterilibus endogenis, flexuoso-filiformibus, septatis, ramosis pallidis, dein exeuntibus repentibus, hinc inde conidiophora varia, erecta simplicia vel parce ramosa, breviuscula, cylindracea, sursum sæpe incrassata, truncata pluriseptata, fuliginea emittentibus; conidiis maxime variis typice obclavatis acrogenis, subinde parce catenulatis, 4-8-septatis, septulo uno alterove longitudinali divisis, fuligineis, magnitudine varia, plerumque vero 20-50 × 8-16, sursum subinde cuspidatis pallidioribus. 5597

Hab. in foliis adhunc vivis Solani tuberosi, cui maxime nocet in Moravia, Bohemia, Germania, Dania. — Species maxime ludibunda, teste auctore ab affinibus solanicolis diversa, certissime ad *Alternarias* nutans. — Status metagenitice connexi, teste auctore, sunt *Cladosporii* et *Phomæ* species. Cfr. l. c. tab. V-VI.

6. **Sporodesmium Brassicæ** Mass. in Kew Bull. 1901, pag. 153. — Maculis amphigenis, nebulosis, indeterminatis, sæpe confluendo difformibus, olivaceo-griseis; conidiis obclavatis, pallide brunneis, septatis, ad septa vix constrictis, septis 7-9 transversalibus, nonnullis etiam longitudinalibus, 160-200 × 25-35. 5598

Hab. in siliquis Brassicæ campestris var. Sarsonii, Prain, Tehroot in Bengala (Watt). — Damnosissima.

7. **Sporodesmium bogoriense** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 248. Ic. fung. Jav. tab. LXXI, f. 1. — Effusum, nigrum, velutino-pulvereum, superficiale; conidiis elliptico-ovoideis, utrinque rotundatis v. basi acutulis, levibus, crebre et parum distincte clathrato-septatis, atro-fuligineis, 45-60 × 28-36; sporophoris teretiusculis, continuis v. 1-septatis, 15-16 × 4, fusco-ochraceis. 5599

Hab. in stipite et petiolis Palmarum putridis, in horto Bogoriensi Javæ. — Ab affini *S. phæosporo* De Not. præsertim sporophoris subcontinuis mox distinguitur.

ONCOPODIUM Sacc. Ann. Mycol. 1904, p. 8, t. III f. V (Etym. *oncos* tumor et *podion* pediculus). — Hyphæ steriles brevissimæ, h. e

stratum proliferum tenuissimum formantes et basidia conidiophora immediate gignentes. Basidia laxe fasciculata, continua, filiformia, sub conidio conspicue vesiculoso-tumentia, hyalina, apice monospora. Conidia subglobosa, pluriseptato-clathrata, fuliginea, utrinque lateraliter (nec apice) in apiculum conicum subhyalinum producta. — Ob basidia apice vesiculosa *Stemphylium inflatum* in memoriam revocat, sed basidiis simplicibus, conidiis lateraliter apiculatis omnino differt. In systemate prope *Sporodesmium* locandum genus.

1. **Oncopodium Antoniæ** Sacc. et D. Sacc. l. c. p. 8. tab. III, fig. 5. 5600
— Conidiis nunc in greges punctiformes approximatis, nun subsparsis, luce directa atro-nitentibus, superficialibus, globosis vel transverse ellipsoideis, nunc 16-20 μ. diam., nunc 19-20 × 13-14, initio parce clathratis subhyalinis, mox dense murali- vel radiatim clathratis, fuligineis, apiculis lateralibus conicis subhyalinis 3-5 μ. longis instructis; basidiis simplicibus vel rarius e basi furcatis, hyalinis, 40-50 μ. longis, a medio sursum ovoideo-inflatis, ibique 14-15 μ crassis, inferius 2 μ. cr.

Hab. in ramis siccis corticatis Berberidis vulgaris, Montello (Treviso), Julio 1903, socia *Cucurbitaria Berberidis*. Legit Antonia Saccardo, cui merito dicata species.

TETRACOCCOSPORIUM Szabó, Hedw. 1905, XLIV p. 77, c. ic. (Etym. *tetra* quatuor, *coccos* et *spora* ob conidia cruciatim 4-cellularia). — Cæspituli effusi grisei; hyphæ hyalino-subfuscæ, septatæ, ramosæ. Conidia globosa, in ramulorum brevium apice acrogena, atro-brunnea, duabus parietibus verticalibus angulo recto intersecatis in 4 cellulas partita.

1. **Tetracoccosporium Paxianum** Szabó l. c. — Cæspitulis fimicolis; 5601
hyphis sterilibus filiformibus, hyalinis, sparse septatis, 2 μ. cr.; fertilibus crebre ramosis, subfuscis, multiseptatis, in cæspitulos irregulariter intricatis; conidiis globosis, in ramulis acrogenis, verruculosis, atro-brunneis, more generis cruciato-4-cellularibus, 16-18 × 12-13, ad septa leviter constrictis, numerosissimis.

Hab. in fimo Cervi in horto zoologico, Vratislaviæ Silesia. — Cl. prof. Lindau et auctor inter *Staurosporas* locant genus, quod revera *Dictyoporis* est adscribendum, prope *Stemphylium*, cui affine.

STEMPHYLIUM Wallr. — Syll. IV p. 519, X p. 671, XI p. 634, XIV p. 1092, XVI p. 1078.

1. **Stemphylium copallinum** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, p. 73. — Hyphis repentibus simplicibus vel irregulariter ramosis, non intricatis, brunneis, parce septatis, 4-5 μ. diam; conidiis subglobosis 20-25 μ. diam., generaliter initio 4- dein 5-6-partitis, brunneo-pallidis, demum opacis. 5602

   Hab. in foliis Rhois copallinæ, Alabama Amer. bor.

2. **Stemphylium Tabaci** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 17. — Hyphis fertilibus erectis, flexuosis, subnodulosis, septatis, avellaneis; conidiis acrogenis, polymorphis, levibus, septis vulgo 3 transversalibus et 1-3 verticalibus, dimensionibus variantibus inter 32 × 20 vel 24 × 14 vel 20-20. 5603

   Hab. in foliis Nicotianæ Tabaci putrescentibus, Amersfoort Hollandiæ.

3. **Stemphylium Allii** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 17. — Effusum; hyphis hyalinis, filiformibus, intricatis, teneri-ramulosis, septatis; conidiis polymorphis, subglobosis, ovalibus, ovatis, oblongis, superficie curva v. angulosa, muriformi, minutissime echinulata, in optimo vigore amœn oviolacea, mox autem fuscescenti, imo fuliginosa; septis transversalibus vulgo numero 5, longitudinalibus, 1 aut pluribus, unde superficies sæpe multicellularis; occurrunt etiam conidia muriformia, quorum cellulæ peripheriæ valde convexæ; conidia plurima ad septa leniter constricta, varia magnitudine 20-50 × 12-25. 5604

   Hab. in foliis Allii spec., Amsterdam Hollandiæ.

4. **Stemphylium Berlesii** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 17. — Cæspitulis orbicularibus, olivaceis, subzonatis; hyphis repentibus ramosis, septatis, dilutissime coloratis; erectis basidiomorphis, 1 mm. maxime altis, 4 μ. cr., summo subinflatis, septatis, fere hyalinis, simplicibus; conidiis late ellipticis, utrinque rotundatis, 20 × 10, pallidissime olivaceis, superficie subverruculosa, septis vulgo 1-3 horizontalibus, loculo uno alterove septo verticali diviso. 5605

   Hab. in gelatina præparata, aëri in loco silvatico exposita, Bussum Hollandiæ.

MACROSPORIUM Fr. — Syll. IV p. 523, X p. 672, XI p. 634, XIV p. 1093, XVI p. 1079.

1. **Macrosporium Medicaginis** Cugini in Traverso Micromiceti prov. di Modena in Malpighia 1903, (p. 55) fig. XI. — Maculis amphigenis, ellipticis aut irregularibus, sæpe confluentibus et totum folium invadentibus, ochraceis dein brunneis, lineis concentricis 5606

obscurioribus notatis; hyphis adscendentibus, brevibus, 38-42 × 7, subfasciculatis vel sæpius binis aut solitariis, simplicibus, septatis, articulis longis, piriformibus instructis, fuscis; conidiis acrogenis, ellipsoideis, 3-5-septatis, plerumque ad septa leniter constrictis, inæqualiter septis longtiudinalibus partitis, castaneo-brunneis, levibus, 25-35 × 16-18.

Hab. in foliis vivis Medicaginis sativæ, Vaciglio prope Mutinam Italiæ superioris. — Ad *M. Meliloti* Peck accedit, sed notis variis ab eo satis distinguitur.

2. **Macrosporium Dianthi** d'Almeida et S. Cam. in Revista Agronom. 5607
de Portugal 1903, n. 2, p. 59, tab. VIII, fig. 5-7. — Acervulis sparsis vel raro gregariis; hyphis amphigenis, fasciculatis, erectis, rigidis, haud flexuosis, simplicibus, parum septatis, apice semper acutis, olivaceo-brunneis, 80-125 × 4-5; conidiis subclavatis, luteo-olivaceis, sursum rotundatis, plerumque 5-septatis, muriformibus, ad septa constrictis, 42-53 × 15-20.

Hab. in foliis siccis Dianthi Caryophylli, Lisboa, in horto Instituti Agronomici Lusitaniæ.

3. **Macrosporium Geraniaceæ** S. Cam. Riv. Agr. Port. 1905, p. 256, 5608
Macrosp. Geranii S. Cam. in d'Almeida Contrib. à la Mycoflore du Portugal 1903, pag. 49. — Maculis minutis, 3 mm. diam., amphigenis, ellipticis, plerumque orbicularibus, fulvis, confluentibus, castaneo marginatis; cæspitulis epiphyllis, gregariis, plus minus rotundatis; hyphis fasciculatis, erectis, simplicibus v. interdum apice simpliciter ramulosis, septatis, non constrictis, fuligineis 45-69 × 3,5-4; conidiis clavatis vel ellipticis, 3-7-transverse septatis, olivaceo-fuscis, 33-51 × 9-18.

Hab. in foliis vivis Pelargonii zonalis, Lisboa Lusitaniæ.

4. **Macrosporium Celosiæ** F. Tassi Bull. Lab. Ort. Bot. Siena IV, 5609
1901, p. 12. — Maculis orbicularibus, pallide alutaceis; cæspitulis sparsis, fuscis, epiphyllis; hyphis fasciculatis v. solitariis, subgeniculatis, simplicibus, pluriseptatis, olivaceis 6-8 μ. lat.; conidiis acrogenis, ovato-ellipticis, 3-7-septato-clathratis, episporio distincte punctulato ornatis, 24-26 × 14-18, luteolis.

Hab. in foliis vivis Celosiæ cristatæ, in horto bot. Siena Italiæ centr.

5. **Macrosporium Lunariæ** Oud. et van Hall in Oudem. Contr. XX 5610
Mycol. Pays-Bas 1904, p. 1126 (Ned. Kruidk. Arch.). — Cæspitulis densis, copiosis, nigris, 2-15 mm. diam.; hyphis erectis, 115-200 × 4,6, pallide olivaceis, dein obscurioribus, septatis, nodulosis,

hinc inde denticulatis, apice rotundatis; conidiis oblongo-clavulatis, levibus, subinde deorsum tenuato-caudatis, vulgo 4-7-septatis, ad medios loculos verticaliter vel oblique 1-2-partitis, vetustis torulosis.

Hab. in foliis fructibusque vivis Lunariæ biennis in Hollandia.

6. **Macrosporium nodipes** Sacc. Notæ mycologicæ, in Sydow Ann. Mycologici 1903, p. 28. — Tenue, olivaceo-atrum, effusum, subvelutinum; hyphis sterilibus repentibus parcis; fertilibus erectis, gregariis, filiformibus, 85-100 × 6, olivaceis, plurilocularibus, hinc inde loculis binis simul tumentibus et saturatioribus; conidiis ellipsoideis, utrinque obtuse rotundatis, 28-30 × 18-20, maturis 3-septatis crebreque muriformibus, ad septum medium leviter constrictis, olivaceis, levibus. 5611

Hab. in leguminibus caulibusque emortuis Loti corniculati, Montello (Treviso) Italiæ borealis. — Præcipue hypha fertili singulari modo nodosa, conidiisque utrinque obtusissimis species distinguenda videtur.

7. **Macrosporium Eucalypti** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 310. — Cæspitulis amphigenis, sparsis, rotundatis, atro-olivaceis, velutinis; hyphis fasciculatis, septatis, simplicibus vel subramosis, brunneis, 3,5-5 μ. crassis; conidiis oblonge ovoideis vel clavatis, apice obtusis 20-30 × 12-14, muriformibus, 4-septatis, constrictis, fusco-brunneis. 5612

Hab. in foliis Eucalypti pulverulenti, in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

8. **Macrosporium Puttemansii** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 1902, pag. 118. — Maculis explanatis, fere totum folium destruentibus, fuscis; cæspitulis amphigenis, gregariis confluentibusque, velutinis, atris; hyphis septatis, brunneo-fuscis, 4-6 μ. cr.; conidiis clavatis, 3-4-septatis, muriformibus, constrictis, brunneis 25-35 × 9-12, stipite clavato, fusco 10-15 × 3-4. 5613

Hab. in foliis Piri Mali in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

9. **Macrosporium prunicolum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees Melbourne 1902, pag. 109, fig. 171, 172. — Hyphis repentibus olivaceis, septatis, ad septa constrictis, divaricato-ramosis, reticulatis 6,5 μ. crassis; hyphis fertilibus cæspitosis, cinereo-brunneis, erectis, septatis, non constrictis, simplicibus, in apicem pallidioribus, 112 × 5,5; conidiis clavatis, olivaceis vel luteo-griseis, pedi- 5614

cellatis, 7-septatis, ad septum medianum paullo constrictis, longitudinaliter septatis, 41-43 × 14-15; pedicello fere hyalino 19 × 3,5.

Hab. in foliis Pruni Armeniacæ et Pruni domesticæ, Ardmona Australiæ.

10. **Macrosporium persicinum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 117, fig. 207-210. — Cæspitulis punctiformi- 5615
bus, minutis, nigris, e corticibus expulsis; hyphis repentibus pallide-viridulis, septatis, valde ramosis, 5 μ. diam.; hyphis erectis luteo-viridulis v. brunneolis parce ramosis, septatis, 5,5 μ. crass.; conidiis oblongis fere semper 3-septatis, ad septa constrictis, longitudinaliter septatis, 19 × 10.

Hab. in ramis vivis Pruni Persicæ, Eltham, Kinglake, Diamoud Creek etc., Victoria Australiæ.

11. **Macrosporium internum** Mac Alp. Austral. Fungi Dec. I-II, 5616
p. 375 (Proceed. Linn. Soc. New S. Wal. 1902). — Cæspitulis velutinis, varie coloratis, sarcocarpium obtegentibus corticem vero fructus diu immutatum relinquentibus; mycelio ex hyphis dense intertextis atro-viridibus formato, initio ex hyalino ad flavo-viride abeunte; hyphis vulgo dense septatis, copiose ramosis, ramis sæpe patentibus, 4,5-5,5 μ. cr.; conidiis clavato-stipitatis, transverse 5-8-septatis, vulgo ad septa plus minus constrictis, septisque singulo v. binis in quoque loculo longitrorsum partitis, initio flaventibus dein olivaceis, 37-75 × 17-20.

Hab. in fructibus Citri deliciosæ (*Mandarini*), Sydney Australiæ (C. French). — Fructus diu sani videntur, tamem intus maxime vexati; morbus valde diffusus et damnosus. Fere absque dubio forma *Alternariæ tenuis* var. *chalaroidis* Sacc. Cfr. infra p. 623, n. 5621.

12. **Macrosporium granulosum** Bubák, Oesterr. bot. Zeitschr. 1905, 5617
p. 244. — Conidiophoris in fasciculos minutos confertis; strata velutina atro-virentia formantibus, semel vel bis geniculato-flexis, 2-4-septatis, basi incrassatis, 18-44 × 3-4,5, atro-olivaceo-brunneis; conidiis clavatis, olivaceo-brunneis, transverse 6-9-septatis constrictisque, septisque 1-2 incompletis longitudinaliter partitis, 44-62 × 11-15, reticulato-granulosis.

Hab. in fructibus putridis Cucumeris sativi, Meran Tiroliæ.

13. **Macrosporium Hederæ** d'Alm. et S. Cam. in Revista Agronom. 5618
Portug. 1903, n. 9, p. 305, tab. XIV, fig. 1. — Cæspitulis plerumque epiphyllis, punctiformibus, atro-fuligineis, sæpius subcentralibus in macula fusca, rotunda, sparsa vel gregaria, nigro-

cincta dispositis; hyphis fasciculatis, parce numerosis, simplicibus, flexuosis, multiseptatis, fuscis, 55-70 × 3,5-4; conidiis acrogenis, piriformibus, transverse 4-5-septatis et 1-3 longitudinaliter, haud constrictis, luteo-castaneis, 26-33 × 11-13, longe pedicellatis; pedicellis dilute brunneis, 22-23 × 3,4-4.

Hab. in foliis Hederæ Helicis, prope Coimbra Lusitaniæ (O. Vecchi).

14. **Macrosporium epicarpium** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, pag. 88, tab. XVIII, et XIX, fig. 28-32. 5619
— Cæspitulis nigris fructicolis, sparsis; hyphis variabilibus, distincte biformibus; I forma olivaceo-viridula, interne olivaceo-fuliginea, ex hyphis hyalinis, sparsis, firmis, septatis, nodulosis, valde ramosis composita; ramulis tenuibus, conicis, ad septa non constrictis, dichotomice divisis et anastomosantibus, ca. 15 μ. diam.; II forma nigro-brunnea, ex hyphis cæspitulosis, septatis, nodulosis vel cuboideo-cellulosis, ramosis, firmis 22 μ. diam.; conidiis terminalibus intense brunneis, typice clavatis, conicis, breviter pedicellatis, generaliter 5-septatis, muriformibusque, 30-54 × 9-18 vel 47-54 × 15-18.

Hab. in fructibus maturis, South Australia. — Adest quoque forma Cladosporioidea.

15. **Macrosporium ornatissimum** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, pag. 178. — Areis albicantibus 5-10 cm. latis sæpe totum folium occupantibus, margine rubro limitatis; cæspitulis fuligineo-nigris orbicularibus, sæpe confluentibus 2-3 mm. diam.; hyphis parce fasciculatis e basi cellulari 2-6-orientibus, simplicibus, continuis vel obscure 1-3-septatis; conidiis clavatis, 30-60 × 12-16, inferne conicis, 4-10-septatis, longitudinaliter 1-septatis, pallidis, luteo-brunneis, in stipitem 10-25 × 4 lutescentem desinentibus. 5620

Hab. in foliis vivis Sorghi vulgaris, Rooks Co. Kansas, Amer. bor.

16. **Macrosporium ignobile** Karst. — Syll. X, p. 677. — Diagnosis sic complenda: conidiis clavatis v. piriformibus, infra attenuatis, sessilibus v. breve pedicellatis, 2-7-septatis, longitrorsum abrupte 1-septulatis, 27-60 × 9-15.

Hab. quoque in foliis Secalis Cerealis, Tradate prov. Como (D. G. B. Traverso).

ALTERNARIA Nees. — Syll. IV p. 545, X p. 679, XI p. 637, XIV p. 1098, XVI p. 1080.

1. **Alternaria tenuis** Nees. — Syll. IV, p. 545. — f. **Trichosanthis** 5621
D. Sacc. Myc. ital. n. 1592. — Conidiis 40-50 × 13-15, fuligineis; cauda 40-45 × 2,5, dilute fuliginea; hyphis fuligineis, septatis, 28-30 × 2,5-3.

Hab. in fructibus Trichosanthis colubrinæ, Padova Italiæ bor. — forma **chalaroides** Sacc. in Giorn. Vit. ed Enol. Avellino 1903, n. 6, pag. 132. — Mycelio per fructus corticem usque ad carnem penetrante, epicarpii superficiem fusco-maculante, intus vero contextus limitatos e griseo atro-olivaceos formante; hyphis irregulariter ramoso-intricatis, filiformibus, parce septatis, crebro guttulatis, imis subhyalinis vix 2-3 μ. cr., superioribus fusco-olivaceis, usque 5 μ. crassis, apice mox ruptis truncatisque; conidiis ex interiore hypharum ruptarum exilientibus, bacillaribus 15-25 × 1,7-2, utrinque obtusis. — In fructibus vegetis, quos corrumpit, Citri deliciosæ (*Mandarino*), in Italia merid. — Fungillus aëri expositus in formam *Alternariæ tenuis* abit.

2. **Alternaria longispora** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. S. Wales, 1904, 5622
p. 119. — Cæspitulis in areis dealbatis foliorum sitis, atro-olivaceis; conidiophoris olivaceis erectis vel ascendentibus, simplicibus, obtusis, septatis, non vel vix ad septa constrictis, subinde curvulis; conidiis obclavatis, olivaceis v. pallide fuligineis, 18-20-septatis, profunde constrictis muriformibusque sursum cuspidatis, pallidioribus, 100-160 × 16-25.

Hab. in foliis Dianthi Caryophylli, Sydney N. S. W. Australiæ (R. T. Baker). — Videtur e stirpe *Cercosporæ crassæ*.

3. **Alternaria Citri** Pierce, Bot. Gaz. 1902, XXXIII, p. 234. — Effusa 5623
olivacea, demum subnigra; mycelio copioso, laxe intertexto, griseo, ex hyphis tenuibus, septatis, flavidis, vel chlorinis valde ramosis, matricem penetrantibus formato; ramulis apice incrassatulis conidiophoris; conidiis versiformibus obovoideis, oblongo-ellipsoideis v. subglobosis, initio 10-22 × 8-15 plerumque 3-septatis, denique 25-40 × 15-25, clavato-oblongis, 4-6-septatis, leniterque constrictis, parce longitrorsum partitis, atro-olivaceo-brunneis, in catenulas simplices vel ramulosas 3-6 connexis.

Hab. in fructibus Citri Aurantii in California. — Ab *Alternaria tenui* forma conidiorum diversa.

4. **Alternaria Fici** Farneti in Atti Ist. bot. di Pavia 1903, p. (4). — 5624
Hyphis brevibus, 2-3-septatis, brunneis, fasciculatis, 41 × 4,5; cæspitulis in gangliis cellulosis varie insertis; conidiis lageniformibus,

brunneis, subcatenulatis, polymorphis, septato-muriformibus, rostratis, 46-70 × 12-14,5.

Hab. in fructibus vivis Fici Caricæ, Pavia Italiæ bor.

5. **Alternaria Pruni** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Mel- 5625
bourne 1902, p. 102, fig. 97, 98. — Cæspitulis numerosis, minutis; hyphis olivaceis simplicibus, raro parce ramosis, septatis, ad septa non vel paullo constrictis, apice rotundatis, vulgo 120 µ. long., 4,5-5 µ. crassis; conidiis catenulatis, pallide olivaceis, clavatis vel oblongo-clavatis, basi pedicellatis vel non, 5-8-septatis, ad septa constrictis, muriformibus, 52-64 × 13-18.

Hab. in foliis Pruni Armeniacæ, Armadale, Victoria Australiæ.

6. **Alternaria humicola** Oud. Fl. Myc. obt. sur gelatine, etc., in Ar- 5626
chiv. Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 292, t. XXXII, fig. 1-5. — Cæspitulis maturis orbicularibus, atro-virentibus; hyphis fertilibus rite evolutis hyalinis, articulatis, 3-5 µ. cr., ramosis; ramis racemose dispositis; conidiis polymorphis, nempe cylindraceis, obclavatis, oblongis, lageniformibus, primo hyalinis, postea melleis, denique fuscis, tandem atro-virentibus et fuligineis, magnitudine variis, maximis 50 × 16, ætate provecta dense et subtilissime punctato-asperulis, 3-7-septato-muriformibus, ad septa non aut vix constrictis.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ. — Ab *A. hispida,* quæ in Syll. IV pag. 546 errore « lanuginosa » dicitur, (cfr. Harz Hyph. pag. 44 et tab. IV f. 3) conidiis nec globosis, nec setulosis et a ceteris speciebus affinis differt.

7. **Alternaria Solani** (Ell. et M.) Jon. et Grout. ap. Mac Alp. in Journ. of Agric. Victoria 1903-1904, p. 464, c. icon. — Ita nominandum *Macrosporium Solani* Ell. et M. — Syll. IV, p. 530.

8. **Alternaria hispida** (Harz) Oud. in Rev. Mycol. 1902. — Ita nominanda *Altern. lanuginosa* Sacc. — Syll. IV p. 546 — nam nomen originale est *Mystrosporium hispidum* Harz., nec *M. lanuginosum* uti lapsu calami scripsi.

Sect. 6. Helicosporæ.

HELICOMA Sacc. (nec Corda quod = *Helicosporium*) XI p. 638.

1. **Helicoma Bambusæ** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 310. — Cæspitulis 5627

late effusis, tomentosis, olivaceo-atris; hyphis sterilibus repentibus; hyphis fertilibus fasciculatis, repetito-ramosis, pluriseptatis, constrictis, atro-castaneis, 3-5 μ. cr.; conidiis acrogenis, subhemisphæricis, spiraliter convolutis, helicoideis, pluriseptatis, muriformibus, castaneis, 18-25 μ.

Hab. in culmis emortuis Bambusæ in horto botanico S. Paulo Brasiliæ.

HELICOSPORIUM Nees — Syll. IV p. 557, X p. 681, XI p. 638, XIV p. 1107, XVI p. 1081.

1. **Helicosporium intermedium** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 249, 5628
Ic. fung. Jav. t. LXXI, f. 4. — Hinc inde breviter effusum v. confluens, velutinum, atrum; hyphis fertilibus erectis, crassiuscule filiformibus 130-160 × 7-8, pluriseptatis, fuligineis, sursum pallidioribus; conidiis ad apicem congregatis, in spiras binas convolutis, 8 μ. cr., dilute fuligineis, 14-16-septatis, non constrictis, discum 30-35 μ. latum formantibus.

Hab. in culmis Bambusarum (?) putridis, in horto Bogor. Javæ. — Videtur medium inter *H. phæosporum* (Fr.) Sacc. et *H. spectabile* Fautr. et Lamb., sed sat diversum. — Var. **palmigenum** Penz. et Sacc. l. c.: differt conidiis crassioribus, nempe 11-12 μ. cr., tantum 10-12-septatis et discum 36-40 μ. latum formantibus. In petiolo putri Palmarum, in horto Bogoriensi Javæ.

Sect. 7. Staurosporæ.

CHEIROMYCES B. et C. — Syll. IV p. 554, XI p. 639.

2. **Cheiromyces speiroides** v. Höhnel in Ann. Mycol. 1903, I, p. 408. 5629
— Epixylum, superficiale; cæspitulis sparsis, verrucæformibus v. hemisphæricis, atris, minutissimis, 50-200 μ. latis, intus pallidis, laxis, ex hyphis hyalinis, brevibus, torulosis, dichotomis vel irregulariter ramosis compositis, strato conidiorum simplici tectis; conidiis 13 × 9 in sporophoris hyalinis, brevissimis, acro- vel subacrogenis, griseo-brunneis, levibus, pellucidis, guttulatis, torulosocylindraceis, 4-6, plerumque 5-septatis, arcte incurvo-bifurcatis, cellula media adfixis, furcæ brachiis plerumque contiguis vel plus minusve acute divergentibus, sursum spectantibus.

Hab. in ligno putri Coniferarum (Larix?) in silva Krummbachleitten montis Schneeberg Austriæ inf.

TRIPOSPORIUM Corda — Syll. IV p. 554, XIV p. 1107, XVI p. 1081.

1. **Tripospórium Aurantii** P. Henn. Fungi costaricenses in Hedw. 1902, p. 104. — Hyphis sterilibus repentibus, septatis, fuscis 4-5 μ. cr., hyphis fertilibus, erectis, longitudine varia, septatis, brunneis, 6-8 μ. cr.; conidiis 3-4 radiatis, subfusoideis, medio 7-8 μ. cr., apice subulatis, subhyalinis, 60-70 μ. longis, fusco-brunneis 6-9-septatis. 5630

   Hab. in foliis Citri Aurantii, Cocos Island Amer. centr.

2. **Tripospórium Lagerstrœmiæ** P. Henn. F. japonici IV, in Bot. Jahrbücker vol. XXXI, p. 742. — Mycelio membranaceo, effuso, atro-fusco, paginam superiorem folii omnino tegentibus; hyphis sterilibus repentibus, septatis, fuscis 4-6 μ. cr., hyphis fertilibus erectis, septatis, simplicibus; conidiis acrogenis stellatis, 3-4-radiatis, fuscis, radiis subulatis v. fusoideis 60-100 μ. longis, medio 10-12 μ. cr., 4-8 sæpe 7-septatis, paullo constrictis, fuscis, apice subulatis pallidioribus. 5631

   Hab. in foliis Lagerstrœmiæ indicæ, Tosa Japoniæ.

Subfam. 2. **Dichromæ** Sacc. — Syll. XIV p. 57.

CHLORIDIUM Link — Syll. IV p. 320, X p. 593.

1. **Chloridium giganteum** Lindau, Verhandl. Bot. Ver. Brandenb. 1903, p. 160 c. ic. — Mycelio nigricanti, repenti; conidiophoris erectis 1,5 mm. altis, indivisis, rarius apice ramulo uno alterove continuo auctis, parce septatis, 11-16 μ. cr., ex olivaceo atris, sursum pallidioribus verruculoso-sporogenis; conidiis ellipsoideis, rotundatis, 10-12 × 7-9, levibus, hyalinis, solitariis, facile deciduis. 5632

   Hab. in ligno nudo trunci adhuc vivi Sorbi, Odertal prope Oderbrück, Harz Germaniæ. — Ex icone omnino forma subsimplex vulgatissimæ *Botrytis vulgaris* videtur. Cfr. Fres. Beitr. zur Mykol., tab. II.

MESOBOTRYS Sacc. — Syll. IV p. 324.

1. **Mesobotrys flavo-virens** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, pag. 62. — Cæspitulis velutinis, tenuissimis, late effusis, pruina flavo-virenti adspersis; hyphis sterilibus repentibus, obscure brunneis, 5 μ. crassis; hyphis fertilibus septatis, brevioribus vel longioribus (circa usque ad 300 μ. longis), in dimidia parte breviter v. irregulariter verticillato- vel dendroideo-ramosis; conidiis in ra- 5633

mulis acro-pleurogenis, numerosissimis, fere hyalinis, continuis, sphæroideo-ovatis, 2-3 μ. longis, in corpus flavo-virens vel fere aureum conglobatis.

Hab. in ligno putrido, in silvis prope Purkersdorf, Wienerwald Austriæ infer.

VERTICICLADIUM Preuss — Syll. IV p. 327, X p. 594.

1. **Verticicladium effusum** Earle, Bull. New York Bot. Gard. 1902, p. 339. — Maculis hypophyllis, effusis, irregularibus, intense olivaceis; hyphis sterilibus superficialibus, pallide brunneis, pluri-septatis 3-3,5 μ. diam.; hyphis fertilibus erectis, raro divaricatis, 75-150 × 3-3,5; conidiis conico-ellipticis, hyalinis, continuis, 8-10 × 3. 5634

Hab. in foliis languidis Coccolobæ uviferæ, Sarasota Key Amer. bor.

2. **Verticicladium unilaterale** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 17. — Cæspitulis læte olivaceis, globulosis, densissime stipatis et in stratum æqualiter extensum condensatis; hyphis primariis erectis, dilute olivaceis, transverse septatis, semel v. pluries unilateraliter racemose ramosis; ramis secundariis, tertiariis v. ultimis in ramulos verticillatos 2 vel 3, multo breviores, pallidiores, vulgo anguste lageniformes, acutos, singulis conidio unico onustos, desinentibus; conidiis hyalinis, ellipticis v. ovatis, continuis, adultis 8-10 × 4,5-6. 5635

Hab. in ligno quercino putri, Valkenberg Hollandiæ.

PIMINA Grove — Syll. XVI p. 1054 — Ex iconibus tab. I in Trans. Brit. Mycol. Soc. 1897-98, p. 65 verisimiliter a genere *Zygosporio* Mont. non satis differt.

CLADORRHINUM Sacc. et March. — Syll. IV p. 330.

1. **Cladorrhinum griseo-fuscum** Karst. Finlands Mögelsv. (Hyphom.) 1892, p. 182. — Cæspitulis late effusis, densis, griseo-brunneis; hyphis repentibus, ramosis, brunneolis, intus guttulatis; ramis hinc inde denticulato-sporigeris; conidiis acro-pleurogenis, 1-cellularibus, basi acutiusculis, guttulatis, hyalinis. 5636

Hab. in ligno putri (Populi?) Mustiala Fenniæ.

CIRROMYCES v. Höhn. in Ann. Mycol. 1903, p. 529 (Etym. *cirrus* et *myces*). — Cæspituli effusi. Hyphæ steriles obsoletæ; hyphæ fertiles erectæ, simplices, brunneæ, membrana externa in apice dehiscenti. Conidia globosa vel oblonga, hyalina, continua, ex mem-

brana interna apicali germinantia et 5-6-fariam in cirrum longum, conglutinatum congesta. Gen. *Acrothecæ* et *Chloridio* affine.

1. **Cirromyces caudiger** v. Hön. l. c. — Cæspitulis effusis, tenuissimis, pruina alba conspersis; hyphis sterilibus obsoletis; hyphis fertilibus erectis, rigidis, simplicibus, sparsis vel cæspitoso-fasciculatis, dilute brunneis, supra dilutioribus, 100-160 × 3-4, 5-8-septatis, membrana externa ad apicem dehiscenti; conidiis continuis, hyalinis, oblongis, 3-4 × $1^1/_2$-2, ex membrana interna germinantibus, ad apicem 4-6 congregatis et 5-6-fariam in cirrum fragilem curvatum 40-100 µ. longum et 6-7 µ. latum conglutinatis. 5637

Hab. ad lignum putrescens Fagi et Carpini in silvis ad Halterthal 1902 et Pressbaum 1903 (Wienerwald) prope Vindobonam Austriæ.

SCOPULARIA Preuss — Syll. IV p. 330.

1. **Scopularia Clerciana** Boud. in Bull. Soc. botan. France, 1901, XLVIII, p. 112, pl. III, fig. 2. — Hyphis fertilibus gregariis, erectis, crassis, multiseptatis, minutissime verruculosis, 300-500 × 25 pallidis et vix fuscescentibus, simplicibus, ad apicem conoideis, ramosis; ramis congestis oblongo-cylindricis, medio 1-septatis, verticillatis, ad apicem 3-4-divisis, ramulis tenerrimis longe acutis, etiam 1-septatis, articulos 3-5 ultimos hypharum tegentibus et scopulam minutissimam formantibus, scopulis muco agglutinatis, capitulum rotundum album conidiorum penetrantibus et sustinentibus; conidiis albis, ellipticis, intus guttulis minutis repletis aut granulosis, 7-8 µ. longis, 4 µ. crass., primo ad apices ramulorum orientibus. 5638

Hab. ad ligna putrida, Peronnas prope Bourg, Ain Galliæ (Dom. Cleve). — Teste cl. v. Höhn. hæc species ducenda est ad gen. *Gloiosphæram*. Vide supra p. 536.

STACHYLIDIUM Link — Syll. IV p. 331, X p. 594, XI p. 615, XVI p. 1055.

1. **Stachylidium formosum** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 3 Ser. II, 4, 1903, p. 915. — Hyphis fertilibus erectis, 200-500 µ. longis, 2,3 basi crassis, nigrescentibus, superne ramosis, hyalinis; ramis verticillatis, verticillis 5-12 radiantibus; glomerulis conidiorum 6 µ. diam.; conidiis valde adnatis, ellipticis, continuis, 3 × 1,5 hyalinis. 5639

Hab. in foliis putrescentibus, Bussum Hollandiæ (C. J. Koning).

CHALARA Corda — Syll. IV p. 333, X p. 595, XI p. 616, XVI p. 1024.

1. **Chalara minima** v. Höhnel, Oesterr. bot. Zeitschr. 1905, p. 15. — 5640
Conidiophoris diaphane brunneis, cæspitulos minutos sparsos formantibus, unicellularibus v. inferne 1-2-septatis, 12-25 × 2, sursum clavulatis 5-5,5 μ. cr., tenuiter tunicatis, apice apertis; conidiis in interiore conidiophori formatis et per apicem exeuntibus, in breves catenulas digestis, hyalinis, cylindricis, continuis, 2-3 × 1,5, 1-2-guttulatis.

Hab. in margine et excipulo ascomatis Phialeæ sordidæ pr. Tulln Austriæ.

2. **Chalara æruginosa** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, 5641
p. 63. — Cæspitulis tenuissimis, effusis, æ griseo-olivaceo æruginosis; subiculo tenui, olivaceo vel viridi, celluloso, ampullis lageniformibus, dense cohærenti-aggregatis tecto; ampullis infra ellipsoideis, supra crasse cylindraceis, apertis, 12-18 × 5-7; conidiis continuis in tubuli lumine formatis et ex orificio exsilientibus, numerosissimis, singulatim fere hyalinis, catervatim pallide viridibus, cylindraceis, utrinque truncatis, biguttulatis, 6-8 × 1,5.

Hab. ad fructus putrescentes Gleditschiæ Triacanthi, socia *Chalara sanguinea,* in loco Prater Vindobonæ Austriæ inf.

3. **Chalara sanguinea** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie, 1903, 5642
p. 63. — Cæspitulis minutis, effusis, obscure sanguineis; hyphis sterilibus repentibus, pallide griseo-brunneis, septatis, 3-6 μ. latis; hyphis fertilibus sparsis, erectis, simplicibus, 100-160 × 5, 5-6-septatis, infra brunneis, sursum abrupte attenuatis, subhyalinis; conidiis non catenulatis, conglobatis, continuis, cylindraceis, utrinque truncatis, intra tubulos formatis, ex apice hypharum exsilientibus, 12 × 1,5-2, singulatim hyalinis, catervatim rubro-lateritiis.

Hab. ad fructus putrescentes Gleditschiæ Triacanthi socia *Chalara æruginosa,* in loco Prater dicto Vindobonæ Austriæ inferioris.

Fam. 3. Stilbaceæ Fr. *)

Ser. 1. Hyalostilbeæ Sacc.

Sect. 1. Amerosporæ.

HELOSTROMA Pat. Champ. Algero-Tunisien, in Bull. Soc. Myc. de France t. XVIII, fasc. I (1902) (Etym. *helos* clavus et *stroma*). — Mycelium in globulos stromaticos matrice immersos intertextum. Hyphæ sporophoræ per stomata sæpius exeuntia, dense fasciculatæ, lateraliter nodulos breves gerentes. Conidia e nodulo orientia, glomerulata, ellipsoideo-oblonga. *Microstroma* Niessl et Sacc. verisimiliter sistit hujus generis statum inferiorem. An vero *Helostroma* forma est perfecta, hymenomycetica *Microstromatis?*

1. **Helostroma album** Pat. l. c. cum tab. 2, *Fusisporium album* Desm., *Torula quercina* Opiz., *Coniosporium quercinum* Lasch., *Fusidium album* Vize, — Syll. IV, p. 9 (ex parte). — Hypostromatibus rotundato-globosis, candidis, subepidermicis 25 μ. d. in synnemata parvula seu columnas productis; columna, erecta, cylindracea, albida 25-35 × 7-10 summo truncata, ex ore stomatico emersa, ex filamentis hyalinis, cylindraceis, parallelis 2-3 μ. cr. dense stipatis, irregulariter longis apice obtusis formata; hyphis superne et subinde medio lateraliter nodulosis; conidiis senis-septenis in quoque nodulo sessiliter congestis, elliptico-oblongis, 5-6 × 2-3, rectis, e-guttulatis, hyalinis. 5643

   Hab. in foliis Quercus Ægilopis, Q. pedunculatæ etc. in Europa et Algeria.

STILBUM Tode — Syll. IV p. 564, X p. 681, XI p. 640, XIV p. 1107, XVI p. 1082.

1. **Stilbum albipes** Annie L. Smith, Journ. Linn. Soc. XXXV, p. 12, tab. I, fig. 16-18 (extr.) — Syll. XVI, p. 1157 (nomen). — Mi- 5644

*) Quod mycologi in describendis Stilbaceis *stroma* v. *coremium* vocant (nomina rationibus variis non acceptanda) aptius et uniformiter *synnema synnematis* appellandum censeo, in quo distingui possunt stipes, ramuli, capitulum. Nomen *synnema* est ex *syn* simul et *nema* filum, ob hyphas in columnam coalescentes.

nutum, sparsum v. cæspitosum, erectum, 500 μ. alt.; stipite albo; capitulo flavo, globoso, nitido, circa 120 μ. diam.; conidiis globosis, minutis 1-2 μ. diam., hyalinis.

Hab. in caulibus herbaceis, in insula Dominica Indiæ occid.

2. **Stilbum subiculosum** Pat. Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 138. — Synnematibus erectis, roseo-carneis, brevissimis, 0,5-1 mm. alt. glabris, ex hyphis filiformibus septatis fasciculatis compositis, sursum in capitulum globosum desinentibus, e subiculo orbiculari minuto, 2-3 mm. lato, concolori, subcarnosulo oriundis; basidiis bacillaribus, 15-20 μ. longis, apice attenuatis, monosporis; conidiis acrogenis, hyalinis, ovoideis, 3-4 × 2. 5615

Hab. in cortice putrido Citri Aurantii in insulis Gambier (L. Seurat).

3. **Stilbum Heveæ** (A. Zimm.) Sacc. et D. Sacc. *Stilbella Heveæ* A. Zimm. in P. Henn. F. javanici novi Hedw. 1902, pag. 148. — Synnematibus singularibus v. fasciculatis, sparse gregariis, ca. 1 mm. longis; stipite basi incrassato, tereti, sanguineo superne carneo, ca. 0,5-0,8 mm. longo, pilis cirratis, hyalinis, ca. 10-20 × 4-5 vestito; capitulis globosis, ceraceis, roseis, ca. 250 μ. diam.; conidiis ovoideis, hyalinis, continuis, 4-6 × 2-2,5. 5616

Hab. in ramis Heveæ brasiliensis, Buitenzorg Javæ.

4. **Stilbum Coffeæ** A. Zimm. in Centr. f. Bakter. II Abt. 1901, n. 4, p. 144, fig. 19. — Synnematibus gregariis irregulariter cylindraceis indivisis v. sursum fissis, erectis, glabris, basi albis, sursum brunneolis, 0,7-0,8 mm. long.; capitulis globosis, initio rubris dein brunneolis; conidiis ellipsoideis, continuis, 5-6 × 2,5, hyalinis intus granulosis; hyphis conidiophoris filiformibus hyalinis. 5617

Hab. in ramis emortuis Coffeæ arabicæ, probabiliter saprophytice, in insula Java. — A *St. flavido* præcipue conidiis 4-plo majoribus diversum.

5. **Stilbum fructigenum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901. pag. 250, Ic. fung. Jav. t. LXXIII, fig. 1. — Laxe gregarium, totum album; stipite crassiuscule cylindraceo 350-400 μ. alt., apice leviter tenuato, laxe et obtuse muriculato, aquoso diaphano; capitulo globoso-hemisphærico, candido, 250-290 μ. diam.; conidiophoris filiformibus, 42-50 × 1,7, hyalinis, plerumque ternis, basi coalescentibus; conidiis ovato-oblongis, 5-6 × 3-4, hyalinis. 5618

Hab. in cortice fructus cujusdam emarcidi, Tjibodas, in insula Java.

6. **Stilbum parviceps** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 251, Ic. 5619

fung. Jav. t. LXXIII, fig. 3. — Dense gregarium, totum luteolum; stipite obclavato-cylindraceo, 1 mm. alt., luteolo, basi obscuriore, levi, glabro; capitulo proportione minuto, globuloso, muco obducto; sporophoris perexilibus 1,5 μ. cr., hyalinis; conidiis oblongo-ellipsoideis, 4,5-5 × 2,5-3, hyalinis.

Hab. in ramulis corticatis, putrescentibus, prope Buitenzorg in insula Java.

7. **Stilbum pallidulum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 250, Ic. fung. Jav. t. LXXIII, f. 2. — Totum album, demum dilute e roseo flavicans, gregarium; stipite pallidiore cylindraceo, subæquali, levi, sursum papillulato, 400-500 × 55-60; capitulo globuloso 200-250 μ. diam., muco obvoluto; sporophoris filiformibus rectiusculis 20-30 × 1,3 hyalinis; conidiis elliptico-oblongis, 4-5 × 2-2,5, hyalinis. 5650

Hab. in corticibus emortuis, putrescentibus, Buitenzorg in insula Java.

8. **Stilbum ochroleucum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 250, Ic. fung. Jav. t. LXXII, fig. 3. — Densiuscule gregarium, totum ochroleucum, gracile, 400-500 × 70-80; stipite cylindraceo glabro, basi leniter dilatato, ex hyphis filiformibus septulatis, 2 μ. cr., subhyalino-ochraceis compacto, basi hyphis relaxato-radiantibus, apice inflatulis, rhizoideis prædito; capitulo subrotundo, minuto, lætius colorato; conidiis ex apice obtuso hypharum stipitis ad basim capituli desinentium oriundis, copiosissimis, oblongo-ellipsoideis, utrinque rotundatis, intus granulosis, subhyalinis, 10-10,5 × 5-5,5 continuis. 5651

Hab. in cortice arborum adhuc vivarum Tjibodas, in insula Java. — Conidiis majusculis et sporophoris ab hyphis non discretis dignoscitur.

9. **Stilbum minutulum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 250, Ic. fung. Jav. t. LXXII, fig. 4. — Laxe gregarium, minutum vel e flavido pallide rufescens; stipite crassiuscule cylindraceo, rigidulo, basi obscuriori 500-700 μ. alto, e fibrillis parallelis coalitis, 4 μ. cr., flavo-rufescentibus, sursum pallidioribus formato, extus laxe minuteque verruculoso; capitulo sphærico; conidiis ovoideis, 4-4,5 × 3 hyalinis. 5652

Hab. in ramulis corticatis putrescentibus, in insula Java.

10. **Stilbum ? mesentericum** (P. Henn.) Sacc. et D. Sacc. *Stilbella ? mesenterica* P. Henn. Fungi paraenses II, in Hedw. 1902, p. 18. — Synnematibus carnosis, in sicco subcorneis, singulariter v. 2-3 basi 5653

fasciculatis, 2 cm. longis; stipite basi incrassato, atro-fusco, sublignoso, superne subtereti v. compresso, levi, pallido, 5-8 mm. longo, 1-1,5 mm. cr.; clavula subtereti vel compressa, longitudinaliter sulcata ad apicem mesenterico-gyrosa, obtusa v. sublobata, fuscidula v. cinereo-pruinosa, 5-12 mm. longa, 1,5-2 mm. lata; conidiis ovoideis, continuis, basi apiculatis, ca. 3,5-4 × 2-2,5, hyalinis.

Hab. ad ligna, Parà in America australi.

11. **Stilbum macrosporum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 249, Ic. fung. Jav. t. LXXII, f. 1. — Gregarium, pallide flavidum, minutum, 250 μ. altum; stipite cylindraceo, fibroso, glabro, flavido; capitulo subgloboso-obconico, pallido, fimbriatulo; sporophoris bacillaribus 4-5 μ. cr., divergentibus, apice lenissime inflatulis et 4-5-denticulatis; denticulis triangularibus, 2 μ. altis; conidiis e denticulis oriundis, oblongo-obovatis, 16-17 × 8-9, basi subapiculatis intus granulosis, incoloribus. 5654

Hab. in ligno putri in horto botanico Bogoriensi, in insula Java. — Eximia species præcipue sporophororum forma notabilis.

12. **Stilbum aggregatum** Syd. Ann. Mycol. 1903, p. 178 (*Stilbella*), *St. albipes* Massee in Kew Bull. 1901, p. 167, nec A. L. Smith. — Synnematibus dense aggregatis, erectis, rectis, cylindraceis, albis, superne in capitulum globosum flavum expansis 0,5 mm. altis; hyphis capituli gracilibus, irregulariter ramulosis, 2-3 μ. crassis; conidiis ellipticis, hyalinis, utrinque obtusis, 2 × 1. 5655

Hab. in corticibus, in horto botanico Aburi, Gold Coast Africæ occid.

13. **Stilbum bulbicola** P. Henn. Hedw. XLIV, 1905, pag. 176 (*Stilbella*). — Synnematibus bulbicolis, sparsis vel subfasciculatis, ex hyphis hyalinis ca. 2-3 μ. conflatis, ca. 380–500 μ. longis, e basi ca. 40-80 μ. crassa teretibus, gracilibus, hyalinis vel flavidulis 30-40 μ. crassis, apice capitulatis; capitulis subglobosis ceraceis primo albidis dein subflavidis, 150–180 μ. diam., conidiophoris ca. 1-1 $^1/_2$ μ. crassis; conidiis ellipsoideis vel ovoideis, minute 1-2-guttulatis, hyalinis, 5-6 × 2 $^1/_2$–3 $^1/_2$. 5656

Hab. in pseudobulbis Gomezæ planifoliæ, Stanhopeæ sp. Sarcanthi pugioniformis, Epidendri sp. Oncidii pulvinati in horto bot. Berolinensi.

14. **Stilbum candidulum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 249, Ic. fung. Jav. t. LXXII, f. 2. — Laxe sparsum, gracile, elatiusculum, totum album; stipite cylindraceo, deorsum sensim incrassato, 1 mm. alto, basi 100-125 μ. cr., fibrillis relaxatis præsertim ba- 5657

sim versus pubescenti; capitulo globoso, albo, 100-125 μ. diam.; sporophoris filiformi-clavulatis 4 μ. cr., hyalinis, asperulis; conidiis ovato-oblongis, 5-6 × 2,5, hyalinis.

Hab. in foliis putrescentibus Monocotyledoneæ cujusdam, Tjibodas in insula Java. — Videtur affine *S. aciculoso* E. et Ev. et *S. orbiculari* B. et Br., sed certe diversum.

15. **Stilbum longipes** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 251, Ic. fung. Jav. t. LXXIII, fig. 4. — Laxe gregarium, totum album, sæpe proliferum; stipitibus filiformibus, levibus, glabris 1-1,8 mm. altis, 30-40 μ. cr.; capitulo hemisphærico 160-180 μ. diam.; sporophoris perexilibus, vix 1 μ. cr., basi coalescentibus, hyalinis; conidiis ovato-oblongis, 4-4,5 × 2,5, hyalinis. 5658

Hab. in interiore culmi putrescentis Bambusæ, Tjibodas, in insula Java. — Ex capitulo sæpius bina alia capitula paullo minora, stipitellata, ascendentia oriuntur.

16. **Stilbum perexiguum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 251, Ic. fung. Jav. t. LXXIV, fig. 1. — Minutissimum, densiuscule gregarium, totum fulvo-carneolum, 250 μ. altum; stipite crasse cylindraceo, brevissimo, ex hyphis fulvo-ochraceis, septulatis conflato, basi leviter incrassato, capitulo subrotundo minuto, parum a stipite discreto, sporophoris parvis, brevibus 2-3 μ. cr., subhyalinis; conidiis ellipsoideis v. ovoideis, 7 × 5,5, hyalinis. 5659

Hab. in culmis putridis in horto bot. Bogor., in insula Java.

17. **Stilbum resinæ** Bres. et Sacc. Notæ mycologicæ in Sydow Ann. Mycologici 1903, p. 28. — Gregarium, glabrum, minutum; capitulo globoso-hemisphærico, alutaceo, vix 0,5 mm. diam.; stipite cylindraceo, 0,3 mm. longo, pallidiore; stipitis contextu anguste et tortuose prosenchymatico, dilutissime olivaceo; hyphis fertilibus seu sporophoris acicularibus, 25-30 × 1, in apice hyphæ crassioris (2 μ. cr.) verticillatis; conidiis globoso-ellipsoideis, 3 × 2, levibus, hyalinis. 5660

Hab. in resina ad ramos Abietis pectinatæ, Cavelonte in Val di Fiemme agri Tridentini. — *Stilbo Rehmiano* forte affinis species, et a sequente forte non diversa. Conidiophoris intermixtæ adsunt hyphæ filiformes conspicuæ et crebro nodulosæ, nodulis ellipsoideis, 4 μ. cr. nucleo refringenti donatis.

18. **Stilbum resinarium** Peck in Rep. of the State botanist 1902, p. 30. — Stipite cylindrico 500 μ. longo, albo; capitulo globoso vel depresso globoso, cremeo-luteo; conidiis minutis, subglobosis, 2-3,2 μ. diam. 5661

Hab. in superficie resinæ, in corticibus Abietis balsameæ in montibus Adirondack Amer. bor.

Stilbum Ustulinæ Pat. Champ. de la Guadeloupe, ser. III, in Bull. Soc. Myc. de France T. XVIII, fasc. II, 1902. — Cæspitosum, 1,5-3 mm. altum; stipitibus divergentibus, rigidulis; cylindraceis, transverse striatis, rubris vel fusco-rubescentibus, fragilibus, simplicibus vel ramosis (1-raro 2-furcato-ramosis), glabrescentibus, apice attenuato-capitatis, conidiophoris; basidiis apicalibus brevibus, monosporis, 10-13 × 4; conidiis obovatis, 4-5 × 3 hyalinis. 5662

Hab. parasitice in stromate Ustulinæ vulgaris, Martinica et Guadalupa Americæ centr. — Synnema compositum ex hyphis rubris, durum, fragile, in peritheciis stromatis *Ustulinæ* insidens.

20. **Stilbum tomentosum** Schrad. — Syll. fung. IV, p. 566. — var. **ovalisporum** A. L. Smith, Trans. British Mycol. Soc. 1902, p. 26. — A typo differt conidiis non globosis (2-3 μ. diam.), sed ovoideis, 5 × 2; cetera eadem.

Hab. parasitice in Trichia aliisque Myxomycetis in Britannia et Ceylon.

21. **Stilbum Pseudomortierella** (Danysz et Wize) Sacc. et D. Sacc. *Stilbella Pseudomortierella* Danysz et Wize, Ann. Inst. Pasteur 1903, p. 421 (absque diagnosi). 5663

Hab. parasitice in Cleono punctiventri *Betam* vexante in Rossia meridionali. — Ad superficiem sclerotii (?) generat ascos (?) et in superficie insecti necati conidia.

DENDROSTILBELLA v. Höhn. Oesterr. bot. Zeitschr. 1905, pag. 22 (Etym. *dendron* arbor et *Stilbella*). — A gen. *Stilbo* dignoscitur conidiophoris dendroideo- et verticillato-ramosis. Sistit status conidicos *Corynes* specierum ex Bulgariaceis.

1. **Dendrostilbella prasinula** v. Höhn. l. c. — Synnematibus sparsis v. 2-pluribus cæspitulosis, sæpe soros stellatos formantibus, 500-700 μ. alt.; stipite flavo-viridulo, molli ex hyphis numerosis, vix 1 μ. cr., formato, 400 × 70-120; hyphis sursum penicillatim divergentibus, dendroideo- et verticillato-ramosis; ramis acutis, vix 1 μ. cr.; conidiis acrogenis, copiosis, oblongis, 1-2 × 0,5-0,7, hyalinis in capitulum globulosum, 240-320 μ. diam., viridulo-flavidum muco conglutinatis. 5664

Hab. in ligni dejectis udis Fagi et Carpini, Wiener Wald Austriæ. — Socia adest ascophora *Coryne prasinula.*

RHOMBOSTILBELLA A. Zimm. in Centralbl. f. Bakter. II Abt. 1902, VIII, p. 221 (Etym. *rhombus* et *Stilbella,* quasi *Stilbum* conidiis rhombicis). — Synnemata verticalia stilbiformia. Conidia continua, rhombica seu biconica, utrinque acuta, muco nullo obducta.

1. **Rhombostilbella rosea** A. Zimm. l. c. — Mycelio in peritheciis *Capnodii* nidulanti; stipitibus ex ostiolis peritheciorum exsilientibus, brevibus, glabris, ex hyphis parallelis, sursum relaxato-capitatis compositis, roseis, 0,3-0,4 mm. longis; basidiis cylindricis 3 μ. cr.; conidiis biconicis, utrinque acutis, hyalinis, continuis, 20-24 × 8. 5665

Hab. in foliis Coffeæ libericæ, Buitenzorg Javæ.

STILBOTHAMNIUM P. Henn. — Syll. XIV p. 1110, XVI p. 1086.

1. **Stilbothamnium amazonense** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 396 c. ic. (Hedwigia). — Synnematibus seminicolis, fasciculatis, erectis, 15-20 mm. longis, penicillatis, ex hyphis subhyalinis conflatis, flavis, basi fuscidulis, dense ramosis, ramulis setiformibus, hyalinis, 400-600 × 40-60, interdum basi tenuiter ramosis; conidiophoris singularibus, apice capitato-inflatis, capitulis subglobosis, ex hyphis radiatis compositis, ca. 150-180 μ. diam., flavo-aureis dein brunneis; basidiis subfusoideis, 1-2-apiculatis, 15-20 × 7-10 hyalinis; conidiis acrogenis subglobosis angulatis, dense verrucosis, flavidis dein fuscidulis, 7-10 μ. diam. 5666

Hab. ad semina Lecythideæ sp., Juruà-Miry Rio Juruá Amazoniæ.

TILACHLIDIUM Preuss — Syll. IV p. 576.

1. **Tilachlidium proliferum** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, pag. 18. — Cæspitulis orbicularibus, niveis, lanuginosis; synnematibus primariis adscendentibus cylindraceis, 6 μ. cr., e fibrillis paucis subtilissimis, hyalinis, arcte colligatis compositis, circumcirca filis secundariis basidiomorphis, flexuosis, simplicibus, continuis, ad fibrillam singulam, patenti-divergentem reductis, nunc in glomerulum conidiorum gelatina distentum, 10-12 μ. diam. metientem, tunc vero in chlamydosporam unicam, ellipticam, centro ocellatam desinentibus, hirsutis; intermixtis præterea fibrillis chlamydosporis pluribus, certis distantiis a se invicem separatis, onustis; item 5667

chlamydosporis globulosis, centro ocellatis, in series breviores v. longiores concatenatis; conidiis vulgo octonis in quovis glomerulo, hyalinis, ellipticis v. oblongis, rectis v. curvatis, utrinque rotundatis, 6-12 × 5-8; chlamydosporis membrana paullo crassiore præditis, pallidissime olivaceis, accumulatis vere saturate olivaceis, 5-7 μ. diam. vel 4,5-7 × 3-5.

Hab. in fragmentis foliorum Quercus rubræ, terræ fertili silvarum commixtis, Bussum, Hollandiæ.

2. **Tilachlidium racemosum** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 18. — 5668
Cæspitibus orbicularibus, radiatim in portiones inæquilatas niveas et pallide griseas alternantes divisis; synnematibus primariis adscendentibus, cylindraceis, e fibrillis subtilissimis, hyalinis, arcte colligatis, compositis, circumcirca filis secundariis basidiomorphis, brevibus, flexuosis, simplicibus, continuis, ad fibrillam singulam patenti-divergentem, summo conidiifero reductis, hirsutis; conidiis maturis numero 8-12 in glomerulum terminalem, gelatina distentum, tandem exiccantem, 6-8 μ. diam. metientem condensatis, hyalinis, obovatis v. piriformibus 4 × 3, ex apice filorum secundariorum piriformi-inflato, mox bilobo, quadrilobo etc., generatis et tandem e contextu liberatis.

Hab. in terra fertili silvarum, in laboratorio ab intemperie protecta, Bussum Hollandiæ.

3. **Tilichladium humicola** Oud. Fl. obt. par la culture sur gelatine 5669
etc, in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, pag. 297, tab. XLI, fig. 1-7. — Cæspitibus orbicularibus, niveis, lanuginosis; synnematibus primariis adscendentibus, cylindraceis 35-40 μ. cr., e fibrillis subtilissimis, articulatis, hyalinis, arcte colligatis compositis, circumcirca filis secundariis basidiomorphis 40-80 μ. altis, patenti-divergentibus, simplicibus, continuis, flexuosis, singulis fibrillarum componentium partem terminalem subclavatam constituentibus, hirsutis; conidiis in capitulum globosum, 15-18 μ. diam. metiens, terminale, gelatina dislentum, tandem exsiccans, condensatis, dilutissime virentibus, oblongis vel ovoideis, 6-7 × 3-5.

Hab. in gelatina pulvere terræ humosæ infecta, Bussum Hollandiæ.

CLAVULARIA Karst. — Syll. X p. 686.

1. **Clavularia pennicola** Lindau, Abh. Bot. Ver. Brand. 1905, p. 75. 5670
— Hyphis mycelicis repentibus, hyalinis 3 μ. cr. septatis; syn-

nematibus niveis 200 × 100 ex hyphis parallelis 1,5 μ. cr. formatis; capitulis 200 μ. diam. subglobosis, puberulis ex hypharum extremitatibus formatis; conidiis seriatis, hyalinis, 6-7 × 1,2-1,5 oblongis, in apice ramulorum nascentibus, facile secedentibus.

Hab. in pennis putridis, in silva Tampsel prope Berlin Germaniæ (Vogel).

PIROBASIDIUM v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, pag. 15 (Etym. *pirum* et *basidium* ob basidia piriformia). — Synnemata compacta, stipitato-capitata vel clavata; stipes ex hyphis brunneis vel pallidis, plectenchymaticis, ramosis, coalitis compositus; capitulum carnoso-gelatinosum, ex hyphis radiantibus, iterum verticillato-ramosis, dense condensatis, denique gelatinose confluentibus formatum, ramulis ultimis e cellulis subglobosis constantibus, basidiis 3-5, obpiriformibus, connatis coronatis. Conidia ex apice basidiorum singulatim orientia, minutissima, hyalina, bacilliformia, parallele denseque stipata, dein muco obvoluta. — Est status conidiophorus *Corynes* Bulgariacearum.

1. **Pirobasidium sarcoides** (Jacq.) v. Höhnel l. c., *Tremella sarcoides* Fr. Cfr. — Syll. VIII, p. 642. — Conidiis bacilliformibus, rectis vel leviter curvatis, 4 × 1. — Est status conidiophorus *Corynes sarcoidis* (Jacq).

CILICIOPODIUM Corda — Syll. IV p. 577, X p. 685.

1. **Ciliciopodium brevipes** Oud. Cont. à la Fl. Myc. des Pays-Bas XVIII, pag. 774. — Amphigenum, singulum v. hinc inde binato-ternatum, breve stipitatum, tereti-clavatum; hyphis filiformibus læte citrino-pallidis, flexuosis, continuis, in singulum conidium terminantibus; conidiis bacillaribus, utrinque obtusis, 12–15 × 2, continuis, eguttulatis, singulis hyalinis, in massa roseolis. 5671

   Hab. in foliis Fagi silvaticæ, Bussum Hollandiæ.

2. **Ciliciopodium Magnusii** Oud. Contr. Fl. Myc. de Pays-Bas XVIII, p. 775 et in Neerland. des Sc. Exacte et Nat. p. 294, t. XXXVII, f. 1-3. — Laxe æqualiter distributum, superficiale, minimum, 200–210 × 20, omnis coloris expers, glaberrimum, stipite cylindrico, fere æquali, sursum tamen paullo crassiore, itaque quasi claviformi, summo rotundato, ex hyphis simplicibus, tenerrimis, continuis, singulis in conidium unicum terminale abeuntibus formato; conidiis ellipticis v. oblongis, rectis v. curvatis, guttulis expertibus, muco destitutis, 6-8 × 3-4. 5672

Hab. in ligno putri fagineo, Bussum Hollandiæ. — A speciebus cognitis, omnibus læte coloratis, omnis coloris absentia differt.

3. **Ciliciopodium macrosporum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 252, Ic. fung. Jav. t. LXXV, f. 2. — Laxe gregarium, totum album, carnoso-subceraceum, tenerum, crassiusculum, 0,5-1,5 mm. alt.; stipite crasse cylindraceo, 140 µ. cr., ex hyphis filiformibus compacto, glabro, levi, apice in capitulum vix crassius depresse globosum producto; sporophoris cylindraceis, divergentibus, 3,5–4 µ. cr., apice obtusis; conidiis breve fusoideis, rectis, basi vel utrinque subapiculatis, contiuuis, 26-28 × 10, hyalinis, plasmate subinde obsolete 3-4-partito. 5673

Hab. in caule putri Elettariæ, Tjibodas, in insula Java. — Conidiis majusculis mox distincta species.

ISARIA Pers. — Syll. IV p. 584, X p. 687, XI p. 641, XIV p. 1109, XVI p. 1084 *).

1. **Isaria palmatifida** P. Henn. in Hedw. 1902, p. (65). — Synnematibus gregariis, apice palmatifidis; stipite subtereti v. compresso, brunneolo 0,5-1 cm. longo 0,5–1 mm. crasso, ramis apice subclavatis, farinoso-albidis; conidiis oblongo-ellipsoideis, utrinque obtusis, 3–4 × 1-1,5. 5674

Hab. in chrysalidibus prope Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

2. **Isaria ochracea** Boud. in Bull. Soc. Myc. de France 1903, fasc. 3, p. 197, tab. 8, fig. 7. — Synnematibus elongatis, gracilibus, non incrassatis, 1 mm. circ. crassis, tertia parte infera sterilibus, pilis lanosis concoloribus vestitis, ad apices dentatis, ex hyphis contextis 3 µ. cr. formatis; hyphis conidiferis ad apicem parce ramosis, ramulis sterigmatibus ovato-conicis, congestis, 10 × 5 tectis; conidiis levibus, ellipticis, 6–8 × 4-4,5, ad apices sterigmatum breviter concatenatis, concoloribus, sed sub lente composita hyalinis, intus sæpius granulosis aut nebulosis, rarius guttulosis, glomeratione ramos granulosos reddentibus. 5675

Hab. ad larvam indeterminatam Coleopteri cujusdam, Ar-

---

*) Quoad morphologiam et biologiam *Isariarum* cfr. Pettit, Studies in artificial cultures of entomogenous Fung. Ithaca, 1895, 9 tab. (Bull. 97, Cornell Univ. Agr. Exped. Station).

bois Jura (Heiter). — Entomogena, ochracea, cæspitosa, clavulis gracilibus, cylindricis, simplicibus aut parce ramosis, 3 cm. altis, sporarum conglomerationibus granulosis, ad apices sæpius 2–3-dentatis, ad basim laxe et crasse lanosis.

3. **Isaria gracilis** Vossl. Jahreshefte d. Vereins für vaterländ. Naturk. in Württenberg LVIII, 1902, p. 383, Taf. VIII, fig. 2. — Synnematibus filiformibus usque ad 7 cm. longis, brunneis, interdum ramosis; conidiophoris 2,5-4 μ. crassis; conidiis flavidis, 6–7 μ. longis, 4-5 μ. latis. 5676

Hab. in corpore Anthophoræ zonatæ, Gedé insulæ Javæ.

4. **Isaria Anisopliæ** (Metch.) Pettit, Bull. 97, Cornell. Univ. 1895, p. 356, t. VI, *Entomophthora Anisopliæ* Metch. — Syll. IX, p. 355. — Viridi-olivacea; conidiis in conidiophoris subverticillatis nascentibus, tereti-oblongis, biguttatis, 6-7 × 3. — var. **americana** Pettit l. c. p. 354, t. VII. — A typo differt quia laxior et pallidior; conidiis ellipsoideis, 5-6 × 3, biguttatis. 5677

Hab. in larvis Agriotis manci in America bor. — Typus nascitur quoque in Anisoplia austriaca et in Cleono punctiventri in Rossia.

5. **Isaria amœne-rosea** P. Henn. in Hedw. 1902, p. (66). — Synnematibus gregariis; stipitibus filiformibus, ramosis 2–4 mm. longis, compressis, roseis, ramulis apice subclavatis, albido-farinosis, 120-180 μ. crassis; conidiis cylindraceo-oblongis, utrinque obtusis, hyalinis, 3,5-4,5 × 1,5. 5678

Hab. in Chrysalidibus prope Rio de Janeiro Brasiliæ (E. Ule).

6. **Isaria albo-rosea** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 252, Ic. fung. Jav. t. LXXIV, f. 3. — Mycelio, inter larvæ pilos effuso et corpus ejusdem penetrante; hyphis fertilibus superficialibus, albido-roseis, filiformibus, subsimplicibus, septatis, 2,5 μ. cr.; conidiis tereti-oblongis, utrinque obtusis, 3,5 × 1, hyalinis, in glomerulos (?) 20-22 μ. diam. conglobatis. 5679

Hab. in larva pilosa prope Buitenzorg, in insula Java.

7. **Isaria acervata** Massee in Kew Bull. 1901, p. 167. — Synnematibus dense aggregatis, erectis, 1 mm. altis, griseis, supra, ob apices hypharum undique divergentes, tomentosis; ramulis subverticillato-ramulosis; conidiis in hypharum apicibus denticulatis acrogenis, ellipticis, hyalinis, 3 × 2. 5680

Hab. in ligno emortuo, in horto botanico Aburi, Gold Coast Africæ occident.

8. **Isaria Edwalliana** P. Henn. Fungi Paulenses III, p. 209 (Hedw. 1904). — Synnematibus cæspitosis vel sparsis, niveis, stipitato-clavatis vel fusoideis, 4-6 mm. longis; clavulis farinaceis, 2-3 × 0,3 mm., acutiusculis, stipite filiformi, flexuoso; conidiis subglobosis vel ovoideis, 1-guttulatis, hyalinis, $2^1/_2$-4. 5681

Hab. in excrementis animalium ferocium, Iponema Brasiliæ (Edwall).

9. **Isaria surinamensis** Vossl. Jahreshefte d. Vereins fur vaterländische Naturkunde in Württemberg LVIII, 1902, p. 380, Taf. VII, f. 1, VIII, f. 1-4. — Crustacea, effusa, pallide flava; synnematibus filiformibus 1-4 mm. longis; conidiophoris subclavatis, septatis; conidiis ellipsoideis vel subglobosis ca. 2 μ. diam., hyalinis. 5682

Hab. in corpore Amphonycis cluenti Cr. in Surinam. — *Isariæ Sphingum* affinis.

10. **Isaria thyrsoidea** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 251, Ic. fung. Jav. t. LXXIV, f. 2. — Tota candida, cæspitosa, arborescens; synnematibus cylindraceis 1,5 mm., albis, basi 40-50 μ. cr., ex hyphis filiformibus, septatis, compactis, ab infra medium usque ad apicem crebre sed breviter ramulosis, ramulis bis furcatis, 5,5-6 μ. cr., parce septatis; conidiis secus ramulos subsessilibus, globosis, levibus 3,5-4 μ diam., hyalinis. 5683

Hab. ad folia putrida in insecti v. excrementi particula, Tjibodas, in insula Java. — Postremo color ex albo cinerescit.

11. **Isaria vexans** Pettit in Bull. 97, Cornell Univ. 1895, pag. 365, t. III, f. 15-20 (absque diagnosi). — Effusa, dein tereti-clavata, e cremeo rubescens; conidiophoris lateraliter ramulosis, ramulis apice racemulos conidiorum gerentibus; conidiis pedicellatis, globoso-ovoideis, dein effusis, minutis (dimens. desiderantur). 5684

Hab. in larvis Lachnosternæ in Amer bor. — Affinis *Botryti* seu *Isariæ densæ*.

12. **Isaria fumoso-rosea** C. Wize, Pilze des Cleon. punctiventr. Crac. 1905, p. 721, fig. 6-7, tab. XV, f. 4 (cultura) (Bull. Acad. Crac.) — Ramosissima fumoso-rosea; synnematibus farinaceis, gracilibus, ramosis, usque ad 20 mm. longis; hyphis basidiisque verticillioideis; conidiis longiuscule catenulatis, levibus, ellipsoideis, 4 × 2, lilacinis. 5685

Hab. in larva Cleoni punctiventris, Ukraina Rossiæ.

13. **Isaria smilanensis** C. Wize, Pilze de Cleon. punctiventr. Crac. 1905, p. 722, fig. 9, t. XV, f. 5 (cultura) (Bull. Acad. Crac.). — Ramosissima; synnematibus longis, erectis, apice interdum divisis; 5686

stipitibus singulis, densis, usque ad 30 mm. («?») longis; conidiis catenulatis, ellipsoideis, cremeis, 7-8 ≈ 4-5, in ramulorum verticillato-ternorum apicibus acutis enascentibus.

Hab. in chrysalidibus cujusdam Neuropteri terrestris, Smila, Ukraina Rossiæ.

HETEROCEPHALUM Thaxt. Bot. Gaz. 1903, p. 157 (Etym. *heteros*, diversus et *cephalos*, caput). — Hyphæ steriles tenues, septatæ, ramosæ, hyalinæ, matricem penetrantes et exertæ; fertiles erectæ in synnema cylindricum junctæ; hypha centralis apice in vesiculam globulosam inflata, exterioribus tenuissimis centralem strato unico obducentibus; vesicula setis sterilibus radiantibus septatis longe exertis medio patenti-ramosis nec non basidiis conidiophoris vestita; basidia radiantia pluries dichotome ramosa, articulis inferioribus crassis, ultimis verticillatis fusoideis multo tenuioribus creberrimis. Conidia ovoidea, minuta, continua.

1. **Heterocephalum aurantiacum** Thaxter l. c. pag. 157, tab. IV-V, fig. 1-10. — Pallide aurantio-flavum, interdum salmoneum, anguste stipitatum, apice capitulo (p. sporigera) 300-375 μ. diam., longe sed parce setoso terminatum; stipite filiformi 1,5-3 mm. alt., 8-14 μ. cr.; setis radiantibus 600-1500 μ. long., septatis minute asperulis, apice obtusis; conidiis ovoideis, 3,5 ≈ 3. 5687

Hab. in stercore bufonum et caprarum in Jamaica et Philippinis insulis.

COREMIUM Link — Syll. IV p. 581, X p. 687, XI p. 641, XIV p. 1108.

1. **Coremium vulgare** Corda Prachtfl. Europ. Schimm. p. 53, t. XXV. Forma et colore multum variat, sed a *Coremio glauco* Fr. — Syll. IV p. 581 — videtur distinctum conidiis ellipsoideis 4 ≈ 3 (ut in icone Cordæ l. c.) nec globosis 3-4 μ. diam. (ut in Sacc. Fung. ital. t. 1209 sub nom. *C. vulgaris*). 5688

Hab. in substantiis organicis putrescentibus in Gallia, Italia etc. — Exemplaria in gelatina culta ab H. Coupin, Parisiis, communicata examinavi.

2. **Coremium citrinum** Pers., Mycol. Europ. I, p. 43 — Syll. IV, p. 583 — Roll. Bull. Soc. Mycol. 1905, pag. 35, t. II, f. 6. — Gregarium, minimum, 0,7 mm. altum, citrinum, infra bulbosum; hyphis fasciculatis, haud septatis, in stipitem teretem, tomentosum coalitis et sursum capitulum subovatum laxum formantibus; basi-

diis in modum *Penicillii* divisis; conidiis catenulatis citrino-viridulis, ovoideis, 3 × 2, levibus.

Hab. in squamis morientibus bulbi Urgineæ Scillæ, Soller insul. Balearium.

3. **Coremium glandicola** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 1903, 3, Ser. II, 4, p. 918. — Synnematibus 1–1,5 mm. altis; stipite inferne luteo-aureo, superne albido-niveo, simplici vel ramoso apice verticillato vel penicillioideo ex hyphis septatis composito; conidiis globulosis, hyalinis, minimis, breve catenulatis, acrogenis e cellula basidiomorpha oriundis. 5689

Hab. in fructibus putrescentibus Quercus Roboris, Valkenberg Hollandiæ.

4. **Coremium Cordyceps** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 396, cum icon. (Hedwigia). — Synnematibus gregariis, capitato-stipitatis, erectis ca. 400-450 µ. longis, brunneolis, cinereo-pruinosis; stipite cylindraceo, fibroso, flavido-fusco ca. 250–350 × 60–90; capitulo subgloboso, ceraceo ca. 150 µ. diam., conidiophoris 14-25 × 2–3 fuscidulis; conidiis catenulatis ellipsoideis v. subglobosis, hyalinis, 4–6 × 3–4. 5690

Hab. in corpore Locusticidæ cujusdam, Rio Juruá, Juruá-Myri Amazoniæ.

5. **Coremium Briardi** (Vuill.) Sacc. et D. Sacc. *Penicillium Briardi* Vuill. Bull. Soc. Mycol. 1904, p. 219, tab. XI, fig. 9-10 *Isaria truncata* Briard Fl. Crypt. de l'Aube, p. 457, vix Pers. et Syll. IV, p. 584. — Cæspitosum, albo-luteolum, ramosum, 2 cm. alt., ramis apice incrassatis et incisis, farinosis; conidiis oblongis utrinque rotundatis, medio interdum lenissime contractis, hyalinis, 6, 5 × 2,2-2,8, ex basidiis omnino penicillioideis nascentibus, catenulatis. 5691

Hab. in insectis subinfossis, Aube (Briard) in chrysalido Agrotidis segetum, Epinal (Vuillemin). — Observandum est quod *Penicillia* fasciculata ut præsens, sint technice *Coremia*.

6. **Coremium necans** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 1903, 3, Ser. II, 4, pag. 918. — Synnematibus congestis, 3-4 mm. altis, albo-niveis; hyphis erectis 1 µ. cr., hyalinis, continuis, ramosissimis, verticillatis; basidiis verticillatis oblongo-ampulliformibus; conidiis acrogenis vel breviter catenulatis, ellipticis vel ovoideis, hyalinis, continuis, 2 × 1–1,5. 5692

Hab. in foliis Quercus Roboris larvas quasdam obtegenti-

bus, quæ statim ex ovo natæ, a Coremio pervasæ necantur, in Hollandia.

PRITZELIELLA P. Henn. in Hedw. 1903, p. (88) (Etym. a cl. inventore Doct. E. Pritzel). — Synnemata stipitato-capitulata v. subclavata, simplicia, haud ramosa, ex hyphis coalitis, hyalinis conflata. Conidia catenulata, subglobosa, hyalina. — *Coremio* affinis, sed apice haud ramosa.

1. **Pritzeliella cærulea** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (88). — Synnematibus gregariis, erectis, stipitatis, 2–3 mm. longis, stipite subtereti, pallido, ex hyphis hyalinis, ca. 2–3 μ. crassis formato, ca. 1,5–2,5 mm. longo, 120–130 μ. crasso; capitulo subgloboso v. oblongo compresso, ca. 200–230 μ. diam., cæruleo; conidiis catenulatis, subglobosis v. ellipsoideis, 2-2,5 × 1,5-2, hyalinis. 5693

   Hab. in larvis Papilionum, pr. flum. Barron, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

GIBELLULA Cavara — Syll. XI p. 643.

1. **Gibellula phialobasia** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 252, Ic. fung. Jav. t. LXXVI, f. 1. — Tota candida, cæspitosa, elata; synnematibus assurgentibus, 3-5 mm. altis, 65–70 μ. cr., ex hyphis filiformibus compactis; hyphis sporophoris secus synnema ab infra medium ab apicem racemose et patule digestis, simplicibus 120–130 × 10, hyalinis, asperulis, apice capitulum basidiorum conico-phialiformium, globosum 35 μ. diam. ferentibus; conidiis ovoideis 6,5-7 × 2,5-3, hyalinis. 5694

   Hab. in corpore Araneæ cujusdam, quam forte enecavit, Tjibodas, in insula Java. — Forma basidiorum et conidiis majoribus a *G. pulcra* distinguitur.

2. **Gibellula elegans** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, p. 148. — Mycelio effuso, subcrustaceo, pallido; synnematibus erectis, filiformi-sub-subulatis, ex hyphis sub-hyalinis compositis, basi paullo incrassatis, ca. 300 μ. cr., flavido-subcarneis, 5–7 mm. longis, medio circa 200 μ. cr., sursum ramosis; ramulis simplicibus, granulatis, basi subbulbosis, 1-2-septatis, 80-100 × 7-10, apice capitellatis; capitulis globosis, ex hyphis radiatis compositis, flavo-brunneolis, ca. 40 μ. diam.; conidiophoris clavatis 6-8 × 2-2,5; conidiis acrogenis, fusoideis, continuis, utrinque acutiusculis, 2,5-3 × 1. 5695

   Hab. ad Locustas, Buitenzorg insulæ Javæ.

PILACRE Fr. — Syll. IV p. 579, X p. 683, XI p. 641, XVI p. 1083.

1. **Pilacre Bubonis** Rostr. Fungi Groenl. orient. 1904, p. 114 (Neddel. Grönl. XXX). — Synnematibus gregariis, stipitato-capitatis, albidis, 5-6 mm. alt., 1-2 mm. cr., capitulo disciformi-depresso, levi, fusco; conidiis ellipsoideis, 1-guttulatis, hyalinis, 5-6 × 4. 5696

Hab. in pilulis rejectis Strigum, Kap Dalton Groënlandiæ.

Sect. 2. Didymosporæ.

DIDYMOBOTRYOPSIS P. Henn. F. javanici novi in Hedw. 1902, p. 149 (Etym. a *Didymobotryo* cui affinis). — Mycelium effusum, albidum. Synnemata subcylindracea ex hyphis hyalinis coalitis conflata, apice fimbriata. Conidiophora subulata. Conidia acrogena singularia, oblonga, hyalina, 1-septata.

1. **Didymobotryopsis parasitica** P. Henn. l. c. — Cæspitulis albidis 0,5-0,8 mm. diam.; hyphis sterilibus hyalinis, repentibus; synnematibus ex hyphis coalitis hyalinis conflatis, apice fimbriatis, flavidulis, ca. 80-100 × 20-30; conidiophoris subulatis 10-12 × 3, conidiis oblonge subcylindraceis, utrinque obtusis, medio 1-septatis, 12-15 × 3-3,5 hyalinis. 5697

Hab. in foliis Durionis zibethini, Buitenzorg Javæ.

DIDYMOSTILBE P. Henn. F. javanici novi in Hedw. Aug. 1902, p. 148, *Didymostilbe* Bres. et Sacc. in Atti Congr. bot. Paler. Majo 1902, sed editi Dec. 1903 (Etym. *didymos* duplex et *Stilbum* cui affinis). — Synnemata teretiuscula, apice capitato-conidiophora, ex hyphis hyalinis coalitis conflata. Conidia acrogena oblonge subfusoidea, hyalina, 1-septata. — Est *Stilbum* didymosporum, hinc inter Hyalostilbeas occupabit casulam n. 12. Cfr. Syll. XIV p. 58.

1. **Didymostilbe Coffeæ** P. Henn. F. javanici novi, in Hedw. 1902, p. 148. — Synnematibus filiformibus, apice subcapitulatis, pallidis, 1,5-2 mm. longis, basi usque ad 150-200 μ. incrassatis, medio 60-70 μ. crassis; capitulis oblonge globosis, 60-100 μ. diam.; conidiis acrogenis, fusoideis, utrinque attenuatis, obtusiusculis vel subacutiusculis, rectis v. curvulis, medio 1-septatis, haud constrictis, 17-20 × 4, hyalinis. 5698

Hab. in ramis Coffeæ arabicæ, Buitenzorg Javæ.

2. **Didymostilbe Eichleriana** Bres. et Sacc. in Atti congr. Palermo (1902), 1903, p. 59. — Synnematibus gregariis, parasiticis, gla- 5699

bris, pallidis, stipite 500-700 μ. alt. cylindraceo, deorsum leviter tenuato, apice in capitulum globoso-hemisphæricum, 100-120 μ. d. albo-griseolum abeunte; hyphis capituli radiantibus, filiformibus, sursum erecte repetito 2-3-chotomo-ramosis, 56-66 × 2,5-3, hyalinis; conidiis breve oblongo-fusoideis, apice rotundatis, 15-20 × 4-5, diu continuis, tandem tenuiter 1-septatis, non constrictis, hyalinis.

Hab. supra algas vivas in truncis Betulæ albæ in Polonia Rossica (B. Eichler). — Pulcra, nitidula species.

3. **Didymostilbe capillacea** Sacc. et Bres. Notæ Mycol. in Syd. Ann. Mycol. 1903, p. 28. — Valde affinis *D. Eichlerianæ* Bres. et Sacc., differt synnematibus fere duplo longioribus, gracilioribus, omnino capillaceis, pallidioribus; conidiis maturis 20 × 3-4, uni-septatis, hyalinis. 5700

Hab. ad fragmenta lignea Pini in Polonia Rossica (B. Eichler)

Sect. 3. Phragmosporæ.

ARTHROSPORIUM Sacc. — Syll. IV p. 598, X p. 691.

1. **Arthrosporium chrysocephalum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 253, Ic. fung. Jav. t. LXXV, fig. 4. — Sparsum v. laxe gregarium, carnosulum, crassiusculum, 2 mm. alt.; stipite tereti-conico, erecto, candido, ex hyphis dense intricatis formato, extus (ob cellulas exertas) minute asperulo, basi 0,7 mm. cr.; capitulo sphærico, 1 mm. diam. aureo; conidiis maximis, clavatis, apice rotundatis, basi acutatis, 7-8-septatis, ad septa non constrictis 250-275 × 40-44, flavis, utrinque subhyalinis, ex apice hypharum in vertice stipitis constipatarum oriundis. 5701

Hab. in lignis putridis forte Liquidambaris, Tjibodas Javæ. — Ob conidia vere ampla, capitulum aureum etc. prædistincta species, et forte novi generis typus, *Podobactridium* dicendi, ex eo quod sit quasi *Bactridium* stipitatum.

2. **Arthrosporium tenue** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 253, Ic. fung. Jav. tab. LXXV, f. 3. — Minutum, tenue, candidum, sparsum; stipite cylindraceo, levi, glabro, 200-250 × 25, ex hyphis filiformibus compacto; capitulo globosulo, 90-100 μ. diam.; sporophoris radiantibus acicularibus; conidiis cylindraceo-fusoideis, utrinque obtusulis, rectis 1-2- raro 3-septatis, ad septa non constrictis, longitudine varia 7-14 × 2,5, hyalinis. 5702

Hab. in ramis corticatis arboris indeterm., in horto Bogoriensi Javæ.

Atractium Link. — Syll. IV p. 599, X p. 691.

1. **Atractium tubericolum** Sacc. et Peglion in Atti congr. bot. Pa- 5703
lermo 1902, pag. 58. — Mycelio endogeno, filiformi, ramoso, septato, albo-hyalino, demum emergenti, byssoideo, ex albo cremeo et per tuberis superficiem effuso; synnematibus dense gregariis, ascendentibus, filiformibus, ex albo cremeis, 0,5-1 mm. altis, apice non v. vix incrassatis, basim versus paullo crassioribus, ex hyphis parallele fasciculatis, septulatis compositis; apicibus hypharum superiorum relaxatis conidiophoris; conidiis fusoideo-falcatis, utrinque acutiusculis, 3-septatis, non vel vix constrictis, e cremeo vel roseo hyalinis, 36 × 4-4,5.

Hab. in tuberibus Cyclaminis præcipue persici, verminibus nematoideis jam necatis, prope Romam.

SYMPHYOSIRA Preuss — Syll. IV p. 600, X p. 692.

1. **Symphyosira parasitica** Mass. et Crossl. in the Natur. 1904, p. 6. 5704
— Gregaria vel solitaria; synnematibus pallidis, 6-14 mm. altis, compositis ex hyphis fasciculatis, sursum apice divergentibus et capitulum pulverulentum subsphæroideum efformantibus; conidiis cylindraceis, 3-5-septatis, hyalinis, catenulatis, 40-70 × 6-8.

Hab. parasitica in fructibus dejectis Conii maculati, Sutton prope Asken Britanniæ (A. Clarke et C. Crossland).

Sect. 4. Staurosporæ.

RIESSIA Fr. — Syll. IV p. 627.

1. **Riessia minima** Sacc. in Atti congr. bot Palermo 1902, p. 59. — 5705
Parasitica in hyphis *Helminthosporii*, perexigua, tereti-conica, albida; hyphis fasciculatis, filiformibus, continuis, 80-90 × 1-1,2, hyalinis v. dilutissime cremeis, apice relaxatis, sporigeris; conidiis continuis hyalinis, 3-4-radiatis, radiis cylindricis apice acutis, 5-6 × 1-1,5.

Hab. parasitica in mycelio Helminthosporii asterinoidis (de quo supra p. 588) ad folia Eugeniæ in Brasilia (E. Ule). — Species omnino invisibilis et fugax, mero casu detegenda!

Ser. 2. **Phæostilbeæ** Sacc.

Sect. 1. Amerosporæ.

GRAPHIUM Corda — Syll. IV p. 609, X p. 693, XI p. 644, XIV p. 1110, XVI p. 1087.

1. **Graphium Volkartianum** P. Magn. Hedw. 1905, XLIV, pag. 375, 5706
Harpographium Volkartianum P. Magn. l. c. p. 372 c. icon. — Maculis amphigenis initio rubentibus dein griseis, late rubro-marginatis, sæpius marginalibus; synnematibus hypophyllis in areis griseis gregatim nascentibus, nigricantibus, cylindraceis, apice non incrassatis e mycelio intercellulari totum folii parenchyma penetranti oriundis, ex hyphis parallele coalescentibus brunneis formatis; hypharum apicibus sursum relaxatis et breviter exertis, pallidioribus, irregulariter flexis et denticulato-conidiophoris; conidiis solitariis, oblongo-ellipsoideis, levibus, basi apiculatis, hyalinis, 15-15,5 × 4,5.

Hab. in foliis vivis Potentillæ aureæ in Alpibus Graubünden Helvetiæ (Volkart et Magnus).

2. **Graphium Coffeæ** Zimm. in Centr. f. Bakter. Parass. 1901, n. 4, 5707
p. 145, fig. 22, *A. B.* — Synnematibus indivisis v. sursum partitis, cylindricis sursum obconico-dilatatis, 0,45-0,8 mm. alt., 12-22 μ. cr., atro-brunneis, apicibus pallidioribus; capitulis globosis; conidiis oblongis, continuis, hyalinis, 5-8 × 2-3.

Hab. ad ramos emortuos Coffeæ arabicæ in insula Java.

3. **Graphium leucophæum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 253, 5708
Ic. fung. Jav. t. LXXVI, f. 1. — Laxe gregarium, v. hinc inde confertum; stipite angusto cylindraceo, nigricante, erecto v. inclinato, 1 mm. alto, ex hyphis filiformibus, fuligineis compacto; capitulo subgloboso, albido, 300 μ. cr., levigato; sporophoris ex hypharum apice prodeuntibus, bacillaribus, radiantibus, 14 × 1, hyalinis; conidiis ovato-oblongis, 5,5 × 2,5, hyalinis.

Hab. in lignis putridis in horto botanico Bogoriensi in insula Java. — Ab affini *Gr. subtili* Berl. differt sporophoris distinctis, conidiis proportione angustioribus etc.

4. **Graphium Klebahni** Oud. Fl. Myc. obt. par la culture sur gelatine, 5709
etc. in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 295, tab. XXXVIII, fig. 1-4. — Synnematibus laxe distributis; hyphis

repentibus ramosis, septatis, hyalinis, exceptis cellulis nonnullis fuscescentibus in propinquitate basis stipitis; stipite dilute umbrino, cylindrico, simplici, 550-750 μ. alto, stricto vel flexuoso, composito e cellulis filiformibus gracillimis, dense congestis, basi sæpe processibus brevioribus stipitiformibus stipato, summo globulo lacteo, viscoso, 60-80 μ. diam., conidia muco obvoluta continente, instructo; conidiis hyalinis, rectis vel curvulis, utrinque obtusis, continuis, 4-5 × 2.

Hab. in ligno putri, Bussum Hollandiæ. — Durante conidiorum defluxu, cellularum filiformium partes terminales divergere incipiunt numeroque augentur eadem ratione qua guttulæ volumine diminuant, ita ut tandem non nisi fasciculus pilorum supersit, cum penicillo, quo fucatum utimur, facile comparandus.

5. **Graphium bulbicola** P. Henn. Hedw. 1905, XLIV, pag. 177. — 5710
Synnematibus bulbicolis, sparsis, erectis, rigidis, teretibus, ex hyphis fuscis 2-2 1/2 μ. crassis conflatis, atris, ca. 250-450 × 10-16, hyphis apice relaxatis pallidioribus, conidiophoris; conidiis acrogenis ellipsoideis vel ovoideis, obtusis, levibus, hyalinis, 6-9 × 4-5.

Hab. in pseudobulbis Oncidii pulvinati in horto bot. Berolinensi (E. Behnick).

6. **Graphium pallescens** (Fuck.) P. Magn. Hedw. 1905, XLIV, p. 375. — Ita vocandus est *Stysanus pallescens* Fuck. — Syll. X, p. 697 — a quo, teste eodem prof. Magnus, non differt *Ramularia Stellariæ* Rabenh. seu *Ovularia Stellariæ* (Rabenh.) Sacc. — Syll. X, p. 542.

7. **Graphium comatrichoides** Mass. et Salm. Coproph. fungi II, p. 88, 5711
f. 89-91. — Cæspitosum, 1-1,5 mm. alt., totum aterrimum; synnematibus gracilibus filiformibus, erectis, basi circ. 20 μ. crassis, sursum vix attenuatis, ex hyphis fuligineis fasciculatis compositis, apice penicillato-expansis, capitulo globoso majusculo, primum muco obvoluto; conidiis in hypharum apice pallidiore insertis, numerosissimis, hyalinis, oblongis, utrinque obtusis, circ. 7 × 2,5.

Hab. in fimo Lamæ Guanaco, Kew Britanniæ. — A *G. stilboideo* Corda capitulo nigro differt.

CERATOCLADIUM Corda — Syll. IV p. 315. — Teste cl. v. Höhnel Fragm. zur Mycol. 1902, p. 41, *Cerat. microspermum* Corda nascitur frequens in Wiener-Wald Austriæ et ejus synnema non est e simplici hypha compositum sed ex pluribus hyphis parallelis, quarum

exteriores tenuiores hyalinæ et conidiophoræ. — Hinc genus est *Phæostilbeis,* nec *Dematieis* adscribendum.

HARPOGRAPHIUM Sacc. — Syll. IV p. 619, X p. 695.

1. **Harpographium nematosporum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 255, Ic. fung. Javan. t LXXVIII, fig. 1. — Gregarium vel sparsum, atrum, minutum, variabile, teres v. conicum, sæpe fissum 400-500 × 35-80; synnemate ex hyphis filiformibus, parcissime septatis, fuligineis 4-5 μ. cr. conflato; hyphis exterioribus sursum relaxatis, pallidioribus, conidiophoris; conidiis filiformibus, curvis 20-30 × 1-1,3, continuis, hyalinis. 5712

Hab. in culmis emortuis Bambusæ, Tjibodas Javæ. — Affine *H. fasciculato,* sed magis irregulare et conidiis longioribus et angustioribus. Interdum basi stipitis in pycnidium globulosum evadit, fovens sporulas filiformes, conidiis persimiles.

STYSANUS Corda — Syll. IV p. 621, X p. 696, XI p. 644, XIV p. 1112, XVI p. 1088.

1. **Stysanus cybosporus** D. Sacc. in Staz. Sperim. Agrar. Ital. 1904, pag. 80. — Synnematibus stipitatis, gregariis 1,2-1,3 mm. altis, griseo-viridibus, raro collabentibus, superne incrassato-dilatatis 800 μ. 1,5 mm. diam.; stipitibus erectis, raro subcontortis, striatis, fibrosis, viridibus, 300-500 μ. altis, 150-200 μ. crassis; hyphis ramosis, olivaceis, septatis, in catenulas longas conidiorum desinentibus; conidiis diu cuboideis, concatenatis, initio crasse 1-nucleatis, demum globosis, 6-8 μ diam., hyalinis et intus granulosis. 5713

Hab. in petiolis putrescentibus Fragariæ vescæ, in horto Musei Agrarii Romæ.

2. **Stysanus verrucosus** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 1903, 3 Ser. II, 4, pag. 923, tab. IX, fig. 3-II. — Stipite simplici, brunneo, opaco, tenui 500-800 × 20-50 fibroso, sursum in capitulum oblongum fuligineum conidiferum abeunte, ex hyphis parallelis, filiformibus, septatis, coalitis composito; conidiis orbicularibus, 5 × 5 v. ellipticis 7 × 5, utrinque applanatulis, initio hyalinis, dein pallide fuligineo-castaneis, verrucosulis, in catenulas (20 et ultra) horizontales concatenatis. 5714

Hab. in foliis putrescentibus Quercus Roboris, Bussum Hollandiæ (C. J. Koning). — Ab aliis speciebus conidiis verruculosis differt.

3. **Stysanus difformis** Oud. Fl. Myc. obt. par la culture zur gelatine, 5715

etc. in Archives Neerlandaises des Sc. Exactes et Nat. 1902, p. 296, tab. XXXVIII, fig. 1-6. — Mycelio repenti filamentoso, hyalino; stipitibus gregariis, erectis, fusco-olivaceis, 2,5 mm. altis, 120-200 μ. cr., superficie inæquali, undulata, sæpe p. m. flexuosis, basim versus incrassatis, superne nonnunquam ramulo laterali auctis, ex hyphis filiformibus, septatis, saturate avellaneis, arcte coalitis compositis; capitulis quoad formam cùm pileo difformi, depresso, margine repando v. superficialiter inciso comparandis, cum stipite concoloribus, ex hyphis fertilibus filiformibus, tenerrimis, septatis, deorsum hyalinis, sursum ex avellaneo olivaceis, semel v. bis dichotome-ramosis, compositis; ramis septatis summo conidiferis; conidiis globulosis vel breve ellipticis, saturate avellaneis, 2,5-3 μ. diam. in catenas coalitis.

Hab. in ligno putri, Bussum Hollandiæ.

4. **Stysanus atro-nitens** Sacc. Ann. Mycol. 1904, pag. 8, tab. III, fig. VII. — Gregarius in areis culmi dealbatis, minutis, $^1/_4$ mm. altus; stipite crassiuscule cylindraceo, albido, ex hyphis filiformibus, 2-2,5 μ. cr., septatis, ex hyalino subolivaceis composito; capitulo sphæroideo, glabro, atro-nitenti, circ. 100 μ. diam.; conidiis ex apice tortuoso hypharum orientibus, catenulatis, breve fusoideis, 2-guttatis, 6 × 2,5, olivaceis. 5716

Hab. in culmis subvivis Brachypodii, Montello (Treviso), Aug. 1903 (Antonia Saccardo).

5. **Stysanus resinæ** (Lindau) Sacc. *Pycnostysanus resinæ* Lind. Verhandl. Bot. Ver. Branderb. 1903, pag. 160, c. ic. — Mycelio repente, ramoso, atro; stipitibus hinc inde gregariis fasciculatisque, rigidulis, 1-2 mm. long., levibus, cylindraceis sursum tenuatis, ex hyphis parallelis filiformibus 4 μ. cr., septulatis constantibus; hyphis supremis breve ramulosis in catenas conidiorum abeuntibus et capitulum ellipsoideum, compactum, atrum, stipite duplo triplore crassius formantibus; conidiis ovoideo-oblongis, 6-8 × 3-4, ex olivaceo nigricantibus. 5717

Hab. in corticibus resina obductis Coniferarum, Harz Germaniæ. — Cl. Lindau non explicat qua nota differat suum gen. *Pycnostysanus* a *Stysano*, quæ forte consistit in densitate capituli; sed cum plures species capitulo plus minus compacto polleant, epicrisis totius generis videtur præmittenda. Cl. v. Höhn. (Ann. mycol. 1905, p. 189) censet, nec ego negarem, *Pycn. resinæ* Lind. cum *Sporocybe resinæ* Fr. — Syll. X, p. 693 — ex incompleta diagnosi parum nota forte collidere.

HEYDENIA Fres. — Syll. IV p. 625, XIV p. 1113.

1. **Heydenia trichophora** Annie L. Smith, Journ. Linn. Soc. XXXV, pag. 13, tab. II, f. 5-7 (extr.) — Syll. XVI, p. 1158 (nomen). — Synnematibus verticalibus, sparsis v. cæspitosis, atro-purpureis; stipite crasso 2-4 mm. alto; capitulis globosis 600 μ. diam.; stromate et stipite e medulla parenchymatica densa brunnea compositis; conidiophoris e disco radiantibus, circa 80 μ. longis, pilis paraphysiformibus tenuibus duplo longioribus, hyalinis, dense interspersis; conidiis globosis v. subovatis, minutissimis, 1-2 μ. diam., hyalinis. 5718

Hab. ad ligna, in insula Dominica Indiæ occid.

ANTROMYCOPSIS Pat. et Trab. — Syll. XIV p. 1113.

1. **Antromycopsis Broussonetiæ** Pat. et Trab. — Syll, XIV, p. 1113. — var. **minor** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 254, Ic. fung. Jav. LXXVI, f. 4. — A typo differt synnemate vix 700 μ. alto (nec 3 mm.); conidiis dilutissime brunneolis; conidiophoris subcontinuis. 5719

Hab. in ligno putrido Cecropiæ Schiedeanæ, in horto bot. Bogor., in insula Java. — Stipes ochraceo-fulvus, filamentis tortuosis contextus; capitulum hemisphærico-subglobosum nigricans; conidia 16-20 × 6-7, longe catenulata.

2. **Antromycopsis indica** P. Henn. F. Indiæ or. II, in Hedw. 1901, p. 342. — Ramicola; synnematibus e cortice fisso sparse v. cæspitose erumpentibus, stipitato-capitatis, firmis, atro-fuscis; stipite subtereti basi subincrassato 380-450 μ. longo, 70-90 μ. cr., ex hyphis parallelis, fusco-brunneis, septatis ca. 3-6 μ. cr. composito; capitulis hemisphæricis, pruinosis ca. 300 μ. latis, 200 μ. altis e filamentis radiantibus, elongatis, septatis, fuscis constructis; conidiis ellipsoideis, continuis, 5-6 × 4-5, fuscis. 5720

Hab. in ramis emortuis, Saharanpur-Garden Indiæ orient.

3. **Antromycopsis minuta** Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 171. — Gregaria, tabacina, clavato-capitata pilosula, capitulo globoso-obconico sublobato, 0,5-0,7 mm. diam ; stipite cylindraceo 1-1,2 mm alt., 0,2-0,3 mm. cr., rugosulo; hyphis capituli divergentibus ramosis, constricto-septatis, articulis oblongis, flavo-brunneis, 12-15 × 3-5, apice sensim in catenas conidiorum abeuntibus; conidiis typice limoniformibus, utrinque apiculatis, 10-11 × 4-5,5 solite 1-guttulatis, pallide flavo-brunneolis (rarissime 1-septatis et usque ad 18 × 6). 5721

Hab. in muscis et corticibus pr. Varallo-Sesia (Novara) Legit

Doct. G. Gola. — Ab *A. Broussonetiæ* differt statura ter minore, conidiis minoribus, sæpius limoniformibus.

4. **Antromycopsis? squamosa** P. Henn. in Hedw. 1903, p. (88). — 5722
Synnematibus cæspitosis 4–6 mm. altis, stipite tereti, solido, firmo, intus albido, extus ferrugineo squamuloso v. tomentosulo, 3–5 × 0,6 mm ; capitulo hemisphærico vel globoso, 0,6-0,8 mm. diam., fusco-cinereo; conidiis acrogenis, ovoideis 5-6 × 3,5-4 hyalino-fuscidulis.

Hab. ad ligna pr. Kuranda, N. Queesland Australiæ (Pritzel).

SPOROCYBE Fr. emend. Sacc. — Syll. IV p. 604, X p. 692, XI p. 643, XIV p. 1109.

1. **Sporocybe minuta** Zimm. in Centr. f. Bakt. Paras. II, Abt. 1901, 5723
n. 4, p. 145, fig. 20 (obversa). — Synnematibus gregariis, cylindraceis, sursum dilatatis, 60–80 μ. long., ex hyphis divergentibus filiformibus fasciculatis formatis, basi atro-brunneis, sursum sensim dilutioribus; conidiis 5 × 3,4.

Hab. in ligno putri Coffeæ arabicæ in Java.

2. **Sporocybe longicapitata** Zimm. in Centr. f. Bakt. Paras. II Abt. 5724
1901, n. 4, p. 145, f. 21. — Stipitibus cylindricis, atro-brunneis, 1,4-1,6 mm. long., 15–20 μ. cr.; capitulis anguste et longe cylindraceis hyalinis, demum brunneolis, 0,3–0,5 mm. long.; conidiis ellipsoideis, levibus, brunneolis, 5-6 × 3-3,5.

Hab. in ligno putri Coffeæ arabicæ in Java.

3. **Sporocybe apiculata** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 254, 5725
Ic. fung. Jav. t. LXXVI, f. 2. — Gregaria, tota nigricans, acicularis 400-500 × 35; stipite cylindraceo basi leniter incrassato, ex hyphis filiformibus, septulatis, atro-fuligineis, subinde relaxatis composito; capitulo oblongo, vix stipite crassiore; conidiis ex apicibus leniter divergentibus hypharum oriundis, majusculis, ovoideis, utrinque conico-attenuatis, 16-18 × 14, rarius 20 × 14, rectiusculis 1-2-guttulatis, atro-fuligineis.

Hab. in corticibus putrescentibus, Tjibodas Javæ. — Conidiorum forma et magnitudine distinguitur.

4. **Sporocybe acicularis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 254, 5726
Ic. fung. Jav. t. LXXVI, f. 3. — Gregaria, tota nigricans, aciculæformis; stipite cylindraceo gracili, basi paullulum incrassato 1,5 mm. alto, ex hyphis filiformibus 1 μ. cr. guttulatis, subhyalinis, sursum obscurioribus composito; capitulo subgloboso, minuto, nigricanti; conidiophoris ex apice hypharum procedentibus, diver-

gentibus, subhyalinis, 2 μ. cr., minute lateraliter denticulatis; conidiis globosis v. globoso-ovoideis, 12 μ. diam. v. 12-14 ≈ 10-11, pluriguttulatis, dilute fuligineis, levibus.

Hab. in petiolis putridis Palmarum in horto bot. Bogoriensi Javæ. — Affinis *S. graminea* Karst. sed multo elatior etc.

Sect. 2. Didymosporæ.

DIDYMOBOTRYUM Sacc. — Syll. IV p. 626, X p. 699.

1. **Didymobotryum obesum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 255, 5727
Ic. fung. Jav. t. LXXVII, f. 2. — Sparsum, atrum, sphæriæforme, 1-1,5 mm. altum; stipite basi incrassata bulbiformi 1 mm. lata, sursum tenuato, cylindraceo, glabrescenti, sursum fibrilloso; hyphis superioribus seu sporophoris cylindraceis, fulvescentibus, sursum hyalinis; conidiis ovato-oblongis, 1-septatis, non v. vix constrictis, utrinque acutulis, 22-24 ≈ 8-8,5 fuligineis.

Hab. in truncis emortuis in horto bot. Bogor., in insula Java. — Species ob habitum ceratostomoideum prædistincta.

2. **Didymobotryum Kusanoi** P. Henn. Engl. Jahrb. XXXII, p 45 5728
(1902). — Synnematibus cæspitosis, epidermide fissa, longitudinaliter erumpentibus, setiformibus, rigidis, erectis, aterrimis, 300-600 ≈ 70-80, apice capitellatis, basi incrassatis ibique 90 μ. cr., sæpe confluentibus; conidiis ovoideis v. clavatis 1-septatis, vix constrictis, biguttulatis, brunneis, 13-16 ≈ 4-5.

Hab. in culmis Arundinariæ emortuis in horto bot. Tokyo, Japoniæ. — *D. rigido* videtur affine.

3. **Didymobotryum atrum** Pat. — Syll. X, p. 699 — var. **pachyspo-** 5729
rum Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 254, Ic. fung. Jav. t. LXXVII, f. 1. — A typo differt conidiis paulo crassioribus 16 ≈ 8-8,5 (nec 16-20 ≈ 5,5-6); stipite 1 mm. alto.

Hab. in culmis putridis, Tjibodas Javæ.

HÖHNELIELLA Bres. et Sacc. in P. Strasser, Zweiter Nachtrag zur Pilzflora des Sonntagberges, in Verhandl d. k. k. zool. bot. Ges. in Wien 1902, p. 437 (Etym. a cl. prof. vindobonensi Fr. equite de Höhnel). — Synnema teretiusculum, verticale, rigidulum, atrum; hyphæ interiores fasciculatæ, hyalinæ, conidiophoræ, externæ nigricantes, compactæ, in setas rigidas ascendentes, obscuriores relaxatæ. Conidia oblongo-fusoidea, medio tenuiter uni-

septata, apice ciliata, hyalino chlorina. — A *Didymobotryo* præcipue conidiis apice ciliatis recedit. Ob synnematis fabricam perithecioideam ad *Rhyncophomam* nutat. — Teste doct. v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, p. 53, excipulum tenue adest, (quem et ipsi vidimus!) et tunc ad Excipulaceas adducendum genus putat, dum nobis potius ad *Rhynchophomam* nutare videtur, nam nulla Excipulacea spinuliformis esse potest!

1. **Höhneliella perplexa** Bres. et Sacc. l. c. — Gregaria, epixyla, 5730
spinuliformis, nigra; stipitibus basi dilatatis, tereti-conicis, 480-500 µ. altis, 90-100 µ. crassis, basi 250 µ. latis, rigido-fragilibus; hyphis internis filiformibus, sæpe furcatis, 50-70 × 1,5, hyalinis, apice sporigeris, externis brunneis, dense parallele stipatis, 2-3 µ. crass., extus in setas rigidas, adscendenti-divergentes 100-160 × 3,5-4, atro-fuligineas apice pallidiores abeuntibus; conidiis oblongo-fusoideis, rectiusculis, utrinque acutiusculis vel obtusulis, uniseptatis, non constrictis, 2-guttulatis, 12-16 × 4, chlorino-hyalinis, apice setula sæpe furcata, 5-7 × 1, hyalina auctis.

Hab. ad sarmenta decorticata Clematidis Vitalbæ, Sonntagberg Austriæ bor.

Sect. 3. Phragmosporæ.

ARTHROBOTRYUM Ces. — Syll. IV, p. 628, XVI p. 1089.

1. **Arthrobotryum soparium** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 397. 5731
— Maculis epiphyllis, atris, rotundatis; synnematibus basi fasciculatis vel sparsis, erectis vel depressis, atris, filiformibus, rigidis usque ad 2-3 mm. longis, basi subbulbosis, ca. 60-70 µ. crassis, teretibus, atris, ex hyphis fusco-atris ca. 3-4 µ. crassis compositis, ca. 20-25 µ. crassis, apice incrassatis; hyphis divergentibus; conidiis fusoideis, stipitatis, brunneo-fuscis, 3-septatis apice mucronatis, ca. 25-35 × 5-8.

Hab. ad folia Menispermaceæ cujusdam, Tarapoto, Perù. Socia adest *Meliolæ* species.

2. **Arthrobotryum Tecomæ** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 397. 5732
— Maculis epiphyllis, rotundatis; synnematibus gregariis, filiformibus, erectis, rigidis, fusco-brunneis, apice incrassatis pallidioribus, ca. 200-300 µ. longis, 20-40 µ. crassis, ex hyphis apice divergentibus conflatis; conidiis elongato-fusoideis, 3-septatis, atro-brunneis, apice pallidioribus, 25-35 × 4-7.

Hab. in foliis Tecomæ speciei, Yurimaguas Peruviæ.

3. **Arthrobotryum Strichni** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 397. 5733
— Maculis epiphyllis sparsis, rotundatis, atris; synnematibus erectis, filiformibus sparsis vel gregariis, atris, ca. 200-300 μ. longis, basi ca. 40-60 μ. incrassatis, subteretibus, ex hyphis atro-fuscis conflatis, apice hyphis ca. 2 $^1/_2$-3 μ. crassis divergentibus; conidiis clavatis, atro-fuscis, 3-5-septatis, 18-26 × 3-3 $^1/_2$.

Hab. ad folia Strychni speciei, Manaós, Rio Negro Amazoniæ.

4. **Arthrobotryum fusisporium** Annie L. Smith. Journ. Linn. Soc. 5734
XXXV, p. 13, tab. I, f. 13-15 (extr.) — Syll. XVI, pag. 1158 (nomen). — Synnematibus sparsis, erectis, atro-brunneis, nitidis, 7 mm. altis, apice expansulis et flavidis; conidiis ex apice tantum ortis, elongato-fusiformibus, supra medium leviter dilatatis, utrinque attenuatis, 130-140 × 8-12, hyalinis, 15-septatis.

Hab. ad ligna, in insula Dominica Indiæ occid.

RICCOA Cavara in Ann. Mycol. 1903, p. 44 (Etym. a cl. A. Riccò observatorii astronomici ætnei directori, cui dicata). — Synnema stipitato-capitatum, firmum, brunneum, basi hyphis radiantibus, matrici adpressis instructum; stipes celluloso-parenchymaticus tenax, intus lacunosus, sursum in discum sporophorum productus atque tenui membrana mox fatiscenti obtectus. Conidiophora deorsum laxe intricata et pro parte fusa, dein libera, exigua, filamentosa, simplicia, continua. Conidia pleurogena, pluriseptata, haud catenulata.

1. **Riccoa ætnensis** Cav. l. c. cum icone. — Stipitibus castaneo-brun- 5735
neis 1,5-2 mm. altis, cylindraceis v. compressis, leniter rugulosis; capitulis primo globosis, fuscis, membrana eximie sculpta tectis, dein hemisphæricis, albo-flavidis, furfuraceis, 1 mm. circ. diam.; conidiophoris conico-cylindraceis, hyalinis, hinc inde verruculosis, absque paraphysibus; conidiis unicellularibus, ellipsoideis, albidis, levibus 7,5-8,5 × 5,5-6, glycerinæ ope reniformibus.

Hab. ad lapillos vulcanicos, M. Etna, in Sicilia.

PODOSPORIUM Schw. — Syll. IV p. 627, X p. 699, XIV p. 1113, XVI p. 1089.

1. **Podosporium Bakeri** Earle, Bull. New York Bot. Gard. 1902, p. 350. 5736
— Synnematibus sparsis vel dense cæspitosis, intense brunneis vel fere nigris obconicis 0,5-1 mm. alt., 40-60 μ. crass. vel cæspitosis 200-500 μ. cr., ex hyphis compactis, fuscis 40-60 × 8 com-

positis, 1-2-septatis, apice obtuse rotundatis; conidiis acrogenis v. pleurogenis, stipitatis, obovatis, 3-septatis, apice truncatis, nigro-fuscis, minute rugulosis, 40-60 × 12-15, basi conicis, stipite tenui 1-2-septato, pallide fusco 50-100 × 4 suffultis.

Hab. in sarmentis Vitis, prope Bonda, Columbia Amer. austr. (C. F. Baker).

2. **Podosporium Casuarina** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 255, 5737
Ic. fung. Jav. t. LXXVII, f. 3. — Gregarium, cupressiforme 1-1,5 rarius 2 mm. altum, atro-fuligineum; stipite communi ex hyphis numerosis, constipatis, septatis, atris formato, cylindraceo 100 μ. cr., a medio ad apicem conidiophoris crebris divergenti-adscendentibus, eximie, dense noduloso-septatis (*Casuarinam* imitantibus) 9-10 μ. cr., vestito; conidiis fusoideis, basi subtruncatis, apice obtusulis, 6-8-septatis, crasse tunicatis, non constrictis, fumoso-fuligineis, 70-80 × 16-18, levibus.

Hab. in cortice arborum putrescenti in horto bot. Bogoriensi Javæ. — Conidiophoris casuariniformibus mox dignoscitur.

3. **Podosporium australiense** P. Henn. in Hedw. 1903, pag. (88). — 5738
Synnematibus sparsis v. cæspitosis, simplicibus, rigidis, filiformibus, atris, 3-4 mm. longis, basi usque ad 100 μ. incrassatis; conidiis lateraliter ubique sparsis, cylindraceo clavatis, curvatis, apice obtusis, fuscis, 3-5-septatis, 40-100 × 4-5.

Hab. in ramis emortuis, ad flum. Barron, N. Queeslands Australiæ (Pritzel).

4. **Podosporium tjibodense** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 255, 5739
t. LXXVII, fig. 4. — Late gregarium, aciculare, nigricans, 1-1,3 mm. alt., 80-100 μ. cr.; stipite cylindraceo, ex hyphis filiformibus, atris compacto; hyphis supra medium stipitem relaxatis sporiferisque; conidiis elongato-clavatis v. leviter curvis, 40-55 × 9-12, deorsum obtuse tenuatis, apice subrotundatis, 8-9-septatis, ad septa vix constrictis, fuligineis, loculo imo pallidiore.

Hab. in culmis putrescentibus Bambusæ, Tjibodas in insula Java. — Species sat variabilis, *Podosporio Spegazzinii* affinis.

Sect. 4. Helicosporæ.

HELICOSTILBE v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, pag. 42 (Etym. *helix* et *Stilbum*). — Subiculum tenue, ex hyphis sterilibus, repentibus, plectenchymatico-intricatis formatum. Synnemata

fertilia densiuscule stipata, velutina, acuta, erecta, e setis brunneis, rigidis, septatis, crassiuscule tunicatis, cuspidatis atque ex hyphis fertilibus, hyalinis, parallele stipatis, extus ramuligeris formata. Conidia in ramulis acrogena et pleurogena, filiformia, spiraliter arcte contorta.

1. **Helicostilbe helicina** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, 5740
p. 42. — Cæspitulis tenuibus, effusis, griseis, demum fere nigris, sub lente breviter hispidis; synnematibus fertilibus erectis, ex hyphis 8-10 subhyalinis, parallele stipatis atque e setis 1-3 rigidis, brunneis vel f. nigris, infra septatis ibique sæpe pallidioribus formatis, 200-500 μ. longis, 15-40 μ. latis; conidiis partem inferiorem vel basalem fasciculorum obtegentibus, in ramulis brevibus vel longiusculis acro-pleurogenis, hyalinis, multi-(20-25)-septatis, filiformibus, usque 270 × 2-3, anfractibus 4-5.

Hab in ligno putrido Carpini in silvis Finstergraben (Wassergesprenge) prope Gieszhübel, Wienerwald Austriæ inferioris.

Fam. 4. Tuberculariaceæ Ehrenb. em. Sacc.

Ser. 1. Tuberculariæ mucedineæ Sacc.

Sect. 1. Amerosporæ.

TUBERCULARIA Tode — Syll. IV p. 638, X p. 700, XI p. 645, XIV p. 1115, XVI p. 1090.

1. **Tubercularia Bresadolæ** Sacc. et D. Sacc. *Tubercularia olivacea* 5741 7415
Bres. in P. Strasser, Zweiter Nachtr. zur Pilzflora des Sonntagsberges in Verhandl. k. k. zool.-bot. Ges. in Wien 1902 (Dec.) p. 437, nec Mc Alp. — Sporodochiis gregariis, interdum confluentibus, sessilibus v. substipitatis, erumpenti-superficialibus, subglobosis vel oblongis, ciliis destitutis, extus olivaceis, intus ex aurantio demum fuscis, 1-2 mm. latis; sporophoris basi ramosis, supra lateraliter ramulosis; ramulis conidiophoris, conidio multo longioribus; conidiis obovatis vel oblongis, interdum apice subconstrictis, chlorino-hyalinis, 5-10 × 3-5, acro-pleurogenis.

Hab. in truncis emortuis Aceris Pseudoplatani Sonntagsberg Austriæ bor. — An status vetustus *Tub. confluentis?*

2. **Tubercularia olivacea** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, 5742
(Dep. Agric. Victoria) Melbourne Martio 1902, p. 109, fig. 169-

170. — Sporodochiis minutis, 0,7-0,8 mm. diam., initio pulvinatis, dein discoideis e griseo olivaceis, tandem ex massa conidiorum margine atratis; conidiophoris dense intertextis, ramosis, septatis, pallidis, tenuibus; conidiis acrogenis, cylindraceis, utrinque rotundatis, rectis, 11-13 × 2, hyalinis, coacervatis olivaceis.

Hab. in foliis morientibus Pruni Armeniacæ, Ardmona, Victoria Australiæ.

3. **Tubercularia Pteleæ** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 1903, 3 ser. II, 4, p. 925. — Sporodochiis erumpentibus, sessilibus, sparsis, initio rubris, dein brunneis, 500-1000 μ. diam., subgloboso-depressis; sporophoris filiformibus, curvatis, continuis, hyalinis; conidiis irregulariter pleurogenis, elliptico-oblongis, erectis, hyalinis, biocellatis utrinque rotundatis, 5-8 × 2,5; basidiis brevissimis. 5743

Hab. in ramis Pteleæ trifoliatæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

4. **Tubercularia miniata** Earle, Plantæ Bakerianæ fasc. II, fungi p. 29. — Sporodochiis dense sparsis, erumpentibus, prominenti-convexis, inferne constrictis 1-2 mm. latis, lucenti-roseo-rubris; conidiophoris simplicibus, curvulis 80-150 × 2; conidiis lateraliter acrogenis, ovoideis, hyalinis, utrinque obtusis, 8 × 3. 5744

Hab. in frustulis emortuis Sambuci, Pagosa Peak, South Colorado Amer. bor.

5. **Tubercularia Garciniæ** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 57. — Sporodochiis sparsis ramulicolis vel foliicolis, erumpentibus, irregulariter pulvinatis, miniatis, ceraceis; conidiophoris filiformibus, hyalinis, septatis, usque ad 50 μ. longis, 5-8 μ. cr.; conidiis globulosis vel ellipsoideis, hyalino-subcarneis, 5-8 × 4-6. 5745

Hab. in foliis et ramulis Garciniæ, Ost-Usambara Africæ orient. (Engler).

6. **Tubercularia citrina** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 87. — Maculis nullis; sporodochiis sublenticularibus, solitariis v. laxissime subgregariis, superficialibus, minutis 0,3-0,7 mm. diam., citrinis, sessilibus; sporophoris filiformibus 10-20 μ. long. 1 μ. cr. hyalinis; conidiis utrinque obtusis ac 1-guttulatis, 1,5-2 × 1, hyalinis, levibus. 5746

Hab. ad ramos decorticatos putrescentes in silvula S. Catalina prope Buenos Ayres Argentinæ.

7. **Tubercularia cattleyicola** P. Henn. Hedw. XLIV, 1905, p. 177. — Sporodochiis caulicolis, sparsis, pulvinato-erumpentibus, ceraceis, pallidis vel flavo-aurantiis, usque ad 3 mm. longis, 1 1/2 mm 5747

latis, sæpe rimosis; conidiis ovoideis vel ellipsoideis, hyalinis, continuis, 2-3 $^1/_2$ × 2; conidiophoris fasciculatis, 15-20 × 1 $^1/_2$, hyalinis.

Hab. in caulibus emortuis Cattleyæ guttatæ in horto bot. Berolinensi (Behnick). — Species Orchidaceis noxia.

DENDRODOCHIUM Bonord. — Syll. IV p. 650, X p. 706, XI p. 646, XIV p. 1115, XVI p. 1092.

1. **Dendrodochium minusculum** Sacc. Ann. Mycol. 1904, p. 8. — Sporodochiis minutissimis, inæqualibus, confluentibus et tunc maculas varias fere arachnoideas roseas formantibus; hyphis sterilibus obsoletis, fertilibus, cylindraceis, apice 2-3-fidis, 18-20 × 2,5, ascendentibus; conidiis subglobosis, exiguis, 2,5 × 2, subhyalinis, farctis. 5748

Hab. in palis putrescentibus, alle Cascine Firenze (U. Martelli). — *Dendrodochio affini* Sacc. proximum.

2. **Dendrodochium javanicum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 256, Ic. fung. Jav. t. LXXVIII, f. 3. — Sporodochiis laxe gregariis, erumpenti-superficialibus, pulvinatis 0,5-0,7 mm. lat., ambitu ex orbiculari angulosis, roseo-flavidis (in alcohole); hyphis sporodochii dense stipatis, septatis 4 μ. cr., sordide flavidis; conidiophoris ex apice hypharum prodeuntibus, filiformibus, septulatis, 70-80 × 3 hyalinis, apice ramulos (basidia) ternos obclavatos gerentibus; conidiis obovoideis, 4-5,5 × 3-3,5, hyalinis. 5749

Hab. in corticibus putridis prope Buitenzorg Javæ. — *Dendr. affini* Sacc. proximum, sed colore, sporodochiis compactioribus etc. videtur differre.

3. **Dendrodochium Nectriæ** Trav. in Atti congr. bot. Palermo 1902, pag. 42. — Sporodochiis pulvinato-depressis, sæpe confluentibus, pallide roseis, demum sæpe radiatim fissis, $^1/_2$-$^2/_3$ mm. diam.; conidiophoris erectis, di-trichotomice ramosis, septatis, ramulis ultimis acicularibus; conidiis ellipsoideis 5-6 × 3 $^1/_2$-4, hyalinis vel dilutissime roseis. 5750

Hab. ad basim trunci Poincianæ regiæ jam emortuæ et putrescentis, in calidario horti botanici, Padova Italiæ bor. — Stat. conidicus *Nectriæ tuberculatæ* Trav.

4. **Dendrodochium sepultum** E. et Ev. Journ. of Mycol. 1904, p. 167. — Sporodochiis dense gregariis, aurantio-rubris, singulis v. pluribus confluentibus, initio epidermide in pustulas 1-2 mm. latas elevata omnino tectis, dein erumpentibus et discum concaviusculum, pezizoideum revelantibus; conidiis oblongis, continuis, utrin- 5751

que rotundatis, 10-15 × 5-6, ex hyalino flavidis, in basidiis filiformibus, simplicibus v. furcatis, fasciculatis, 30-70 µ. long. acrogenis.

Hab. in ramis emortuis Ulmi pubescentis, Natoma, Kansas Amer. bor. (E. Bartholomew).

5. **Dendrodochium sulphurescens** v. Höhn. Oesterr. bot. Zeitschr. 1905. — Sporodochiis superficialibus, flavido-albidis, in viridulum vergentibus, verruciformibus, basi leviter coarctatis, solitariis, subinde nonnullis confluentibus, 150-500 µ. lat., ex hyphis plus minus parallele fasciculatis, hyalinis, 1-1,5 µ. cr, sursum divergentibus et copiose subinde verticillato-ramosis; conidiis oblongis, rectis, hyalinis, continuis, minutissimis, 1,5-2 × 1, mucoso-conglutinatis. 5752

Hab in ligno ramorum Fagi silvaticæ, Georgenberg, Wiener Wald Austriæ.

COLLODOCHIUM v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, p. 43, (Etym. *colla* et *docheion* receptaculum). — Sporodochia superficialia, subsphæroidea vel verruciformia, gelatinoso-carnosa, ex hyphis pallidis, subparallele et irregulariter ramosis, radiatim dispositis et dense stipatis formata. Conidia continua, hyalina, subglobosa vel ellipsoidea, catenulata, acrogena, muco omnino involuta. Differt a *Dendrodochio* conidiis catenulatis muco omnino involutis.

1. **Collodochium atro-violaceum** v. Höhnel l. c. — Sporodochiis hemisphæricis, globosis vel verruciformibus, $^1/_4$-$^1/_2$ mm. latis, sessilibus, atris vel atro-violaceis, fere gelatinosis, ex hyphis subtilissimis 1-2 µ. latis, dendroideo-ramosis, subparallele stipatis, hyalinis vel carneo-violaceis formatis; conidiis in ramulis acrogenis, catenulatis, subglobosis vel ellipsoideis, 1-3 µ. longis, continuis, muco involutis et connexis. 5753

Hab. in cortice putrido, in silvis prope Purkersdorf Austriæ inferioris.

TUBERCULINA Sacc. — Syll. IV p. 653, X p. 709, XI p. 646, XIV p. 1118, XVI p. 1092.

1. **Tuberculina Nomuriana** Sacc. ap. Nomura, Microsc. patol. del Gelso in Atti R. Ist. Bot. di Pavia 1904, vol. IX, pag. 14 (extr.). — Sporodochiis hypophyllis, biophilis, hinc inde dense gregariis, punctiformibus, sordide albis vel demum rufulis; hypostromate subhemisphærico 100-120 µ. diam., obscure celluloso, compactiusculo sordide et dilute rufescenti; hyphis conidiophoris ex hy- 5754

postromate oriundis, cylindraceis, continuis 20-25 × 6,5-7,5 hyalinis, prope apicem irregularite denticulatis; conidiis sphæricis v. subsphæricis 11-13 μ. diam., levibus, hyalinis, eguttulatis.

Hab. in foliis vivis quæ corrugantur Astragali sinici in Japonia (Commun. Hikotaro Nomura). — Videretur forma compacta, sporodochio prædita, *Ocularieæ* cujusdam e g. *O. Vogelianæ* Sacc. et Syd.

2. **Tuberculina Portulacarum** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, p. 88. — Maculis levibus 3-8 mm. diam., amphigenis, fuscis, subdeterminatis; acervulis amphigenis, erumpentibus, hemisphæricis 100-150 × 70-80, pauci-gregariis, rufis; conidiis in sterigmatibus solitarie acrogenis, polymorphis, 8-14 × 9-12, quandoque hemisphæricis, superne rotundatis, inferne concavis, centroque papillato-pedicellatis, quandoque ellipticis, sursum rotundatis, quandoque demum obpiriformibus, refringentissimis, granula amyli simulantibus sed jodi ope intense flavescentibus. 5755

Hab. in foliis vivis Portulacæ plano-operculatæ, circa Catamarca Argentinæ. — Species a typo sat desciscens.

BACTRIDIOPSIS P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 397 (Hedw.) (Etym. *Bactridium*, cui affinis). — Sporodochia superficialia pulvinata, subceracea. Conidia ellipsoidea vel ovoidea, continua, acrogena, magna. Conidiophora hyalina, teretia. — *Bactridio* affinis sed conidia continua. In Tab. comp. (Syll. vol. XIV, p. 60) occupabit casulam n. 10.

1. **Bactridiopsis Ulei** P. Henn. l. c., cum icon. — Sporodochiis superficialibus subhemisphærico- vel subgloboso-pulvinatis, aurantiis vel flavidis, granulato-verrucosulis subnitentibus ca. 0,5-1 mm. diam., sæpe confluentibus; conidiis magnis, ovoideis vel ellipsoideis, 60-90 × 30-50, intus dilute flavidis, subguttulatis vel nebulosis, episporio hyalino 4-7 μ. crasso, levi; conidiophoris subinflatis, ramosis, septatis 10-20 μ. crassis, hyalinis. 5756

Hab. in ligno putri Bon Fim, Rio Juruá Amazoniæ (Ule).

ILLOSPORIUM Mart. — Syll. IV p. 656, X p. 710, XI p. 636, XVI p. 1093.

1. **Illosporium aureolum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 255, Ic. fung. Jav. t. LXXVIII, f. 2. — Sporodochiis gregariis, globoso-depressis, minutissimis, granuliformibus, 100-110 μ. diam., dilute aureo-flavidis, glabris, omnino superficialibus, cellulis poly- 5757

morphis, globulosis, lobulatis, sigmoideis, 11-16 × 7-8, continuis, ex hyalino dilutissime flavidis, hyphulis perexiguis 10-12 × 1 intermixtis; conidiis genuinis?....

Hab. in petiolis emortuis Palmarum in horto Bogoriensi Javæ. — Habitus fere *Ill. flaveoli,* sed hyphæ ramosæ nullæ etc.

2. **Illosporium conicolum** E. et Ev. in Bull. of the Torr. Bot. Club, 5758
1902, p. 452. — Sporodochiis luteo-roseis, minutis, 75-80 μ. diam., globosis, sessilibus vel subsessilibus; conidiis globoso-conicis, hyalinis, 6-8 μ. diam.; hyphis brevibus, a conidio paullo difformibus.

Hab. in squamis conorum Pini virginianæ, Takoma Park, Columbia Dep., Amer. bor. — *Illosporio coccinello* Cooke affine.

ÆGERITA Pers. — Syll. IV p. 661, X p. 711, XI p. 647, XIV p. 1118.

1. **Ægerita Penniseti** P. Henn. Pilze Japan. II, p. 153 (Hedw 1904). 5759
— Sporodochiis foliicolis, pulvinatis, subfarinaceis, albis vel isabellinis, ca. $^1/_2$-1 mm. diam.; conidiophoris ramosis, septatis, 5-7 μ. crassis, hyalinis; conidiis acrogenis, subglobosis, hyalinis, intus granulatis, 8-12 μ.

Hab. in foliis Penniseti japonici, Ikhumura, in prov. Tosa Japoniæ. — Ob locum in foliis a typo desciscit.

2. **Ægerita ferruginea** v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, p. 59. — Spo- 5760
rodochiis superficialibus, globulosis, sparsis, ferrugineis, 200-400 μ. latis, intus pallidis, e cellulis minutis, subtilissime tunicatis, dense stipatis farctis; cellulis in superficie sporodochii radiatim dispositis et in hyphas plerumque ramosas, fulvo-ferrugineas, torulosas, 40-70 μ. longas abeuntibus; cellulis hypharum versiformibus, plerumque globuloso- vel ovoideo- vel obpiriformi-inflatis, levibus vel hinc inde verruculosis, 12-20 μ. latis, tenuiter tunicatis, ægre secedentibus.

Hab. in cortice vetusto in silvis ad montem Gelber Berg pr. Purkersdorf et in ligno carioso prope Rekawinkel, Wiener Wald Austriæ inferioris. — Habitus *Epicocci,* characteres *Ægeritæ,* tamen, teste auctore, etiam *Epicocco* affinis.

SPHACELIA Lév. — Syll. IV p. 666, XIV p. 1118, XVI p. 1093.

1. **Sphacelia grisea** Speg. Mycet. argent. ser. II, 1902, pag. 88. — 5761
Sporodochiis partem culmorum infra nodos occupantibus non v. vix incrassatis, 5-20 mm. long., atris vix leniter rugulosis, epidermide innatis, non nitentibus, primo pulvere cinereo sporigero

tectis dein plus minusve denudatis; conidiis hyalinis, levibus, utrinque obtusiusculis, 4-8 × 1,5-2.

Hab. ad culmos vivos Setariæ cujusdam, prope Lincoln Argentinæ. — Species verisimillime statum conidicum *Plowrightiæ argentinensis* sistens.

2. **Sphacelia stipicola** Speg. Myc. argent. ser. II, 1902, p. 88. — 5762
Lutea, carnosulo-tenuis, matricem late ambiens, levis; partibus infectis inevolutis cylindraceis, parum incrassatis s.epius vagina folii inferi occultatis; conidiis ex elliptico sub-cylindraceis, utrinque obtusulis 1,5-2 × 0,8-1, rectis subnavicularibus vel leniter curvulis, levibus.

Hab. ad inflorescentias et culmos Stipæ humilis, in aridis Chubut Argentinæ. — Species pulchella *Sph. typhinæ* (Pers.) Sacc. habitu sat similis, sed conidiis conspicue minoribus distincta.

3. **Sphacelia typhina** (Pers.) Sacc. — Syll. IV, p. 666 (ex parte in Tri- 5763
tico) — var. **agropyrina** Sacc. Notæ mycol. in Syd. Annales myc. 1903, p. 28. — A typo differt quia tenuior, pallidior, inæqualis; conidiis ellipsoideis 3,5-4 × 2,5-3 hyalinis; basidiis bacillaribus, fasciculatis, 18-22 × 1,5-2.

Hab. in rhachidibus Agropyri juncei, Lido (Venezia) Italiæ bor. Julio 1902 (C. Spegazzini). — An ex hac forma *Epichloe* generetur dubitandum.

4. **Sphacelia subochracea** Bres. Fungi lusitanici in Broteria 1903, 5764
vol. II, p. 91. — Sporodochiis subplanis, maculiformibus, gregariis, sæpe confluentibus, ceraceo-gelatinosis, subochraceis 3-5 mm. latis; sporophoris bacillaribus, apice attenuatis, parallele stipitatis 20-25 × 2,5; conidiis acrogenis, hyalinis, subfusoideis v. oblongis, 1-2-guttulatis, 8-10 × 3-4.

Hab. in Corticio tenui Karst. ad asseres Pini halepensis in Lusitania.

HYMENULA Fr. — Syll. IV p. 667, X p. 712, XI p. 647, XIV p. 1118, XVI p. 1093.

1. **Hymenula tjibodensis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 256, 5765
Ic. fung. Jav. t. LXXVIII, f. 4. — Sporodochiis gregariis depresse pulvinatis 0,7-1 mm. diam., vix 0,5 mm. cr., ambitu orbiculari v. subovato, dilutissime roseis, glabris; sporophoris simplicibus, continuis, dense parallele stipatis, 16-20 × 2,5; conidiis acrogenis, oblongo-ellipsoideis, 8 × 2,5-3, continuis, biguttulatis, ex hyalino roseis.

Hab. in ramulis corticatis arborum v. fruticum, Tjibodas in insula Java. — Peraffinis *H. herbarum* Sacc. et Roum., a qua differt sporophoris continuis, conidiis biguttulatis, paullo majoribus, habitatione in ramis ligneis nec in herbis.

2. **Hymenula inæqualis** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 257, t. LXXIX, f. 1. — Sporodochiis gregariis, erumpenti-superficialibus, convexe pulvinatis, forma et magnitudine variis, 250-500 μ. lat., dilutissime roseis, glabris, friabilibus; hyphis sporodochii parallele stipatis, septulatis, sporophoris tereti-fusoideis, 14 × 4, continuis; conidiis ovato-oblongis, 13-17 × 5, eguttulatis, hyalinis. 5766

Hab. in ramis corticatis arboris cujusdam, Tjibodas Javæ. — Proxima *H. macrosporæ* Sacc. et Roum., a qua differt sporodochiis valde inæqualibus, dilute coloratis nec rubris, sporophoris haud brevissimis etc.

3. **Hymenula? Arabidis** P. Henn. Pilzfl. Christianias, 1904, pag. 33 (Nyt. Mag.). — Sporodochiis caulicolis, subpulvinatis v. discoideis, ceraceis, roseis, 0,5-2 mm. diam.; hyphis septatis, ramosis, incarnatis, 4-6 μ. crassis; sporophoris fasciculatis; conidiis oblongo-cylindraceis, continuis, obtusis, 8-10 × 1,5-2. 5767

Hab. in caulibus siccis Arabidis strictæ v. affinis prope Christianiam Norvegiæ. — Nonnullis notis ad *Tuberculariam* et *Illosporium* nutat.

PACTILIA Fr. — Syll. IV p. 672, XIV p. 1119.

1. **Pactilia guttiformis** Speg. Not. synonym. p. 9 (1903). — Ita vocandum *Illosporium guttiformе* Speg. (1880), quod, teste cl. Speg. l. c. idem est ac *Pactilia Galii* All. et P. Henn. (1897).

CYLINDROCOLLA Bonord. — Syll. IV p. 673, X p. 715, XI p. 648, XIV p. 1119, XVI p. 1094.

1. **Cylindrocolla corticioides** Sacc. Notæ mycologicæ in Syd. Ann. Mycol. 1903, p. 29. — Effusa, applanata, adpressa, 1-2 cm. lata, tremelloidea, uda leviter tumens, vinoso-rubens, ambitu sinuoso, anguste albo-marginato; basidiis ex hypostromate spurie celluloso, sordide rubido orientibus, dense fasciculatis, bacillaribus, 1,5 μ. cr., apice in sporophora acicularia bina-terna, 50-80 × 1, ex hyalino subolivacea divisis; conidiis catenulatis, breve cylindraceis, utrinque truncatis, 3-4 × 0, 7-1, imperspicue 2-guttulatis, hyalinis. 5768

Hab. in ligno quercino putrescenti, Côte-D'Or Galliæ (Fautrey). — A ceteris speciebus etiam habitu distinctissima.

SPHÆRIDIUM Fres. — Syll. IV p. 657, X p. 716.

1. **Sphæridium Zimmermanni** Sacc. et Syd. in Atti congr. bot. Pa- 5769
lermo 1902, p. 59. — Sporodochiis gregariis epixylis, verticaliter globoso-ovoideis, 250-330 μ. diam. tenuiter ceraceis, ex albo lacteis, superne levibus, infra basique ciliatulis; hyphis dense radiantibus filiformibus, fere totis in conidia globoso-cuboidea, 2-2,5 μ. diam., subhyalina longe catenulata transformatis.

Hab. in ligno putrido S. Fiel Lusitaniæ (C. Zimmermann).

PATELLINA Speg. — Syll. III p. 622, IV p. 677, X p. 717, XIV p. 1120, XVI p. 1095.

1. **Patellina Ilicis** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 1903, 3 ser. II, 4, 5770
pag. 924. — Sporodochiis costanter tectis sub peridermio inflato deinde pertuso, in circulum dispositis, sessilibus, orbicularibus, carnoso-ceraceis disco initio aurantiaco dein nigrescenti donatis, 350 μ. diam.; conidiis non catenulatis, hyalinis, continuis, ellipticis v. ovoideis, eguttulatis 3-4,5 × 1,5-2,6; basidiis filiformibus, 25-50 × 1,5.

Hab. in ramis Ilicis Aquifolii, Valkenberg Hollandiæ (J. Rick). — Ab aliis speciebus defectu stromatis regularis, conidiis eguttulatis, non cylindraceis minoribusque differt.

VOLUTELLA Tode — Syll. IV p. 682, X p. 718, XI p. 649, XIV p. 1120, XVI p. 1096.

1. **Volutella Dahliæ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, p. 19. — Sporodo- 5771
chiis sessilibus, gregariis, nigro-fuscis, setis nigerrimis, longis, summo pallidioribus, levibus, glabris, strictis obsitis; conidiis cylindraceis, 18,5 × 4, continuis, utrinque obtusis, hyalinis.

Hab. in caule Dahliæ variabilis, Nunspeet Hollandiæ.

2. **Volutella tristis** v. Höhnel in Ann. Mycol. 1903, I, pag. 407. — 5772
Sporodochiis late obconicis, basi coarctata substipitatis vel sessilibus, superficialibus, 200-350 μ. latis, extus brunneis, membrana subtili (ex hyphis parallele coalitis, hinc inde in setas abeuntibus formata) tectis; setis rigidis, numerosis (30-50), e violaceo umbrino nigricantibus, supra pallidioribus, usque 400 μ. longis, 7-8 μ. crassis, septatis, crassiuscule tunicatis, obtusiusculis; disco pallido, convexo, e sporophoris simplicibus, subtilibus, hyalinis, dense parallele stipatis composito; conidiis numerosissimis, continuis, hyalinis, rectis vel in apicibus leviter curvulis, subfusoideis, utrinque obtusiusculis vel evidenter obtusis, 11-20 × 2, plerumque 16 × 2.

Hab. in ramulis dejectis Ericæ arboreæ ad Selenika Dalmatiæ.

3. **Volutella Nicotianæ** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 1903, 3, Ser. II, 4, p. 925. — Sporodochiis sparsis, albido-niveis, 300-350 μ. diam., sessilibus, globulosis vel globuloso-depressis; setulis basilaribus 450 μ. longis, rigidis, hyalinis, septatis, divergentibus; basidiis filiformibus 80 μ. longis, hyalinis, continuis, fasciculatis; conidiis oblongis, utrinque rotundatis, continuis, levibus, acrogenis, 6-8 × 2,5-3, hyalinis. 5773

Hab. in foliis putrescentibus Nicotianæ Tabaci, Bussum Hollandiæ (C. J. Koning).

4. **Volutella penicillioides** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, Melbourne 1902, p. 110, fig. 315. — Sporodochiis stipitatis, albidis, obconico-flabellatis, 200 μ. diam., setis rigidis, septatis, hyalinis, apice acutis, 300 × 6-8, vestitis; hyphis fertilibus dense stipatis, ut in *Penicillio* ramosis; conidiis cylindraceis, apice utrinque rotundatis, 4-5 × 1,5, hyalinis. 5774

Hab. in foliis Pruni domesticæ, in capsula vitrea marcescentibus, Armadale Australiæ.

5. **Volutella florida** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, p. 44. — Zoophila; sporodochiis subsphæricis, dilute griseis, $^1/_2$ mm. lat., gelatinosis, stipitatis, stipite teretiusculo, flavo, e fibris parallele stipatis formato, sursum in discum obconicum radiato-fibrillosum, sporigerum dilatato; disco extus læte rubro-marginato et membrana subtili (ex hyphis parallele coalitis, hinc inde in setas abeuntibus formata) tecto; setis numerosis, roseis, cylindraceis, crasse tunicatis, distincte multiseptatis, acutiusculis, 700-800 μ. longis, inferne 9-11 μ. crassis; sporophoris filiformibus, subtilibus, dense stipatis; conidiis numerosissimis, hyalinis, ellipsoideis, acutiusculis, eguttulatis, 3-5 × 1,5-2 acrogenis, muco obvolutis, in globulum gelatinosum disco insidentem coalitis. 5775

Hab. in abdomine Vespæ sp., Vindobonæ Austriæ.

VOLUTINA Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, pag. 257, Ic. fung. Jav. t. LXXIX, f. 2 (Etym. a *Volutella* cui affinis). — Sporodochia obconico-hemisphærica, superficialia, læte colorata, setis pallidis hirta. Hyphæ sporodochii dense verticaliter stipatæ et in strata subhorizontalia dispositæ. Sporophora bacillaria simplicia. Conidia cylindracea, catenulata, continua, hyalina. — Habitus om-

nino *Volutellæ,* sed conidia catenulata et hyphæ thalamii stratosæ (semper?).

1. **Volutina concentrica** Penz. et Sacc. l. l. c. c. — Sporodochiis sparsis vel gregariis, sessilibus, sed basi leviter coarctatis, sobroseis 0,3-0,4 mm. diam., setulis radiantibus cuspidatis, septatis, crasse tunicatis 450-550 × 7-8, hyalinis cinctis; hyphis sporodochii radiatim divergentibus, in strata tria concentrica superimpositis, compactis; sporophoris bacillaribus, 11 × 2, hyalinis; conidiis cylindraceis, utrinque truncatis, 4,5-6 × 1,5 catenulatis, hyalinis. 5776

Hab. in corticibus putridis pr. Buitenzorg Javæ. — Videtur affinis *Volutellæ occidentali,* quæ ob conidia catenulata *Volutina occidentalis* (Ell. et Andr.) Sacc. est dicenda.

Sect. 2. Didymosporæ.

PATOUILLARDIELLA Speg. — Syll. X p. 721.

1. **Patouillardiella javanica** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 258, Ic. fung. Jav. t. LXXIX, f. 4. – Sporodochiis erumpenti-superficialibus, gregariis, depresse pulvinatis, ceraceis, dilutissime isabellino-fulvis, 1-2 mm. lat., ambitu suborbicularibus; hyphis sporodochii bacillaribus, verticaliter stipatis, septatis 4-4,5 μ. cr., apice in conidia catenulata, tereti-oblonga, utrinque obtusula, 1-septata, leniter constricta, sat inæqualia, 12-15 × 5, sordide hyalina abeuntibus. 5777

Hab. in corticibus emortuis arborum, Tjibodas Javæ. — A. *Pat. guaranitica* præcipue hyphis sporophoris septatis et multo crassioribus (nec 1-1,5 μ. cr.) recedit.

GYMNODOCHIUM Mass. et Salm. Coproph. fungi II pag. 89 (1902) (Etym. a *gymnos* nudus et *docheion* receptaculum). — Sporodochia superficialia, convexa, albida, setis destituta; conidia catenulata, 1-septata, hyalina, in conidiophoris distinctis acrogena. – Genus cum *Endodesmia* inter *Tuberculariea mucedineas Didymosporas* solum comparandum; ab hac setarum absentia longe recedens.

1. **Gymnodochium fimicolum** Mass et Salm. l. c. fig. 49-51. — Sporodochiis minutis, subglobosis v. irregularibus, sparsis v. subgregariis, albis; conidiophoris distinctis, cylindricis, septatis circ. 30 × 3,5; conidiis in catenulas longas, flexuosas ordinatis, ellipsoideis, 5778

didymis, medio vix vel non constrictis, hyalinis, levibus, 9-10 × 4,5-5.

Hab. in fimo Ovis Vignei, Kew Britanniæ.

Sect. 3. Phragmosporæ.

BACTRIDIUM Kunze — Syll. IV p. 691, XIV p. 1123.

1. **Bactridium cæsium** v. Höhnel Fragm. zur Mykol. 1903, p. 46. — 5779
Sporodochiis superficialibus, duriusculis, e cæsio cinereis lacteisque, obconice depressis vel pulvinatis v. difformibus 0,5-1 mm. latis, 100-200 μ. crassis, levibus, fere nitidulis; strato basilari tenui, brunneo e cellulis minutis (3-4 μ. cr.) formato; basidiis rectis, simplicibus parallele dense stipatis, sursum hyalinis, deorsum sensim dilute brunneis, obtusis, 80-100 × 3-3,5; conidiis acro- vel subacrogenis, solitariis, hyalinis, elongatis vel cylindraceis, utrinque obtusis, 26 × 5, biseptatis, cellula mediana vulgo majore.

Hab. in corticibus putridis udisque Alni et Fagi in silvis vallis « Dambachthal » prope Purkersdorf, Wienerwald Austriæ inferioris.

MICROCERA Desm. — Syll. IV p. 427, X p. 731, XI p. 653, XVI p. 1097.

1. **Microcera brachyspora** Saccardo et Scalia, Harrim. Alaska Exped. 5780
Crypt. p. 15, pl. VI, fig. 28. — Sporodochiis sparsis, erumpentibus, carnoso-ceraceis, pulvinatis, 1-1,5 mm. diam., carneis v. fulvellis; hyphis filiformibus, inæqualibus, flexuosis, laxe fasciculatis, 2 μ. cr., continuis, minute guttulatis, non v. vix ramosis, intermixtis crassioribus brevioribus, 4 μ. cr.; conidiis anguste falcatis, utrinque acutatis, 30-40 × 3, guttulatis v. spurie septatis, hyalinis.

Hab. in cortice arboris cujusdam, socia *Nectria sanguinea*, New Metlakatla Alaska (Trelease).

2. **Microcera Mytilaspidis** Mc Alp. in Dep. Agric. Victor. Bull. n. 14, 5781
pag. 4, c. tab. — Sporodochiis salmonicoloribus, carnoso-ceraceis, pulvinatis, in soros 1-2 mm. diam. subrotundos v. elongato-disciformes irregulariter confluentibus, hyphis sterilibus circumdatis; conidiophoris hyalinis, sed coacervatis roseis, septatis, 2-3 μ. cr., longissimis, unilateraliter ramosis; conidiis hyalinis, fusoideis, curvatis, utrinque acutis, 5-6-septatis, ad septa non constrictis, 45-60 × 5-6, acrogenis, hyalinis.

Hab. in scutulis Mytilaspidis, quam destruit, ad ramos Hymenantheræ dentatæ, Victoria Australiæ.

3. **Microcera tasmanica** Mc Alp. in Dep. Agric. Vict. Bull. n. 14, p. 4, c. tab. — Sporodochiis salmonicoloribus, caseoso-mollibus, globosis v. subcupulatis, breve pedicellatis v. sessilibus, vulgo in massulas inæquales 1-1,5 mm. diam. confluentibus; conidiophoris hyalinis, sed coacervatis roseis, unilateraliter v. alterne ramosis v. sæpe bifurcatis, 2,5 μ. cr,; conidiis fusiformibus, vulgo curvulis, 3 septatis, non constrictis, 40-45 × 5,5-6. 5782

Hab. in scutulis Aspidioti sp. quam destruit, ad ramos Eucalypti in Tasmania (Lea).

FUSARIUM Link. — Syll. IV p. 694, X p. 721, XI p. 649, XIV p. 1123, XVI p. 1097.

1. **Fusarium Lini** Bolley, Bot. Gaz. 1902, p. 150. — Hyphis mycelii læte coloratis, 1-3 μ. diam., septatis, irregulariter ramosis, matricem penetrantibus; sporodochiis erumpentibus, compactis, leviter emergentibus, dense gregariis, pallide cremeo-carneis; sporophoris breviusculis, conferte ramosis; conidiis fusiformibus, typice 4-cellularibus, curvulis, copiosis, e conidiophororum ramulis brevibus oriundis, 27-38 × 3-3,5. 5783

Hab. in plantis junioribus Lini usitatissimi, parasitice e quibus migrat in provectiores et saprophytice vigere potest, North Dakota et verisimiliter alibi, in America bor. — Species morbum gravissimum, *flax wilt* dictum, Lini plantis affert.

2. **Fusarium juruanum** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 398. — Sporodochiis epiphyllis, pulvinatis, cinnabarinis, ceraceis, 0,5-1 mm. diam.; conidiophoris ramosis, septatis 2-4 μ. crassis, hyalinis vel roseolis; conidiis falcatis, utrinque acutis, 3-septatis, 40-60 × 3-3 $^1/_2$, hyalinis. 5784

Hab. in foliis Anonaceæ sp. Juruá-Miry Rio Juruá Amazoniæ.

3. **Fusarium illosporioides** Saccardo, Harrim. Alaska Exped. Crypt. p. 15, pl. III, fig. 10. — Sporodochiis gregariis, erumpenti-superficialibus, depresse pulvinatis, 0,5-1 mm. diam., laxe contextis, superficie subvelutinis, dilutissime roseis; hyphis fasciculato-intricatis, sporophoris variis, modo simplicibus, modo furcatis, interdum opposito-ramosis, usque 50-70 × 5, parce septatis; conidiis fusoideis, sæpius rectis, raro curvulis, utrinque acutiusculis (junioribus obtusulis), 1-2- typice vero 3-septatis, ad septa non constrictis, 20-22 × 4-5. 5785

Hab. in ramis corticatis putrescentibus Ribis, Sitka Alaska (Trelease). — Habitu et conidiophoris fere illosporioideis species distinguenda videtur.

4. **Fusarium Evonymi-japonici** P. Henn. Hedw. 1902, pag. 139. — 5786
Maculis cinereis, effusis; sporodochiis gregarie erumpentibus, ceraceis, pallide carneis, 90-150 μ. diam.; basidiis fasciculatis, subclavatis 14-18 × 6-9; conidiis fusiformibus, curvulis, subfalcatis, utrinque acutis, 1-3-septatis, hyalinis, 25-33 × 5-6.

Hab. in ramis Evonymi japonici, in horto botanico Berolinensi Germaniæ.

5. **Fusarium dimorphum** d'Alm. et Da Cam. in Revista agronomica 5787
Portug. 1903, n. 9, p. 306, tab. XIV, fig. 2-3. — Sporodochiis minutis, hyalinis, plerumque hypophyllis, mox erumpentibus, sparsis vel rarissime gregariis, in macula parvula rotunda, albida, nigro-marginata dispositis; basidiis ramosis, cylindraceis vel claviformibus, hyalinis, sursum attenuatis; conidiis achrois 45-65 × 4-6, sæpe continuis vel 3-5-septatis, dimorphis, modo falcatis, utrinque acutis, modo spathuliformibus, rectis vel curvulis, deorsum attenuatis.

Hab. in foliis Buxi sempervirentis, Coimbra Lusitaniæ.

6. **Fusarium Prunorum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, 5788
Melbourne 1902, p. 91, tab. XX, fig. 42. — Cæspitulis minutis albidis vel nigrescentibus, fructicolis; hyphis hyalinis, septatis, ramosis 3,5 μ. diam.; conidiis hyalinis, curvulis, apice utrinque acutis, 5-septatis, ad septa non constrictis, granulosis, 50-60 × 4,5-5.

Hab. in fructibus Pruni Armeniacæ, Burnley prope Melbourne Australiæ.

7. **Fusarium putrefaciens** Osterwalder, Centralbl. f. Bakt. II, Abth., 5789
XIII, p. 207, tab. I-II (absque diagnosi). — Sporodochiis pulvinatis, confluentibus, endocarpicis, ex albo rubentibus v. virescentibus, filiformibus, parce ramosis, non v. obsolete septatis; conidiophoris semel v. bis verticillato-ramosis, cylindraceo clavatis; conidiis fusoideo-falcatis rarius rectiusculis, utrinque acutis, carneis, maturis 3-5-septatis, ad septa demum constrictis, 48 × 3,6, non raro conidiis multo brevioribus.

Hab. in interiore fructuum et seminum Piri Mali varietatum pr. Zürich Helvetiæ. — Fructus fungo correpti intus nigrescunt, putrescunt et amare olent, unde morbi nomen *Bitterfäule*.

8. **Fusarium gemmiperda** Aderhold in Zeitsch. f. Pflanz. 1901, p. 70, 5790
tab. II (absque diagnosi). — E pallido dilutissime roseum; mycelio

gemmas pervadente, filiformi, varie ramuloso, septato; ramulis conidiophoris subverticillatis, numerosis; conidiis anguste teretifusoideis, leniter curvis, utrinque obtusulis, 3-6-septatis, plerumque 3-4-septatis, ad septa vix constrictis, 35-45 × 4-4,5, ex hyalino tandem dilutissime roseis.

Hab. in gemmis, quas valde vexat, Pruni Cerasi v. acidæ, Proskau Germaniæ.

9. **Fusarium eucalypticola** P. Henn. F. Austral. occ. II, in Hedw. 1901, p. 355. — Maculis alutaceis, exaridis; sporodochiis sparsis erumpentibus, discoideis v. pulvinatis, minutis 150-180 μ. diam., cinnabarinis; conidiis cylindraceis curvulis, basi obtusis, apice acutis, pluriguttulatis, 45-55 × 2-2,5, hyalinis. 5791

Hab. in foliis vivis Eucalypti laurifoliæ prope Cranbrook Austr. occid.

10. **Fusarium coccidicola** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 57. Coccidicola; sporodochiis effusis, ceraceis, cinnabarinis; hyphis fasciculatis, simplicibus, septatis, hyalino-roseis, 100-250 × 4; conidiis elongato-fusoideis, falcatis, apice subacutiusculis, pluriguttulatis vel obsolete septatis, hyalino-subcarneis, 80-100 × 3,5-4. 5792

Hab. in Coccide ad folia Camelliæ Theæ, Ost-Usambara Africæ orient. (Zimmermann).

11. **Fusarium Theobromæ** Appel et Strunk, Einig. Kamer. Theobr. Pilze, p. 10, f. 12-13 (Centralbl. Bakt. II Abt. 1903). — Sporodochiis effusis, forma indefinita, vulgo pulvinatis, achrois; conidiophoris ramosis; conidiis hyalinis, primo ellipsoideis, continuis, demum fusiformibus, leniter curvis, utrinque acutis, 45-75 × 5-7, pluriseptatis. 5793

Hab. in fructibus seminibusque Theobromæ Cacao, Victoria Kamerun Afric. occid. (Strunk). — Forte st. conidicus *Nectriæ camerunensis.*

12. **Fusarium Serjaniæ** Syd. in Hedw. 1901, pag. (2). — Sporodochiis hypophyllis, maculis pallidis insidentibus, aggregatis, subpulvinatis, ceraceis, ochraceo-roseis, circularibus, minutis ca. 0,5 mm. diam.; sporophoris fasciculatis, erectis, simplicibus vel parce ramosis, hyalinis ca. 40 μ. longis, 2 μ. latis; conidiis acicularibus v. filiformibus, rectis v. leniter curvulis, utrinque rotundatis, 6-8-septatis, hyalinis, 55-75 × 2,5-3,5. 5794

Hab. in foliis vivis Serjaniæ racemosæ, Tehuacan Mexico (Pringle).

13. **Fusarium Derridis** P. Henn. in Hedw. 1902, p. (66). — Acer- 5795

vulis pulvinato-planis, effusis, 1-2 mm. diam., roseis, sparsis; conidiophoris fasciculatis, dichotomis, hyalinis ca. 60-65 × 3; conidiis fusoideis, falcatis, hyalinis, 7-septatis, nubulosis, haud constrictis 60-75 × 4-5.

Hab. in leguminibus junioribus Derridis, in Nova-Guinea (Tappenbek).

14. **Fusarium Pentaclethræ** P. Henn. Fungi Amaz. IV, in Hedw. 1905, p. 71. — Sporodochiis epiphyllis erumpenti-superficialibus, pulvinatis, roseis, ca. 0,3 mm. diam.; hyphis fasciculatis, septatis, ramosis, hyalinis; conidiis fusoideo-falcatis, acutis, hyalinis, 50-60 × 3 1/2-4, 3-6-septatis haud constrictis. 5796

Hab. in foliis Pentaclethræ, Manáos, Rio Negro, Amazoniæ.

15. **Fusarium uniseptatum** v. Höhnel in Ann. Mycol. 1903, I, p. 409. Sporodochiis erumpentibus, compactis, figuratis, albis vel pallidis, 1/2-5 mm. latis, gregariis v. confluentibus; hypostromate c. 40 μ. crasso, parenchymatico, e cellulis c. 4-8 μ. latis formato, sporophoris septatis, cylindraceis, infra simplicibus, supra parallele ramosis, dense stipatis, c. 80 μ. altis obtecto; conidiis numerosissimis, muco conglobatis, non catenulatis, acro-pleurogenis, rectis, utrinque obtusiusculis, semper uniseptatis, hyalinis, eguttulatis, 18-22 × 2-3. 5797

Hab. ad fructus putrescentes Gleditschiæ Triacanthi, Vindobonæ, loco « Prater » dicto Austriæ.

16. **Fusarium Nicotianæ** Oud. Beih. Bot. Centr. 1902, pag. 19. — Amœne roseum; hyphis repentibus hyalinis, ramosis, septatis; hyphis erectis, hyalinis, alternatim brevissime ramosis; ramis singulis conidio fusiformi, curvato, vulgo 3-septato, 4-nucleato 18-28 × 4, oneratis. 5798

Hab. in foliis putrescentibus Nicotianæ Tabaci, Bussum Hollandiæ.

17. **Fusarium gracile** Mc Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, p. 554. — Sporodochiis minutis, sessilibus, rotundatis vel ellipticis, gregariis vel late effusis; conidiophoris in acervo rubris, separatim hyalinis, radiantibus, septatis, non constrictis, 120 × 3-5; conidiis hyalinis, fusoideis, curvatis, utrinque acutis, 3-5-septatis, ad septa non constrictis, 70 × 2,5, guttulatis. 5799

Hab. in stipitibus floralibus Lobeliæ gibbosæ, Sandringham, Victoria Australiæ. — *Fusario roseo* affinis species.

18. **Fusarium Eichlerii** Bres. Fungi Polonici in Ann. Mycol. 1903, p. 130. — Sporodochiis superficialibus, pulvinato-convexis, car- 5800

nosulis, ex albo mox incarnatis, sæpe confluentibus, ætate scrobiculatis, subtomentosis; hyphis valde ramosis, ramis verticillatis v. pluries furcato-dichotomis, basi 4 μ. apicem versus 2 μ. crassis; conidiis acrogenis, hyalinis, cylindraceis v. subclavatis, rectis, raro curvulis, 1-3-septatis, 18-24 × 4-5.

Hab. ad corticem ramorum Salicis capreæ in Polonia. — Adsunt rudimenta peritheciorum.

19. **Fusarium quercicola** Oud. Contr. à la Fl. Myc. des Pay-Bas XVIII, pag. 777. — Sporodochiis globosis 210 μ. diam. pallide ochraceis; hyphis erectis pluries dichotomis; conidiis acrogenis, fusiformibus, curvulis, utrinque acutis, sæpe basi truncatis, 5-septatis, ad septa non constrictis, 50 × 6-7. 5801

Hab. in foliis Quercus rubræ, Bussum Hollandiæ.

20. **Fusarium candidum** (Willk.) Sacc. *Fusidium candidum* Willk. Die mikroskop. Feind etc. p. 103, t. V-VI-VII, nec Alior. — Cæspitulis minutis albis, erumpentibus; hyphis sterilibus intricato-ramosis, anastomosantibus, septatis; conidiophoris dense parallele stipatis modo simplicibus, modo ramulosis continuis, vix curvulis conidii longitudinem æquantibus; conidiis tereti-fusiformibus utrinque obtusulis, vix curvulis 4-5-septatis, non constrictis, intus minute granulosis, hyalinis, 45-50 × 4-5 (ex icone). 5802

Hab. in ramulis tenellis adhuc vivis denique necatis et atratis Fagi silvaticæ in Germania.

21. **Fusarium versiforme** Kabát et Bubák, Hedw. 1905, XLIV, p. 358. — Maculis amphigenis, irregularibus, immarginatis, sæpe areas latas folii occupantibus, alutaceis vel brunneolis, demum expallentibus, sordide albis, senio arescentibus et diffractis; sporodochiis 250 μ. diam., utrinque erumpentibus, convexis, compactis, ceraceis, dilute rubentibus, demum plus vel minus tomentosulis et roseis; conidiis falcatis, rarius rectis, continuis, demum 3-5-septatis, 25-46 × 4-5, utrinque acutiusculis hyalinis; conidiophoris conidio brevioribus, hyalinis basi cæspitoso-conjunctis. 5803

Hab. in foliis vivis Funkiæ albomarginatæ cultæ prope Turnau Bohemiæ.

22. **Fusarium Spartinæ** Ell. et Ev. in Journ. of Mycol. 1902, vol. 8, p. 14. — Sporodochiis floccosis luteo-pallidis; hyphis e basi minuta, tremelloidea assurgentibus, superne ramosis, hyalinis; conidiis terminalibus, oblongo-ellipticis vel oblongo-fusoideis, 1-3-septatis, rectis, 12-15 × 3-4, utrinque obtusis. 5804

Hab. in foliis emortuis Spartinæ strictæ, Pacific Grove in California (R. M. Horner).

23. **Fusarium nivale** Sorauer in Zeitschr. f. Pflanzenk. 1901, p. 217. 5805
— Effusum, ex albo griseo-rubescens; conidiis fusiformibus, curvatis, 30–36 × 4.

Hab. in agris, præcipue ubi Secale jam satum est, nive deliquescenti adhuc velatis, in Germania.

24. **Fusarium laxum** Peck in Rep. of the State botanist, 1902, p. 30. 5806
— Cæspitulis minutis, liberis, gregariis, albis; hyphis fertilibus tenuibus; conidiis constricto-fusiformibus, subcurvulis, 3-5-septatis, hyalinis, 20-40 μ. longis.

Hab. in caulibus Equiseti hiemalis, Delmar Amer. bor.

25. **Fusarium lichenicolum** C. Massal. apud. Sacc. in Ann. Mycol. 5807
1903, p. 223. — Sporodochiis subeffusis, byssoideis, minutis, applanatis, ambitu variis, pallide fulvis; hyphis sterilibus arachnoideo-intertextis, septatis; fertilibus sursum attenuatis, parce ramosis; conidiis terminalibus solitariis, rectis, elliptico-oblongis, utrinque obtusiuscule rotundatis, 1-4-septatis, ad septa non vel vix constrictis, sub microscopio vix chlorinis, 27–32 × 7-8.

Hab. parasiticum in thallo Candelariæ vulgaris ad truncos Piri, Tregnago prope Veronam Italiæ bor. — A ceteris speciebus lichenicolis probe diversum et conidiis rectis parce ramosis a typo generis satis recedens.

26. **Fusarium equinum** Növgaard, Scienc. N. S. 1901, p. 899, sec. cit. in Rev. Mycol. 1903, p. 54 (absque diagnosi).

Hab. in Equis, quibus epizootiam affert, Pendleton Oregon Amer. bor.

Subgen. *Fusamen* Sacc.

27. **Fusarium Platanoidis** Oudem. Contr. XX, Mycol. Pays-Bas, 1904, 5808
p. 1131 (Ned. Kruidk. Arch.). — Sporodochiis erumpentibus, laciniis corticalibus cinctis, subparallele seriatis, prominulis, 2-3 mm. diam. subinde incarnatis, hypostromate carnoso ex hyphis hyalinis tenuibus intertextis formato, sursum in basidia monospora simplicia v. ramosa, inflatula abeunte; conidiis elongatis rectis v. vix curvulis, continuis, utrinque rotundatis vel acutis, immo interdum apiculatis, 20-25 × 3, hyalinis.

Hab. in ramis Aceris platanoidis, Nunspeet Hollandiæ (Oudemans).

28. **Fusarium Vogelii** P. Henn. Zeitschr. f. Planzenkrank. 1902, XII, 5809

p. 16. — Maculis rotundatis, explanatis, fuscis, exaridis; sporodochiis erumpentibus, hypophyllis, interdum epiphyllis, minutis, angulato-pulvinatis, ceraceo-carnosis, pallide carneis; conidiis bacillaribus vel oblonge fusoideis, rectis vel flexuosis, utrinque obtusiusculis vel subacutiusculis, hyalinis, minutissime guttulatis, continuis, 45-70 × 2,5-3; basidiis furcatis, hyalinis.

Hab. in foliis Robiniæ Pseudo-Acaciæ, Tamsel Germaniæ (P. Vogel). Teste v. Höhn. congruit cum *Septoria* (Phæospora) *curvata* (Rab.) Sacc.

PIONNOTES Fr. — Syll. IV p. 725, X p. 730, XVI p. 1103.

1. **Pionnotes flavicans** Sacc. et D. Sacc. Atti Ist. Ven. Sc. Lett. ed 5810
Arti, tom. LXI, Venetiis 1902, p. 720. — E disco culmi erumpens, effusa, pallide flavicans, subgelatinosa, glabra; hyphis plurimis parallele constipatis, filiformibus, modo simplicibus, modo sursum furcatis, noduloso-denticulatis, apiceve inflatis, subcontinuis; conidiis nunc (junioribus?) ovoideis, nunc tereti-falcatis, 1-3-septatis, 35-45 × 5, nunc fusoideis, leniter curvis, constricto-4-5-septatis, 50-60 × 6-7, subhyalinis.

Hab. in disco reciso culmi Bambusæ mitis, in horto botanico Padova Italiæ bor. — **Forma** heteroclita, mycelio fungorum aliorum commixta.

2. **Pionnotes Polysciatis** P. Henn. in Engl. Bot. Jahrb. 1903, p. 57. 5811
— Sporodochiis subtremellosis, in sicco coriaceis, gregarie effusis, hypophyllis, in villo nidulantibus, cinnabarinis; hyphis septatis, dichotomis, 4-5 μ. cr., ex hyalino subcarneis; conidiis oblonge cylindraceis, rectis vel curvulis, utrinque obtusis, 3-4-septatis, carneis vel rufo-fuscidulis, 30-55 × 5-7.

Hab. in foliis Polysciatis polybotryos, Ost-Usambara Africæ orient. (Zimmermann).

Sect. 4. Dictyosporæ.

SPOROCYSTIS Morgan in Journ. of Mycol. 1902, pag. 169 (Etym. *spora* et *cystis* vesica, quasi conidia vesiculis referta). — Sporodochia globulosa, carnosula, alba, ex hyphis mycelicis tenuibus hyalinis oriunda. Conidiophora in contextum laxum parenchymaticum connexa. Conidia celluloso-clathrata, hyalina in conidiophororum extremitatibus plus minus distinctis acrogena.

1. **Sporocystis condita** Morgan l. c. — Sporodochiis latis, subglobo- 5812

sis, 1-2 mm. diam. raro confluentibus, carnosis, albis; conidiis stratum densum superficialem efformantibus, in hyphis hyalinis, parenchymatico-contextis globulisque oleosis refertis acrogenis, subglobosis, albis, 50-70 μ. diam. celluloso-pluriseptatis; cellulis singulis 9-11 μ. diam., oleoso-guttulatis.

Hab. in foliis putrescentibus, in silvis, Preston, Ohio Americæ borealis.

SARCINODOCHIUM v. Höhn., Œsterr. bot. Zeitschr. 1905, pag. 16 (Etym. ***sarcina*** et ***docheion*** receptaculum, ob conidia sarciniformia). — Sporodochia superficialia, applanata, gelatinosa, læte colorata, conidiophora brevia, simplicia v. parce vage ramulosa ex contextu basilari laxe celluloso oriunda. Conidia in apice conidiophororum conglobata, nunc continue nunc cruciatim 2-4-septata, globulosa v. oblonga, hyalina. Saprophyticum.

1. **Sarcinodochium heterosporum** v. Höhn. l. c. — Sporodochiis ochraceis vel subaurantiis, 0,3-3 mm. diam., subrotundis v. oblongis; cellulis basilaribus laxis usque 24 μ. diam., exterioribus elongatis et in basidia usque 40 × 3-6, indivisa vel ramosa sensim abeuntibus; conidiis in apice basidiorum 3-5 congestis, versiformibus e globoso vel piriformi angulosis, 10-18 × 7-10, continuis, dein 2-3-cellularibus et cruciatim 4-cellularibus, hyalinis, guttulis oleosis farctis. 5813

Hab. in caulibus et foliis putridis ad terram in Austria. — Habitus tremellinus.

Sect. 5. Staurosporæ.

ÆGERITOPSIS v. Höhn. Ann. Mycol. 1903, p. 532 (Etym. ab *Ægerita,* quam habitu æmulatur). — Sporodochia subglobosa, sessilia, tenuissima, farinacea, epixyla, superficialia, ex hyphis radiantibus, brevibus, crassiusculis, torulosis, coralloideo-ramosis formata. Conidia pallida, valde irregularia, varie breveque ramosa vel lobata, e cellulis compluribus uniseriatis formata. — Genus ex typo *Illosporii, Strumellæ, Ægeritæ,* ubi conidia a conidiophoris vix distinguuntur.

1. **Ægeritopsis nulliporoides** v. Höhn. l. c. — Sporodochiis gregariis, sæpe confluentibus, subglobosis, sessilibus, farinaceis, dilute roseis, 40-80 μ. latis; hyphis brevibus, torulosis, coralloideo-ramosis, e 5814

cellulis crassiuscule tunicatis, c. 6-7 μ. latis et altis formatis; conidiis dilutissime roseis, varie breveque ramosis vel lobatis, multiformibus, ex serie una cellularum crassiuscule tunicatarum, varie breve ramosarum rotundato-cuboidearum, 6-8 μ. lat. formatis, 16-28 μ. long. et latis.

Hab. ad lignum vetustum Abietis pectinatæ (?) ad montem Stuhleck Styriæ superioris. — « Nulliporoides » vocata propter similitudinem cum *Nullipora* ex Rhodophyceis.

Sect. 6. Helicosporæ.

HOBSONIA Berk. — Syll. XI p. 653.

1. **Hobsonia Ackermanni** Pat. Champ. de la Guadeloupe, Ser. III, in Bull. Soc. Myc. de France t. XVIII, fasc. II, 1902, cum icone. — Sporodochiis tuberculiformibus, albidis, hemisphæricis v. convexo-incavatis, gelatinosis, sparsis vel confluentibus, 10-15 mm. diam.; hyphis sterilibus simplicibus, 4-5 μ. cr., hyalinis, divergentibus, per stratum gelatinosum transeuntibus; hyphis fertilibus gracilibus erectis v. spiraliformibus in singulum conidium disinentibus; conidiis filamentoso-cylindraceis, apice incrassatulis, 15 μ. crass. dense septatis, tubulum oblongum 45-50 μ. diam. formantibus, granulis luteolis repletis. 5815

Hab. in ligno emortuo, putrescenti, Guadalupa Americæ centr. — A *H. gigaspora* Berk. magnitudine sporodochii et forma conidiorum differt.

Ser. 2. Tuberculariеæ dematieæ Sacc.

Sect. 1. Amerosporæ.

SPILOMIUM Nyl. Prodr. lich. Gall. pag. 91 (Etym. *spilos* macula) *Spiloma* Ach. et Auct. p. p. — Sporodochia lichenicola, nigra, pulvinata, compactiuscula, subsphæriiformia. Conidia globosa vel ellipsoidea, continua, fuliginea. — Est quasi *Coniosporium* cumpactum, pulvinatum vel *Sclerococcum* conidiis continuis.

1. **Spilomium Graphideorum** Nyl. Lich. Paris. n. 72, Linds. Obs. p. 536, t. XXIV, f. 11, *a–c*. — Sporodochiis orbicularibus v. irregularibus confluentibusque, convexis, asperulis; conidiis sphæricis 5816

vel ellipsoideis, crassiuscule tunicatis, fuligineis subinde subcohærentibus, 6-7 μ. diam.

Hab. in thallo subfarinaceo dealbato Graphidearum prope Parisios Galliæ.

2. **Spilomium siliceum** (Fée) Nyl. Prodr. lich. Gall. p. 91, Huc. Add. 5817
Nyl. p. 326, *Gassicurtia silacea* Fée (sic) in Mérat. Fl. Paris. ed III, p. 252, Nyl. Lich. Paris. n. 150, Linds. Obs. p. 542, t. XXIV, f. 9, *a-d.* — Sporodochiis pulvinatis, basi insculptis, nigris, compactiusculis, subhemisphæricis; conidiis sphæroideis, atro-brunneis, crassiuscule tunicatis, extus minute granulosis, 8–11 μ. diam., intus 1-2-nucleatis.

Hab. in thallo et apotheciis Lecanoræ atræ ad rupes siliceas, prope Parisios Galliæ.

EPICOCCUM Link — Syll. IV p. 736, X p. 732, XI p. 654, XIV p. 1129, XVI p. 1104.

1. **Epicoccum Davidssonii** Rostr. Islands Svampe in Bot. Tidsskrift, 5818
Copenhagen, 1903, vol. 25, pag. 324. — Sporodochiis globulosis, cellulosis, dense gregariis, epiphyllis, nervisequiis, nigris, punctiformibus; conidiis ellipsoideis, atris, levibus, 40-50 × 20, pedicello hyalino, cylindraceo, sæpe curvato, 25-30 μ. longo.

Hab. in foliis Geranii silvatici in insulis Daniæ.

2. **Epicoccum Eucalypti** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 311. — Maculis 5819
effusis, exaridis; sporodochiis amphigenis, gregarie sparsis, atro-brunneis, subglobosis 80-120 μ. diam.; conidiis angulato-sphæroideis, verrucoso-granulatis, areolatis, atro-fuscis, 14-24 μ. diam.; conidiophoris cuneatis, fuscidulis, 1-septatis, 5 × 3.

Hab. in foliis Eucalypti pulverulenti in horto botanico S. Paulo Brasiliæ.

3. **Epicoccum fructigenum** Mc Alp. Fungus diseases Stone-fr. trees, 5820
Melbourne 1902, p. 89, tab. XIX, fig. 33 et 34. — Sporodochiis gregariis, confluentibus, nigris, maculis rubris insidentibus; hypostromate convexo, olivaceo, hyphis septatis composito; conidiis stipatis, piriformibus, olivaceis, reticulatis, verrucosis, 24-28 × 17-23; pedicellis brevissimis, hyalinis, in stromate immersis.

Hab. in fructibus adhuc stantibus Pruni, Burnley, Victoria Australiæ. — A *E. granulato* Penz. differt colore hypostromatis et conidiis pedicellatis et piriformibus.

4. **Epicoccum Ligustri** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 311. — Maculis 5821
pallidis indeterminatis; sporodochiis aggregatis vel sparsis, hypo-

phyllis, subglobosis, atro-brunneis 120-200 μ. diam.; conidiis sphæroideis, atro-olivaceis, dense granulato-verrucosis, obsolete areolatis, 14-20 μ. diam.; conidiophoris fasciculatis subclavatis vel cuneatis, simplicibus carneis vel fuscidulis, 6-14 × 4-8.

Hab. in foliis Ligustri vulgaris, in horto botanico, San Paulo Brasiliæ.

5. **Epicoccum angulosum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 258, 5822
Ic. fung. Jav. t. LXXX, f. 1. — Sporodochiis gregariis, pulvinatis, subsuperficialibus 250 μ. diam., atris; hypostromate compactiusculo ochraceo; basidiis e stromate radiantibus clavulatis aterrimis, continuis; conidiis e globoso angulosis (obtuse tetra-hexagonis) 10-15 × 10-11, levibus, homogeneis, concoloribus.

Hab. in caudicibus levigatis putridis plantæ ignotæ in horto bot. Bogoriensi Javæ. — Hypostromate ochraceo, conidiis eximie angulosis basidiisque aterrimis dignoscitur.

6. **Epicoccum majus** E. Rostr. Norske Ascom. 1904, p. 40 (Vidensk. 5823
Skrift. Christian.). — Sporodochiis gregariis, atro-brunneis, hypostromate convexo; hyphis hyalinis, articulatis; conidiis magnis, rufis, obovoideis v. piriformibus, verrucoso-rugosis, 60-65 × 40-45; pedicello dilutiore brevissimo.

Hab. in ligno populino putrido, Bogstadasen Norvegiæ.

7. **Epicoccum Pandani** P. Henn. Fungi S. Paulenses I, in Hedw. 5824
1902, p. 118. — Maculis pallescentibus effusis; sporodochiis amphigenis, gregariis; hypostromatibus subhemisphæricis vel globosis, atro-violaceis; conidiis stipitatis, subglobosis, reticulatis, granulato-verrucosis, olivaceis 15-25 μ. diam, stipite fuscidulo vel hyalino, 6-8 × 4-5.

Hab. in foliis Pandani Veitchii, in horto botanico S. Paulo Brasiliæ.

8. **Epicoccum Tritici** P. Henn. in Hedw. 1904, p. 146. — Sporodo- 5825
chiis sparse gregariis, in maculis minutis flavido-rufidulis, subhemisphæricis v. depressis, cinnamomeis, ca. 70-100 μ. diam.; conidiis subglobosis, areolatis, granulato-verrucosis, atro-brunneis, 13-20 μ. diam., sessilibus vel brevissime conoideo-stipitatis.

Hab. in spicis Tritici vulgaris, Musashi in Mt. Takáo Japoniæ (Nambu).

9. **Epicoccum microscopicum** P. Henn. in Hedw. 1902, p. 311. — 5826
Maculis oblongis, irregularibus v. marginalibus, albidis, exaridis, zona atro-brunnea circumdatis; sporodochiis epiphyllis, gregarie sparsis, minutissimis, atris, globulosis, 40-50 μ.; conidiis sphæroi-

deis, granulato-verrucosis, minute reticulatis, cinnamomeis, 8-13 µ., subsessilibus vel brevissime pedicellatis.

Hab. in foliis Graminaceæ cujusdam, in horto botanico, S. Paulo Brasiliæ.

STRUMELLA Fr. — Syll. IV p. 742, X p. 733, XI p. 655, XIV p. 1129, XVI p. 1104.

1. **Strumella piricola** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 1903, 3 Ser. II, 4, pag. 925. — Sporodochiis initio tectis, dein erumpentibus, in pseudostromate plano insidentibus, subglobosis, 0,3-1 mm. diam., olivaceo-brunneis, nucleo albo; sporodochii pseudoparenchymate parvicellulari e cellulis polygonalibus hyalinis composito; conidiis olivaceo-pallidis, solitariis, acrogenis, sessilibus, ovoideo-oblongis vel ovoideo-lanceolatis vel fusiformibus, utrinque attenuatis, continuis, basi applanatis. 5827

Hab. in ramis vivis Piri communis, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

2. **Strumella griseola** v. Höhn. in Ann. Mycol. 1903, pag. 533. — Sporodochiis dense gregariis, sæpe confluentibus, globulosis, griseis, 70-140 µ. latis, ex hyphis levibus, subtorulosis, dilute griseo-brunneo-violaceis, laxe convolutis vel intricatis efformatis; hyphis hinc inde ramosis, e cellulis oblongis, curvulis, leniter inflatis, 13-16 × 6 constantibus; cellulis ultimis (conidiis?) ægre secedentibus, oblongis, supra rotundatis. 5828

Hab. in ligno putrescenti Fagi in valle « Schedinaz » prope Jaize Bosniæ. — A *Strumella olivatra* præcipue colore griseo dignoscitur.

3. **Strumella parasitica** C. Wize, Pilze des Cleon. punctiventr. Crac. 1905, p. 725, fig. 11 (Bull. Acad. Crac.) An *Cladosporium parasiticum* Sorok? (ubi?). — Sclerotio ex cellulis 12 µ. diam. subrotundis hyalinis formato, larvas demum explente; sporodochiis (sclerotia generantibus) olivaceo-nigricantibus; hyphis fasciculatis septatis, hyalinis v. viridi-nigricantibus, 8 µ. cr.; conidiis oblongis, singulis v. binis, continuis, 10-14 × 8, viridi-nigricantibus. 5829

Hab. ad larvas Polyphyllæ fullonis, Ukraina Rossiæ.

4. **Strumella barbarufa** C. Wize, Pilze des Cleon. punctiventr. Crac. 1905, pag. 724, fig. 10 et tab. XV, fig. 9 (cultura) (Bull. Acad. Crac.). — Sporodochiis usque 5 mm. diam. atro-purpureis v. badiis, singulis v. pluribus, usque ad 7 congestis; hyphis sterilibus intra corpus insecti hyalinis, septatis, fasciculatis, 6 µ. cr.; hyphis 5830

fertilibus assurgentibus parce septatis, usque ad 8 μ. cr.; conidiis polymorphis, singulatim acrogenis, continuis, ovoideis, piriformibus, curvulis, atro-purpureis v. badiis, 12-20 × 8-12 (rarius, ex icone, 1-septatis).

Hab. in chrysalidibus larvisque Cleoni punctiventris, unico loco ad 60 exempl. emortua et ad unicam chrysalidem vivam, Ukraina Rossiæ.

5. **Strumella dryophila** (Pass.) Sacc. Ita vocanda *Tubercularia dryophila* Pass. — Syll. IV, p. 646. Nascitur quoque in foliis Quercus pubescentis in agro Veronensi (C. Massalongo). Sporodochia punctiformia, atra, 40-60 μ. diam.; conidiophora in globulum dense stipata, ex basi 2-3-chotome ramosa, 25 × 3-4, olivacea, ramulis extimis angustioribus, pallidioribus, longioribus apice monosporis; conidia globulosa exigua, vix 2 μ. diam., hyalina, demum (perfecte matura?) 3-4 μ. diam. chlorina.

HYMENELLA Fr. — Syll. XVI p. 1105.

1. **Hymenella veronensis** C. Mass. Novit. Fl. Myc. ver. 1902, p. 73. 5831
— Sporodochiis superficialibus, subrotundis, marginatis, apothecioideis, disco dein interdum convexo, nigris 0,5-1 mm. diam.; hyphis fertilibus (basidiis) filiformibus, 2-2,5 μ. crassis, fusco-rubiginosis, fere fuliginoideis, densissimis inter se lateraliter arcte coalescentibus; conidiis endogenis hyalinis, vix chlorinis, subrotundo-ovalibus, 3-3,5 × 2-2,5, ex interiore apicis hypharum catenulatim exsilientibus.

Hab. ad squamas corticales peridermaticas trunci Platani prope Veronam Italiæ bor et in caulibus emortuis Hemerocallidis fulvæ, Vittorio (Treviso) Ital. borealis (D. Saccardo)

HYMENOPSIS Sacc. — Syll. IV p. 744, X p. 735, XVI p. 1105.

1. **Hymenopsis Typhæ** (Fuck.) Sacc. — Syll. IV, p. 745. — Diagnosis ita corrigenda, auctore Oudem. in Proc. Kon. Ak. Wetensch. Amst. 1904, p. 210, tab. II. — Sporodochiis amphigenis, hemisphæricis, inæqualiter distributis, varia magnitudine, 1-1,8 mm. diam., aterrimis, subcutaneis denique expositis, calvis, basi sporigera basilari præditis; basidiis dense fasciculatis, elongato-clavatis, hyalinis, continuis; conidiis oblongis, rectis v. levitor curvis, vulgo inæquilateris, utrinque obtusis, 10 × 4, murinis, 2-4-guttulatis.

Hab. quoque in vaginis Typhæ latifoliæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

EPIDOCHIUM Fr. — Syll. IV p. 747, X p. 735.

1. **Epidochium Xylariæ** v. Höhnel, Fragmente zur Mykologie 1903, p. 45. — Sporodochiis ceraceo-carnosis, submollibus, hemisphæricis vel verruciformibus, intus atro-brunneis, extus viridi-cinereis; conidiis albo-pulverulentis, ex hyphis septatis, ramosis, brunneis, radiatim dispositis denseque coalitis formatis; sporophoris brevibus, sursum leviter clavato-incrassatis; conidiis acro-pleurogenis, hyalinis, solitariis, oblongis, basi acutiusculis, 8-10,5 × 2-4,5 continuis. 5832

Hab. in stromate Xylariæ polymorphæ ad mt. Schneeberg, prope Baumgartnerhaus Austriæ inf

CHÆTOSTROMA Corda — Syll. IV p. 749, X p. 736, XI p. 655, XIV p. 1130.

1. **Chætostroma graminis** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, p. 178. — Sporodochiis convexis vel planis, nigris, rotundatis v. ellipticis 0,5-1 mm. diam., setulis nigris, rectis vel subcurvulis, opacis 175-250 × 6-8 vestitis; conidiis globosis vel subellipsoideis, brunneis, 6-9 μ. diam. 5833

Hab. in foliis emortuis Graminacearum Austin Texas Amer. bor. — A *Ch. aterrimo* (Cooke) Sacc., cui valde affine, absentia macularum linearium distinguendum.

2. **Chætostroma Bambusæ** Pat. Bull. Soc. Mycol. 1904, pag. 138. — Sporodochiis minutis, 70-100 μ. diam., orbicularibus, brunneolis, gregariis, setulis erectis, atro-brunneis, numerosis, inæqualibus, 30-50 × 4-5, simplicibus, non septatis, apice obtusis dense vestitis; basidiis brevissimis, 5 μ. altis, monosporis; conidiis acrogenis, ovoideis, levibus, brunneis, 10-12 × 8-9. 5834

Hab. in culmis et foliis Bambusæ cujusdam, forte Schizostachydis glaucifoliæ, in insulis Gambier (L. Seurat).

3. **Chætostroma fimicolum** Mass. et Salm. Coproph. fungi II, p. 87, fig. 67-68. — Sporodochiis gregariis, superficialibus, discoideis, planis, primo pallidis dein atris, setulis inæqualibus 300-400 × 9-12, sursum attenuatis, septatis, cæruleo-nigris, dense vestitis; conidiophoris filiformibus, dense confertis, pallidis 40 × 3; conidiis acrogenis, ellipsoideis, continuis, 5-6 × 2,5-3, olivaceis. 5835

Hab. in fimo cuniculorum, Reigate Britanniæ.

EXOSPORINA Oudemans in Koninkl. Akad. van Wetenschappen Amsterdam 1904, pag. 498 (Etym. ab *Exosporio*, cui affinis). — Fungi erumpentes v. expositi, hypostromate nullo v. parum evoluto prædíti. Conidia in catenas stipatas digesta, singulatim secedentia, homomorpha, continua, colorata. — Affinis *Exosporio* et *Trimmatostromati*, differt tamen hypostromate subnullo, conidiis catenulatis secedentibus, subcontinuis.

1. **Exosporina Laricis** Oud. l. c. cum icone. — Stromatibus amphigenis, expositis, punctiformibus, nigris, catenas conidiorum longiusculas, in placentam convexam arcte condensatas gerentibus; conidiis primo angulatis, denique globulosis, continuis, 5-6 × 5, singulatim secedentibus, ferrugineis. 5836

Hab. in acubus Laricis deciduæ prope Nunspeet Hollandiæ (C. A. G. Beins).

Sect. 2. **Didymosporæ.**

PUCCINIOPSIS Speg. — Syll. X p. 737.

1. **Pucciniopsis Caricæ** Earle, Bull. New York Bot. Gard. 1902, p. 340. — Hypophylla; maculis suborbicularibus 1-1,5 mm. diam., pallidis, brunneo-marginatis et sub sporodochio nigrescentibus; cæspitulis nigris, orbicularibus, dense congestis, subinde subconfluentibus 50-100 μ. diam.; hyphis conidiophoris dense stipatis clavato-cylindraceis, brunneis, continuis 40-50 × 7-8; conidiis pallide fuscis, obovatis v. subellipticis, rugosulis, obtuse papillatis, initio continuis, maturitate 1-septatis, parce constrictis, superne rotundatis, inferne constrictis, 18-20 × 8-10. 5837

Hab. in foliis languidis Caricæ Papayæ in insula Sanibel, Florida Amer. bor.

EPICLINIUM Fr. — Syll. IV p. 754, X p. 738, XVI p. 1105.

1. **Epiclinium Negerianum** Sacc. et Syd. Ann. Mycol. 1904, p. 173. — Sporodochiis subsuperficialibus, late effusis, ramos vivos ambientibus et vix tumefacientibus, atris, crustuliformibus, superficie leviter granulosa; conidiis superficialibus, ellipsoideis v. globoso-ovoideis, 1-septatis, non vel vix constrictis, 4-5 × 3-3 $^1/_2$, fuligineis, biguttulatis; basidiis subnullis. 5838

Hab. in ramis vivis Ephedræ andinæ, in Andibus pr. Vil-

larica, Chile (F. W. Neger). — In diagnosi gen. *Epiclinii* est addendum: sporodochium subinde effusum, crustiforme.

HYPHASTER P. Henn. in Ergebn. der Kunene Sambesi Expedit. p. 169 (1902) (Etym. *hypha* et *aster*). — Sporodochia annuliformia asteroidea, ex hyphis fuscis conflata, basi hyphis repentibus circumdata. Conidia ovoidea v. ellipsoidea, 1-septata, intra annulum in apice conidiophori brevis inserta.

1. **Hyphaster kutuensis** P. Henn. l. c. — Stromatibus superficialibus, punctiformibus, atris, ca. 100 μ. diam., ex hyphis fuscis compositis, annuliformibus, margine asteroideis lobatis, hyphis repentibus ramosis, septatis, fuscis 3-5 μ. cr. circumdatis; conidiis in apice conidiophori brevis intra annulum insertis, ovoideis, 1-septatis, vix constrictis, atro-castaneis, 20-30 × 15-18, levibus. 5839

Hab. in foliis vivis Combreti Baumii, Kutue Afr. austr.

Sect. 3. Phragmosporæ.

LISTEROMYCES Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 58, Ic. fung. Jav. t. LXXX, f. 2 (Etym. ab anglo Arthuro Lister, eximio Myxomycetum monographo). — Sporodochia verticaliter cylindracea v. clavata, interdum bifida, carnosula, majuscula, extus atra, glabra, intus alba, ex hyphis teretiusculis dense ramoso-intricatis contexta. Sporophora superficiem sporodochii fere totam obtegentia, patula, brevissima, cellulis conico-papillatis, fuscescentibus, 1-septatis intermixta. Conidia ovoidea, crebro transverse septata, atra. — Genus cum nullo noto comparandum, prædistinctum. *Exosporium* obiter visum accedit, sed structura omnino alia.

1. **Listeromyces insignis** Penz. et Sacc. l. l. c. c. — Sparsus v. laxe gregarius, niger, teretiusculus, obtusus, rarius subcompressus vel bifidus, 1,5-3 mm. altus, 1-1,2 mm. cr., carnosus, demum fragilis; sporophoris brevissimis, cellulis (paraphysibus) conicis, 1-septatis 20-25 μ. longis, apice fuscis intermixtis; conidiis magnis, ellipticooblongis, basi acutiusculis, apice rotundatis, 47-51 × 24-25, aterrimis, crebro 7-8-septatis, minute verruculosis, loculis 1-guttulatis. 5840

Hab. in ligno putrido, Tjibodas Javæ. — Conidia *Oniscum* seu *Asellum* in mentem revocat. Exemplaria deminuta v. detruncata caute ab *Exosporio* distinguenda.

EXOSPORIUM Link. — Syll. IV p. 755, X p. 738. XI p. 656.

I. *Eu-Exosporium*. Conidia levia.

1. **Exosporium brasiliense** Sacc. et Syd. in Atti congr. bot. Palermo 1902, p. 59. — Sporodochiis gregariis, globoso-hemisphæricis, hypophyllis, punctiformibus, fuligineis; hyphis dense fasciculatis, radiantibus, varia longitudine. 7–8 μ. cr., parce septatis, apice obtusulis, fuligineis; conidiis acrogenis, oblongo-fusoideis, utrinque obtuse tenuatis v. subrotundatis, plerumque 2-septatis, non constrictis, 55-60 × 14, dilutissime brunneis. 5841

Hab. in foliis adhuc morientibus Alchorneæ in Brasilia.

2. **Exosporium megalosporum** Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 259, Ic. fung. Jav. t. LXXX, f. 3. — Sporodochiis gregariis, superficialibus, convexo-pulvinatis, 500-750 μ. diam., aterrimis, duriusculis; sporophoris teretiusculis, radiantibus, 90 × 12, parce septatis, fuligineis, sursum pallidioribus, intermixtis hyphis longioribus (sterilibus?); conidiis obclavatis, basi obtusis, fulvo-fuligineis, sursum tenuatis, pallidioribus, 3-5-septatis, non constrictis, crasse tunicatis 100-150 × 15-16. 5842

Hab. in foliis putrescentibus Caryotæ, in horto bot. Bogoriensi in insula Java

3. **Exosporium cæspitosum** Ell. et Barth. in Journ. of Mycol. 1902, pag. 178. — Sporodochiis cæspitosis, in greges 10–20 congestis erumpentibusque, obovatis vel irregularibus, 0,5-1 mm. diam., ferrugineo-brunneis, dein deciduis, subconnatis, hypoxyliformibus, contextu griseo-albido; conidiis diu globosis 10-12 μ. diam., dein obovatis 50–60 × 18-20, brunneis, 3-4-nucleatis, 2–3-pseudoseptatis; sporophoris brunneis 1-2-septatis, 10-20 × 5-6. 5843

Hab. in ramis emortuis Betulæ?. Mackinac Island, Michigan Amer. bor. (E. T. Harper). — Ab aliis speciebus affinibus forma cæspitosa præcipue differt.

4. **Exosporium biformatum** v. Höhnel Fragm. zur Mykol. 1903, p. 46. — Sporodochiis pulvinatis, minutissimis, sub lente modo visibilibus, duris, superficialibus; hypostromate sporigero tenui, hyalino, compacto vel plus minus dissoluto, e cellulis sphæroideis vel ovoideis, dense stipatis vel plus minus laxe toruloideo-aggregatis, formato; sporophoris brevibus, densis; conidiis dilute griseo-brunneis, in apice obtuso vulgo pallidioribus, 20–60 × 7-10, cylindraceis vel clavatis, 4-10-septatis. 5844

Hab. in ligno semiputrido, udo Fagi in silvis ad « Gelber Berg » prope Purkersdorf, Wienerwald Austriæ inferioris.

5. **Exosporium Sambuci** Tracy et Earle Plantæ Bakerianæ, fasc. I, fungi p. 36. — Sporodochiis sparsis, interdum confluentibus, epidermide longitudinaliter rupta exertis, 1 cm. longis, convexis v. irregulariter tuberculatis; sporophoris 5-6 μ. diam., septatis, luteolis, sæpe deciduis et ad conidium stantibus, conidiis ovoideis vel obovatis, luteo-brunneis, 3-septatis, non constrictis, 40-44 × 17-20. 5845

Hab. in ramulis emortuis Sambuci melanocarpæ prope La Plata River, Colorado Amer. bor.

II. *Trachysporium* Sacc. Conidia asperula.

6. **Exosporium Henningsianum** Sacc. Ann. Mycol. 1905, p. 171. — Sporodochiis hypophyllis, basi innato superficialibus hinc inde in greges 5-8 mm. latis dense approximatis, pulvinato-hemisphæricis, $^1/_4$-$^1/_2$ cm. d., brunneo-nigricantibus, minutissime velutinis, hypostromate firmo celluloso dilute fulvo-brunneo; conidiis e superficie hypostromatis ubique radiantibus, 20-25 × 6, tereti-clavulatis, 2-3-septatis, non vel vix constrictis, fulvo-brunneis, articulis binis vel singulo apicali distincte asperulis, inferioribus levibus. 5846

Hab. in foliis languidis Vochysiæ sp., Tarapoto Peruviæ (E. Ule). — Pars inferior levis conidiorum quasi basidium considerari potest et tunc pars asperula superior esset conidium verum. Ob hanc notam species a typo *Exosporii* nonnihil recedit et ut subgenus proprium (*Trachysporium*) una cum *Exosp. palmivoro* et sequenti haberi potest.

7. **Exosporium Preisii** Bubák, Ann. Mycol. 1904, p. 460, fig. 20-21, *Cercospora Preisii* Bub. in Rab. Fungi eur. n. 4392. — Maculis amphigenis, subrotundis, usque 5 mm. diam., sordide flavidis, atro-brunneo-marginatis, sæpe confluentibus; cæspitulis olivaceo-brunneis; conidiophoris curvulis, 2-4-septatis, castaneis, usque 45 × 6-7 levibus; conidiis fusoideo-elongatis, apice rotundatis, 80-120 × 8-9, pluri- circiter 12-septatis, non vel vix constrictis, olivaceo-brunneis, asperulis, loculis 1-guttatis. 5847

Hab. in foliis Phœnicis reclinatæ cultæ pr. Pragam Bohemiæ. — *Exosporio palmivoro* americano paraffine, recedit tamen conidiophoris typice curvulis et 1-3-septatis, longioribus, conidiis quoque paullo longioribus et angustioribus. An var. europæa speciei americanæ.

EXCIPULARIA Sacc. Syll. III p. 689, teste v. Höhn. Ann. Mycol. 1904, p. 52, juxta specimina originalia non est ex Excipulaceis, sed ex Tuberculariaceis dematieis phragmosporis et ita definienda: — Sporodochia subglobosa, superficialia, sessilia, atro-brunnea; basi stromatica applanata, cellulosa, pilis brunneis basidiisque simplicibus vel parce ramosis immixtis obtecta. Conidia fusoidea, brunnea, pluri-septata, acrogena, solitaria.

1. **Excipularia fusispora** (B. et Br.) Sacc. l. c. v. Höhn. l. c. — Sporodochiis superficialibus, subglobosis, minutis, sparsis v. aggregatis, sæpe breve seriatim digestis, 70-120 μ. lat. et altis, atro-brunneis; basi stromatica applanata, e cellulis minutis formata, pilis marginem versus densius, medium versus parcius obtecta; pilis dilute brunneis, plus minus incurvis, obtusis, supra sæpe pallidioribus, tenuiter tunicatis, deorsum paulo tenuioribus, 5-6-septatis, 60-90 μ. long., 3-4 μ. crassis, ad basin sæpe 2-pluribus connatis; basidiis immixtis brevibus, hyalinis vel subhyalinis, simplicibus vel parce et breve ramosis; conidiis in ramulis basidiorum acrogenis, solitariis, subtiliter breveque hyalino-stipitatis, plus minus curvatis, brunneis, 6-9-(plerumque 9)-septatis, 36-48 × 4-6½, cellulis extimis curvulis, acutis, hyalinis, ceteris brunneis, uniguttulatis. 5848

Hab. in sarmentis Clematidis Vitalbæ prope Batheaston Angliæ (C. E. Broome) in ramulis Berberidis vulgaris prope Tumpen, Oetzthal Tiroliæ (v. Höhnel).

TRIMMATOSTROMA Corda — Syll. IV p. 757, XIV p. 1131, XVI p. 1107.

1. **Trimmatostroma Padi** E. Rostr. Norke Ascom. 1904, p. 40 (Vidensk. Skrift.). — Sporodochiis disciformibus, subgregariis, atris, 0,5-1 mm. diam.; conidiis catenulatis, fuscis, 3-7-septatis, 40-45 × 7-8. 5849

Hab. in cortice Pruni Padi in Norvegia.

Sect. 4. Scolecosporæ.

SCHIZOTRICHUM Mc Alp. Proc. Linn. Soc. N. S. Wales 1903, p. 562 (Etym. *schizo* findo et *thrix, trichos* seta). — Sporodochia globosa vel subglobosa, erumpentia, dein superficialia, nigra; setæ septatæ erectæ vel subcurvulæ, paucæ vel permultæ. Conidiophora obso-

leta vel basidia hyalina minuta efformantia. Conidia hyalina, filiformia recta v. curvula, 3-pluri-septata.

1. **Schizotrichum Lobeliæ** Mc Alp. l. c. — Cæspitulis elongatis; sporodochiis congestis, globosis vel discoideis, erumpentibus, dein superficialibus, nigris, 130-160 μ. diam. ex hyphis intense olivaceis, dense septatis e valde ramosis, 4-7 μ. cr., compositis; setis intense olivaceis, apice subhyalinis simplicibus septatis, ad septa non constrictis, 70-95 × 4,5-5; conidiophoris obsoletis; conidiis hyalinis, filiformibus rectis vel curvulis, 3-6-septatis, ad septa non constrictis, guttulatis, variabiliter longis, 28-35 × 1-2, sæpe usque ad 50-60 μ. longis. 5850

Hab. in petiolis foliorum et pedunculis fructuum Lobeliæ gibbosæ, Sandringham in Victoria Australiæ.

Sect. 5. **Dictyosporæ.**

BONORDENIELLA Penz. et Sacc. in Malpighia 1901, p. 259, Ic. fung. Jav. t. LXXX, f. 4 (Etym. a doct. H. F. Bonorden guestphalico, de fungis, præcipue de hyphomycetibus bene merito). — Sporodochia erumpenti-superficialia, hemisphærico-pulvinata, atra, subfragilia, superficie pulverulenta, ex hyphis ramulosis, septulatis, ochraceo-fuligineis contexta. Hyphæ exteriores, seu sporophora, vage ramulosæ, parce septatæ, inæquales. Conidia globoso-angulosa, catenulata, inæqualiter cruciatim v. radiatim septata, fuliginea. Est omnino generi *Trimmatostromati* parallelum, sed dictyosporum. Occupabit inter Tuberculariaceas dematieas casulam n. 267, Cfr. Tab. comp. in Syll. fung. XIV, p. 61.

1. **Bonordeniella memoranda** Penz. et Sacc. ll. cc. — Sporodochiis majusculis, gregariis, usque ad 3 mm. diam., inæqualiter hemisphæricis, aterrimis, extus ruguloso-pulveraceis; sporophoris ochraceis 4-5 μ. cr.; conidiis globoso-inæqualibus, 8-12 μ. diam., cruciato- v. radiato-septatis, fuligineis, in catenulas simplices, raro ramulosas digestis. 5851

Hab. in foliis emortuis Coryphæ Gebangæ, Buitenzorg in insula Java. — Species memoranda, fungorum parallelismum clare confirmans.

SPEGAZZINIA Sacc. — Syll. IV p. 758, X p. 739, XIV p. 1131.

1. **Spegazzinia lobata** (B. et Br.) v. Höhn. in litt., *Sporodesmium lo-*

batum B. et Br. — Syll. IV, p. 499 — *Spegazzinia calyptrospora* v. Höhnel Fragm. zur Mykol. 1903, p. 66 (teste auct.). — Sporodochiis hemisphæricis, atris, 250 μ. crassis, e cellulis atro-brunneis, dense stipatis formatis; conidiophoris numerosis, 15-40 × 2-4, deorsum attenuatis et pallidioribus, sursum sensim in conidia brunnea, composito-sarciniformia, supra breviter 3-5-lobata, irregulariter multiseptata, 20-25 μ. crassa, levia, semipellucida abeuntibus.

Hab. in ligno denudato Pini silvestris in silvis «Seeleithen» prope Rossatz Austriæ inferioris.

2. **Spegazzinia meliolicola** P. Henn. Fungi Amaz. III, 1904, p. 398 (Hedwigia). — Sporodochiis atris in mycelio *Meliolæ;* hyphis fasciculatis, filiformibus, septatis, hyalino-fuscidulis ca. 3 μ. crassis, apice conidiophoris; conidiis subcuboideis, plerumque 4-cellulosis, ca. 16-20 μ. diam., cellulis subglobosis vel subhemisphæricis, atrofuscis, 8-10 μ. diam., dense echinatis. 5852

Hab. in foliis Psidii, in mycelio Meliolæ Psidii, Rio Juruá Juruá-Miry Amazoniæ.

3. **Spegazzinia Meliolæ** A. Zimm. in Centralbl. f. Bakt. 1902, II Abt. VIII, p. 221. — Mycelio epiphyllo in illo *Meliolæ Anacardii* parasitico, atro, sed ex hyphis multo tenuioribus formato; conidiis ex cæspitulis rotundis 80 μ. diam. oriundis, in sectione rectangulis, ex 4 cellulis nigricantibus, brevi-spinulosis formatis, 15 et 18 μ. lateraliter longis. 5853

Hab. in foliis Anacardii occidentalis in mycelio Meliolæ Anacardii parasitica, Buitenzorg Javæ.

MYCELIA STERILIA

SCLEROTIUM Tode — Syll. XIV p. 1139, XVI p. 1108.

1. **Sclerotium glaciale** Ferraris in Malpighia 1903, p. 36. — Erumpens, oblongum, longitudine 1,5-2 mm., roseum, convexum, lucidum, intus quoque roseum, e cellulis angulosis compositum. 5854

Hab. in caulibus siccis Phyteumatis hemisphærici, Piccolo S. Bernardo Pedemontii.

2. **Sclerotium Orchidearum** P. Henn. Hedw. 1905, XLIV, p. 177. — Mycelio effuso, pallido vel isabellino, subvilloso-membranaceo, ex hyphis hyalinis, ramosis 2-3 μ. conflato; sclerotiis gregariis in mycelio sitis, globosis, cartilagineo-carnosis firmis, primo pallidis, dein 5855

flavidis deinde atro-brunneis, glabris, levibus, ca. 0,8-1,2 mm. diam., intus pallidis.

Hab. in caulibus Vandæ tricoloris et Dichææ vaginatæ in horto botanico Berolinensi (E. Behnick).

3. **Sclerotium lichenicola** Svendsen Bot. Not. 1899, pag. 219 cum tab. II, Jaap. in Abh. Bot. Ver. Brandenb. 1905, XLVII, p. 99. — Tuberculis minimis, 0,5-1 mm. diam., lenticularibus v. globosis, primo luteolis, demum fuscis, matrici laxe adhærentibus, mycelio griseo-albo tenui primum circumdatis; hyphis aereis fibulis instructis, hyphis intramatricalibus fibulis et haustoriis destitutis; cellulis sclerotii maturi membrana valde incrassata, contentu oleoso; fructificatione (hucusque) nulla. 5856

Hab. parasitice in thallo Anaptychiæ ciliaris, Callopismatis vitellini, Lecanoræ subfuscæ, Parmeliæ olivaceæ, P. saxatilis, Physciæ cæsiæ, Ph. pulverulentæ, Ph. dipoliæ, Ph. tenellæ, Ph. obscuræ, Xanthoriæ parietinæ, Trentepohliæ umbrinæ in Suecia (Svendsen) et Germania (Jaap).

ECTOSTROMA Fr. — Syll. XIV p. 1117.

1. **Ectostroma parvimaculatum** Oud. in Ned. Kruidk. Arch. 1903, 3 Ser. II, 4, p. 926. — Maculis amphigenis, nigris 1-2 mm. d. vel minoribus, angulosis, margine fibrilloso-asteroideo. 5857

Hab. in foliis Corni albæ, Nunspeet Hollandiæ (Beins).

2. **Ectostroma Silenes** D. Sacc. Myc. ital. n. 1400. — Maculiforme, violaceo-nigrum, tumidulum; maculis suborbicularibus, 2 mm. d. 5858

Hab. in foliis radicalibus vivis Silenes nutantis, Montello (Treviso), Aug. 1903. — Verisimiliter stroma juvenile Discomycetis cujusdam.

REPERTORIUM

FUNGORUM IN VOL. XVIII DESCRIPTORUM

secundum matrices (vegetabilia et animalia)

Obs. *D. Discomycetæ. — My. Myxomycetæ — Sp. Sphærioidaceæ. — Mel. Melanconiaceæ. — Mu. Mucedinaceæ. — De. Dematiaceæ. — St. Stilbaceæ. — Tub. Tuberculariaceæ. — My. St. Mycelia sterilia.*

Abies — D. 3329, 3334, 3481, 3485, 3497, 3408, 3554, 3556, 3573, 3693, 3748, 3764. Sp. 4130, 4208, 4285, 4303, 4435, 4522, 4727, 4783, 4797, 4915, 4936. — Mu. 5237. — De. 5457. — St. 5660, 5661. — Tub. 5814.

Acacia — D. 3558, 3839. — My. 3890. — Sp. 4068, 4291, 4314, 4453, 4871. — Mel. 4952, 5065.

Acalypha — Sp. 3932, 4679.

Acantholimon — Sp. 4098.

Acanthophyllum — De. 5592.

Acanthus — Sp. 4105. — Mu. 5384. — De. 5546.

Acer — D. 3682, 3692, 3848. — Sp. 4143, 4252, 4318, 4363, 4379, 4422, 4856, 4894. — Mel. 4945, 4946, 5048, 5057, 5066, 5113, 5314. — Mu. 5194, 5203. — Tub. 5741, 5803.

Achillea — D. 3422.

Ackermannia — D. 3875.

Acnida — Sp. 4773.

Aconitum — Sp. 4013.

Acorus — Mel. 5053.

Adenium — Sp. 4178.

Adesmia — D. 3871.

Adolphia — Sp. 4791.

Ægidium — Sp. 4653.

Ægiphila — Sp. 4855.

Ægle — Sp. 4072.

Æsculus — D. 3395, 3447. — Sp. 3944, 3945, 4249, 4295, 4843. — Mel. 5315. — Mu. 5289. — De. 5516.

Agaricus — Mu. 5169, 5287.

Agave — Sp. 4033, 4576, 4614.

Agropyrum — Tub. 5763.

Ailanthus — De. 5413.

Aira — Sp. 4581.

Albizzia — De. 5425.

Alchemilla — Sp. 4057.

Alchornea — Tub. 5841.

Aletris — Mel. — 5033, 5061.

Algæ — My. 3911, 3912.

Alisma — D. 3462. — Sp. 4137.

Allium — Sp. 4134, 4733. — De. 5604.

Alnus — D. 3379, 3407, 3518, 3629, 3705, 3778, 3829, 3854. — Sp. 4016, 4441. 4725. — Mel. 5042. 5108, 5109, Tub. 5779.

Aloe — Sp. 4775.

Alsine — Sp. 4677.

Alsophila — D. 3491.

Alstonia — Sp. 4501.

Althæa — D. 5509.

Amarantus — Sp. 4353. — Mel. 4971.

Amelanchier — D. 3812. — Sp. 4456.

Ammophila — De. 5467.
Amorpha — Sp. 4626. — Mel. 4950.
Amorphophallus — De. 5579.
Amphicarpa — De. 5520.
Amphiloma — D. 3814.
Amygdalus — D. 3350. — Sp. 4052, 4359, 4474.
Anacardium — Tub. 5853.
Anagyris — Sp. 4212. — De. 5521.
Anaptychia — My. St. 5856.
Anarrhinum — Sp. 4704.
Anchusa Mu. 5172.
Andromeda — D. 3635. — Mel. 5055.
Andropogon — D. 3540. — Sp. 4829. — Mel. 5036, 5101. — De. 5413, 5498.
Androsæmum — D. 3446.
Anemone — Sp. 4749.
Angelica — Sp. 4682. 4931 Mel. 5116. — Mu. 5338. — De. 5453, 5535.
Angiopteris — D. 3390.
Angophora — Mel. 4958.
Anona — Sp. 3938, 4418.
Anonaceæ — Sp. 4483, 4903. — Tub. 5784.
Anthistiria — Sp. 4542.
Anthriscus — Mu. 5340.
Anthurium — Sp. 4267. — Mel. 5098.
Aphyllanthes — Sp. 4524.
Arabis — Tub. 5767.
Arachis — Sp. 4447. — De. 5525
Aralia — De. 5536.
Aranea — St. 5694.
Arauja — Sp. 4587.
Arbutus — Sp. 4096, 4216, 4300, 4702 — Mel. 4970.
Archangelica — D. 3644 Mu 5339.
Arcyria — Mu. 5291.
Ardisia — Mel. 5092.
Arenaria — D. 3717.
Arikuryroba — Sp. 4131.
Aristolochia — Sp. 4010, 4120, 4406, 4503. 5266 De 5565.
Armeniaca Sp. 4053. — De. 5451.
Armeria — Sp. 4917.
Aronicum — Sp. 4006. — Mu. 5386.
Artemisia — D. 3421. — Sp. 4115, 4148, 4575, 4767, 4768, 4877. — Mel. 4962.
Arthrophyllum — Sp. 4410.
Artocarpus — Mel. 4973, 5026.
Arundinaria — St. 5728.
Arundo — Sp. 4444.
Asarum — Sp. 4244.
Asclepias — Sp. 4718. — Mel. 4987. — Mu. 5183. — De. 5568.
Asphodelus — D. 3805.
Aspicilia — D. 3762, 3773, 3775.
Aspidistra — Sp. 4039.
Aspidiotus — Tub. 5782.
Aspidium — D. 3849.
Asplenium — Sp. 4884.
Astacus — Mu. 5158.
Aster — Sp. 4611. — Mu. 5304.
Asterina — D. 3375.
Astragalus — Mel. 5123. — Mu. 5263. — Tub. 5754.
Astrocaryon — Sp. 4397.
Atherosperma — D. 3780.
Atragene — Sp. 4469.
Atriplex — Sp. 4327, 4328, 4519, 4642. 4645. — De. 5583.
Atropa — D. 3625. — Sp. 3995.
Aucuba — Sp. 4170. — Mel. 5008.
Awamori — D. 3862.

Baccharis — De. 5496.
Bacidia — D. 3825.
Ballota — Sp. 3994. — Mu. 5178. — De. 5590.
Bambusa — D. 3262. 3524, 3550, 3594, 3595, 3612, 3741. — Sp. 4136, 4383, 4609, 4745, 4828, 4830, 4886. — Mel. 5035, 5044. — De. 5392, 5427, 5627, 5628. — St 5658, 5712, 5739. — Tub. 5810, 5834.
Banisteria — D. 3726.
Baptisia — Sp. 4061. — Mel. 5124.
Basella — Sp. 4517.
Batatas Sp. 4174. — Mel 5087.
Bauhinia Sp. 3955, 3956.
Begonia — Sp. 4090, 4371. — Mel. 4955.
Bellucia — Sp. 4846.
Berberis — Sp. 4045, 4154, 4779, 4798, 4809, 4912. — De. 5600. 5848
Berchemia — Sp. 4606.

Beta — Sp. 4381, 4837. — Mu. 5149, 5150, 5151, 5152, 5153, 5187.
Betula — D. 3508, 3676. — Sp. 4017, 4305, 4382, 4651, 4810. — Mel. 5077, 5111. — Mu. 5296. — St. 5699. — Tub. 5843.
Biatora — D. 3828, 3834.
Bidens — Sp. 4692.
Bignonia — De. 5542.
Bignoniaceæ — Sp. 4813.
Bilimbia — D. 3793.
Blechnum — Sp. 4864.
Bœhmeria — Sp. 4123.
Boopis — Sp. 4512.
Boronia — Sp. 4361.
Botrychium — Sp. 4139. — Mu. 5374.
Botryodiplodia — Mu. 5255.
Bouteloua — Sp. 4928.
Brachypodium — St. 5716.
Brassica — D. 3398. — Mu. 5381. — De. 5424, 5468, 5598.
Bromeliaceæ — D. 3449.
Bromus — Sp. 4746.
Bryonia — Sp. 4488, 4532.
Buddleja — Sp. 4637.
Buellia — D. 3815.
Bunchosia — D. 3844.
Bupleurum — Sp. 3974, 4372, 4686.
Burchardia — Sp. 4354.
Buxus — Sp. 3930, 4179. — Mel. 5130. — Tub. 5787.

Cacteæ — Sp. 4755.
Cæsalpinia — De. 5470.
Cajanus — De. 5526.
Cajophora — Sp. 4490.
Caladium Mel. 4979.
Calamagrostis — D. 3484.
Calamus — D. 3427, 3592. — Sp. 4412, 4729. — De. 5578.
Calandrina — De. 5461.
Calathea — D. 3530, 3557, 3581.
Calla — Mel. 4980.
Calligonum — Sp. 4861.
Callistemon — Sp. 4822.
Callopisma — My. St. 5856.
Calophaca — Sp. 4622.
Calotropis — De. 5565.
Caltha — Mu. 5323.
Calycanthus — Sp. 4047, 4160, 4370.
Calycotome — Sp. 4617.
Calyptranthus — D. 3586.
Camellia — Sp. 3939, 3941, 4420, 4842. — Mel. 5079. — Tub. 5792.
Campanula — Sp. 4005, 4760. — Mu. 5353, 5354. — De. 5596.
Candelaria — Tub. 5807.
Capparis — Sp. 4926.
Capsicum — Sp. 4099.
Caragana — Sp. 4065, 4066, 4472, 4605. 4659, 4872.
Cardamine — Mu. 5325.
Carduus — Sp. 4695. — Mu. 5358.
Carex — D. 3246, 3353, 3429, 3450, 3531, 3577, 3688. — Sp. 4040, 4580, 4601, 4740.
Carica — Sp. 4887. — De. 5447. — Tub. 5837.
Carpinus — D. 3383, 3499, 3553, 3623. — My. 3901. — Sp. 4801. — Mel. 5005. — Mu. 5140, 5285. — De. 5421, 5637. — St. 5664, 5740.
Caryophyllus — Mu. 5191.
Caryota — Tub. 5842.
Cassia — Sp. 4193 *bis*, 4473.
Cassine — Sp. 3929.
Castanea — D. 3362, 3511, 3630 *bis*. 3639, 3830. — Sp. 4025, 4271, 4462, 4795.
Castanopsis — D. 3396, 3521.
Castilloa — Sp. 4824, 4891.
Catalpa — Sp. 3997, 4103.
Cattleya — Sp. 4188, 4467. — Mel. 4982. — Tub. 5747.
Cecropia — D. 3370. — St. 5719.
Cedrela — De. 5441.
Celosia — De. 5609.
Celtis — D. 3496 *bis*. — Sp. 4564, 4599. — De. 5588.
Centaurea — D. 3457, 3709. — Sp. 4769. Mel. 4942. — Mu. 5267, 5359. — De. 5564.
Centrosema — Sp. 4590.
Cephaëlis — De. 5459.

Cephalanthus — D. 3460.
Cerastium — Sp. 4675, 4676. — Mu. 5379.
Cerasus — Mel. 5129. — Mu. 5166.
Ceratonia — Sp. 4404, 4454. — Mel. 5083, 5084. — Mu. 5177. — De. 5527.
Cercis — Sp. 4062, 4386. — Mu. 5259.
Cercocarpus — D. 3812.
Cereus — Sp. 4091. — Mel. 5010.
Cerevisia — D. 3857, 3860, 3866, 3867. — Mu. 5154.
Chærophyllum — Sp. 4320, 4491, 4681. Mu. 5337.
Chamædorea — Sp 4187.
Chamærops — Sp. 4152, 4443. — De. 5462.
Charta — D. 3683, 3690.
Chenopodium — Sp. 4182, 4436, 4518.
Chimonanthus — Sp. 4046, 4369, 4611.
Choristigma — Sp. 4026.
Chrysamphora — Sp. 4669.
Chrysanthemum — Sp. 4116.
Chrysophyllum — De. 5480.
Chusquea — Sp. 4224.
Cinchona — Mel. 5088.
Cinnamomum — Sp. 4849.
Cirsium — D. 3468
Cistus — Sp. 4289.
Citharexylon — De. 5409, 5582.
Citrus — Sp. 3936, 4073, 4074, 4165, 4276, 4446, 4668, 4812. — Mel. 4939, 5006. — Mu. 5265, 5377. — De. 5616, 5621, 5623, 5630. — St. 5645.
Cladonia — D. 3756, 3757, 3765 *bis*, 3772, 3831. — Sp. 4042
Clarkia — Sp. 4278.
Clavaria — Mu. 5274.
Clematis — Sp. 3922, 4527, 4653, 4836. — St. 5730. — Tub. 5848.
Cleome — De. 5503.
Cleonus — Mu. 5240, 5241, 5242. St. 5663 *bis*.
Clitoria — Sp. 4865.
Clivia — Sp. 4542.
Coccideæ — Sp. 4829.
Coccoloba — D. 3730. — De. 5634.
Cocos — Sp. 4335. — Mel. 5075. — De. 5403 *bis*.
Coffea — D. 3284, 3838, 4003. — Sp. 4351, 4408, 4418, 4511, 4607, 4758, 4823. — Mel. 5021, 5022. Mu. 5306. — De. 5408, 5479, 5555, 5556. — St. 5647, 5665, 5698, 5707, 5723, 5724.
Colchicum — Sp. 4086.
Colutea — Mu. 5258.
Comarum — Sp. 4310, 4402, 4630.
Combretum — Tub. 5839.
Coniferæ — D. 3291, 3634. — De. 5629. — St. 5717.
Conioselinum — Sp. 4683.
Conium — St. 5704.
Convolvulus — De. 5547.
Coprosma — Sp. 3999.
Coptis — Sp. 3923.
Cordia — Mel. 5023.
Cordyline — De. 5577.
Corispermum — Sp. 4535.
Corium — D. 3290, 3487, 3597.
Cornus — Sp. 4095, 4290, 4571. — Mel. 4995. — My. St. 5857.
Coronilla — Sp. 4067, 4161, 4913.
Correa — Sp. 3943.
Corticium — Tub. 5764.
Corydalis — D. 3505, 3528. — Sp. 4654.
Corylus — D. 3380, 3484, 3869. — Sp. 4304, 4796. — Mel. 5040. — Mu. 5235.
Corypha — Tub. 5851.
Cratægus — D. 3503, 3565, 3615, 3755. — Sp. 3968, 4628. — Mel. 4994. — Mu. 5168. — De. 5444.
Crepis — D. 3853, 3873. — Sp. 4009, 4902. — Mu. 5363.
Croton — Mu. 5383. — De. 5531, 5532,
Cryptostemma — Sp. 4514, 4688.
Cucumis — Mu. 5281. — De. 5513, 5617.
Cucurbita — Sp. 4229.
Cucurbitaceæ — De. 5514.
Curatella — Sp. 3937.
Cyathea — D. 3510.
Cycas — Sp. 4536.
Cyclamen — St. 5703.
Cydonia — Sp. 3964, 4251, 4287, 4778. — De. 5529.

Cymbidium — Mel. 5027.
Cynanchum — Sp. 3933, 4352.
Cynoctonum — De. 5550.
